pertinet ad archangelos ſcribens ſeptẽ
angelis ſeptem eccliaꝝ. vt patet ĩ Apo/
calip. Tertio ordinis virtutũ propt
miracula ⁊ mirabilia que fecit vt patu/
it ſupra. Quarto ordinis ꝓcipatuũ:
quia principes eccle.ſ.epiſcopos docu/
it ⁊ illuſtrauit: ſicut faciũt principatus
de mundi principib⁹ ⁊c̃. Quinto ordi
nis poteſtatum ad quos pertinet arcere
demones: quia fuit ei dictum: Dedi vo/
bis poteſtateʒ calcandi ſupra virtutem
inimici ⁊c̃. Sexto ordinis dominati/
onum ad quos pertinet diſtinguere do/
minationes ⁊ prelationes eccleſie in ſor
te ſibi commiſſa:q̃ diſtinxit ad modum
ierarchie angelice. Septimo ordinis



thronoꝝ in perſcrutatione diuinoꝝ iudi
cioꝝ : quia audiuit que locuta ſunt ſep/
tem tonitrua:licet ea non ſcripſerit:pro/
pter malos vbi erant oculta dei iudicia
vt colligitur ex Apocalip. Octauo ordi
nis cherubin:quia illuminauit ſingula/
riſſime eccleſiam ſua doctrina prẽ ceterꝭ
apoſtolis vt patet in euangelio ⁊ epiſto/
lis ſuis.⁊ Apocal. vbi fuerunt ei ineffa/
bilia ac mirabilia reuelata. Nono or/
dinis ſeraphin ꝓpter ſuperabundãs in/
cendiũ charitatis:et per conſequẽs om
niũ aliorum habuit felicitates:vt patet
per Dioniſi. de angelica ierarchia. Ad
quas felicitates nos perducat ſuis me/
ritis ieſus xp̃us. Amen.

De eodem Sermo tertius.

## Gratia et veritas

per ieſuʒ xp̃m facta eſt ⁊c̃. Jo/
hannis pmo. Illud verbũ cre
ditur fuiſſe Johãnis baptiſte vt ex tex/
tus ſerie declaratur. Quia vero Johã/
nes interpretatur in quo eſt gratia. ſm
Hieronymũ ⁊ dictus iohãnes euange/
liſta inuenit gratiã ſingulariter in con/
ſpectu domini noſtri ieſu xp̃i: vt narrat
textus euangelij: idcirco ad eius laudẽ
declarandam aſſumitur verbum illud.
in quo quidẽ verbo anima beati Johã/
nis ſanctiſſima dupliciter demõſtratur
illuſtrata.ſ. Primo quantum ad ſuaʒ
perfectionem ſupernaturalem:quia ſu/
permundialiter eleuata cum premittitur:
Gratia ⁊ veritas ⁊c̃. Secundo q̃tuʒ
ad ſuam perfectionem naturalem : qua
fuit ꝓmordialiter in eſſe ꝓducta:ſine ter
mino formali:cum ſequitur: Per ieſum
chriſtum facta eſt id eſt hec anima crea/
ta fuit.de quibus perfectionibus duab⁹
inducitur illud Johannis pmo. Accepi
mus gratiam pro gratia. Accepim⁹ gra
tiam naturalis perfectionis pro. gratia
ſupernaturalis infuſionis: id eſt gratiã
gratis datam:propter gratiam gratum
facientem quarum vtraq̃ perfectiſſime
floruit in beato Johanne euangeliſta.
Unde ſanctitatem perfectam et excel/
lentem beatus Dioniſius appellat ipaʒ
animam ſanctam in quadam epiſtola
ad ipſuʒ in pathmos directa:ceteri au/
tem dicuntur conſequẽter corpora ſan/
cta:ſed ille ſingulariter anima ſctã pro/
pter excellentiam ſanctitatis. Quia
igitur beatus Johannes commendatur
ſub nomine gratie.idcirco ad eius gra/
tiam declarandaʒ: cõſiderandi ſunt ſui
ſtatus in quibus inuenitur diuina gra/
tia in eo ſingulariter claruiſſe. Et Pri
mus fuit ſtatus ſue generatiõis natura
lis:in quo fuit ei collata gratia:vt naſce
retur de ſtirpe regia dauid : in qua pro/
pter chriſtum fuit omnis natio benedi/
cta:q̃ autem ipſe fuerit ex illa progenie :
ꝓbatur per Iſido.in libro tri. vbi deſcri
bit originem ſuam. In illa autem ꝓge/
nie fuit vna radix ſanctiſſima.ſ.bta An
na que ꝓpter celſitudinem ſue ſanctitatꝭ
vocatur a Damaſceno laude digna : ex
qua nouem plante ſanctitatꝭ pullularũt
Prima quaꝝ fuit Maria mater do/ A
mini primogenita eius. Secunda fu
it Maria cleophe. Tertia fuit Ma
ria ſalome. Quarta fuit ſanct⁹ ſancto/
rum chriſtus Quinta fuit Jacob⁹ mi
nor. Sexta Symon apoſtol⁹. Se/
ptima Judas apoſtolus. Octaua Ja
cobus zebedei. Nona Johannes euã
geliſta. Ex Maria cleophe Jacob⁹ mi/
nor. Sed ex maria ſalome Johãnes na
tus fuit. Et ſic beatus Johannes euan
geliſta habuit primo auiam ſanctam ⁊
matrem. ſcdo duas amitas ſanctas.licʒ
altera ſanctiſſima. 3° quattuoꝛ conſang
uineos ſanctos et vnus ſanctus ſancto/
rum et vnicum fratrem ſanctum ſcilicet
ſanctum Jacobum maioreʒ. Iſti proge
niei de qua natus conuenit illud Dauid
dictum. Hec eſt generatio querentium
dominũ:querentium faciem dei iacob.
Et pro illa gratia beato Johanni colla/
ta inducitur iſtud. primo Regum. in fi/
gura vbi dicitur q̃ dauid inuenit grati/
am coram domino:ꝓ tota ſua ꝓgenie ⁊c̃

Secūdus ſtatus fuit ſue pmordialis
vocationis in quo fuit ſibi collata gra/
tia quadruplicis priuilegij:que habuit
ſua conuerſio ante conuerſionē btī Pe/
tri. Et Primo quia fuit vocatus iuni/
or: magis eñ eſt gratuz deo qui incipit
ei ſeruire in iuuentute:ꝙ in ſenectute:ſz
Johannes erat adoleſcēs ꝛ Petrus an/
tiquus. vt colligit̃ ex euangelio. pmo de
Johanne. Adoleſcens quidā ſequebat̃
eū amictus ſyndone qḋ dictum eſſe cre/
ditur de Johanne. De Petro aūt dicit̃.
Cuz aūt ſenueris alius cinget te:ꝛ hoc
B non diſtauit multis annis. Scḋo qꝛ
fuit vocatus innocentior. maioris enim
grē eſt aliquē preſeruare a lapſu:ꝙ repa
rare poſt lapſum: vt patet in beata virgi
ne et magdalena. cū eñ. Jo. fuerit ſemꝑ
innocētiſſimus vt habet̃ ex dicto beati
hierony. Petrus fuit ſenex. qḋ dat intel/
ligere ſaluator in. Joāne quādo dixit ei
Cū eſſes iunior ꝛc. Tertio qꝛ eius cō
uerſio fuit velocior. Petrus eniz anteꝙ̄
vocaretur fuit predicatus a beato An/
drea vt habetur in Johā. ſed. he. Jo. euā
geliſta prima vocatione totaliter fuit cō
uerſus vt pz in. Matho. Quarto qꝛ
eius cōuerſio fuit difficilior. Petrus eñ
dimiſit ſola retia. Johannes autem pa/
trem ꝛ retia quod plus fuit dimittere ꝙ̄
regnum. quia amantior eſt pater ꝙ̄ reg
num. vt adoleſcentibus ad dominum
venire cupientibus daret exemplūz vir/
tutis et etiam parentibus. vt habetur.
Mathei. iiij. Et ideo bene figurat᷒ fu/
it in Noe in ſua innocenti conuerſatiōe
qui propter ſuaz innocenciam ſolus in/
uenit gratiam coram domino. vt habet̃
in Geneſi. Tertius ſtatus fuit ſue ſe
III. ſta/tus. cūdarie electionis: quando de nuptijs
fuit vocatus ſcḋm Hieronymum. In
quibus vt creditur xp̄s fecit primū mi/
raculum in quo ſtatu fuit ei collata gra
tia virginalis conſecrationis. Ubi ē
ſciendum ꝙ quattuor virginitates inue
niuntur conſecrate in diuina ſcriptura.
Require ſupra in precedenti ſermone.
articulo. iiij. et clari᷒ in pmo ſmone hui᷒
feſti. Conſideratiōe:iiij. vl. Sicut eñ ſa
cramentū confeſſionis pficit virtutē pe/
nitentie:ſic ſaramentū matrimonij per/
ficit virtutē virginitatis. Et ideo btūs
Johānes bene fuit figuratus ꝑ ioſeph.
cui poſt virginitatē ſeruatā deus dedit
grām in conſpectu pncipis ꝛc. Quar III. ſta/tus
tus ſtatus fuit ſue puriſſime ꝟginitat̃.
Ubi eſt ſciendū ꝙ in nouo teſtamen/
to inueniunt̃ q̄ttuor ꝟginitates pulc/
rime. Quaꝝ. I. Prima fuit virginis
marie. Scḋa fuit ꝟginitas chriſti.
Tertia fuit Johis baptiſte. Quar
ta fuit Johis euangeliſte. Virgini/
tas aūt xp̄i fuit ꝟtuoſa:ad pugnā con/
cupiſcentie refrenādā:quia in ſe non ha
buit talem pugnam. ſed nos in eius vir
tute poſſumus in nobis talem pugnā
refrenare. Sine me inqt nihil poteſtis
facere. Johis. x. Virginitas autē ma C
tris fuit virtuoſa:ad pugnā concupiſcē
tie preueniendam:ne inſurgeret:ſic ma
ioris virtutis eſt belluz puenire:ꝙ ipm
cū difficultate vincere: quia nunꝙ̄ talis
pugna patuit in ipa: licet non ſufficeret
eius virginitas ad noſtras temptatio/
nes tollendas. Virginitas aūt Johā D
nis baptiſte fuit virtuoſa:ad pugnā cō/
cupiſcentie:per modū fuge euadendam
ideo circa quinquenniū fugit ad deſer/
tum. Ne leui ſaltem maculare vitam fa
mine poſſet. Virginitas aūt Johis
euangeliſte fuit virtuoſa:ad pugnā con
cupiſcentie ſine fuga ſuperandam. Et
ideo inter homines ipſe viuens et xp̄m
ſequens illam in ſe ſeruauit: vbi multi
pliciter puritas impugnatur. quapropt̃
eſt ſic laudabili᷒ pugnas vicere ꝙ̄ ipas
per fugam declinare: licet aliud ſit tuti/
us. Et ideo in hoc fuit laudabilior ꝛ ho
norabilior virginitas Johannis euan/
geliſte ꝙ̄ Johannis baptiſte: vt ei pro/
pter ſue mentis puritatem conueniat il
lud ſapientie. Qui diligit cordis mun/
diciam habebit amicum regē meritoꝙ̄
dicatur ei quod dixit gabriel angelus
matri chriſti. Inueniſti grām apud do/
minū. Quintus ſtatus fuit ſue arden V. ſtat᷒.



tiſſime charitatis. circa quod eſt intelli/
gēdū ꝙ quattuor inueniunt̃ inſignia cha
ritatis in aliquo. quoꝝ. Primū eſt qñ
de dilecto multū loquit̃. ex habūdantia
D eñ cordis os loquit̃. vt dicit xp̄us in euan
gelio: ꝛ ita in amicis: vt patet Scḋm
eſt quādo carus intenſe cognoſcit̃. quia
vulgo dicit̃ qui bene amat de longe cog/
noſcit ꝛc. Tertiū eſt quādo diligens
dilecto inſeparabiliter cōicatur: vt vbi eſt
theſaurus tuus ibi ꝛ cor tuū erit. chriſt᷒
in euangelio. Quartū eſt qñ pro dile
cto mors acceptat̃. Maiorem hanc di/
lectionē nemo habet vt animā ſuam ꝛc
vt ait dñs in Joh. Iſta autē inſignia
charitatis habuit btūs Johes euange/
liſta. Et Primū quia de dilectōe ſem
per loquebatur in ſuis epiſtolis vt patet
in eiſdem. Scḋm vero quia poſt re/
ſurrectionem xp̄m in littore apparentez
ſolus agnouit. Tertiū quia in paſſio
ne plus xp̄o aſſociatus: ꝛ poſt fugā om/
niū cum matre reuerſus fuit ſolus: vt pa
tet in euangelio ꝛc. Quartuz qꝛ que/
renti domino ſi poſſet bibere eius calicē
id eſt ſuſtinere eandem mortem: confe/
ſtim reſpondit ꝙ ſic. vt patet in euange/
lio. Et ideo beatus Johes fuit figurat᷒
per Danielē. qui exiſtens vir deſiderio/
rum. i. ſeraphicoꝝ incendioꝝ. ſicut iohā
nes dedit ei gratiā Danielis pmo cap̄.
VI. ſta/tus Sextus ſtatus fuit ſue ſingulariſſime
familiaritatis cum xp̄o. Circa quod eſt
intelligendū ꝙ licet xp̄o. xij. apoſtoli fue
rint ſemper familiaritate cōiuncti. iuxta
illud Johis. Jam non dicam vos ſuos
ꝛc. tamen in hac. ſ. familiaritate fuerunt
quattuor gradus ſm quattuor myſteria
E eis a dño reuelata qꝛ Primo in aliq/
bus ſecretis admittebant̃ omnes vt pa/
tet quādo ſecreto. xij. diſcipulis reuela/
uit myſteriū ſue paſſionis in Math. vt
patet. Scḋo in alijs admittebant̃ tm̄
tres vt in myſterio ſue tranſfigurationis
vt Petr᷒ Ja. ꝛ Jo. Tertio in alijs tm̄
duo. vt in myſterio ſue reſurrectiōis. qñ
ſol᷒ petr᷒ ꝛ Jo. venerūt ad monumentū
ꝗ pmo inuenerūt ꝟitatē reſurrectiōis vt
in iohe. Quarto in alijs tm̄ vnus. vt i
myſterio incarnatiōis: qꝛ ſolū Jo. euan/
geliſte fuit reuelatū in cen ꝛ. ſicut tenet ec
cleſia. vñ ipe erat de cōſilio ſūme ſtricto
Et iſta familiaritas fuit maximū ſignū
diuīce dilectiōis ad eū ꝛ ecōuerſo. Unde
xp̄s bene fuit figuratus ꝑ illū p̄ſemfami
lias cū quo iuenit grām ruth. i. vidēs ſig
nificās aiam. b. Johā. euā. ꝗ vt aqla ſolē
irreuerberatis oculis eſt intuit᷒ diuini/
tatē. Septim᷒ ſtatus fuit ſue felic̃ ob VII. ſta/tus
dormitiōis: in ꝗ credit̃ vidiſſe diuinam
eſſentiā ſine cui᷒ viſione nō potuiſſet in/
telligere verbi naturā quā in pncipio ſui
euāgelij ſic expreſſit. Intelligendū eſt
tñ ꝙ q̄ttuor hoies iueniunt̃ in ſacra ſcri
ptura de q̄bo ſit aliq̄ mentio ꝙ viderit di
uinitatē. Quoꝝ Prim᷒ fuit Moyſes
Scḋs fuit Iſaias. Terti᷒ fuit Pau F
lus. Quartus fuit Johes euāgeliſta
Sed pmus vidit diuinitatē: ſic vide
tur res in ydolo. qꝛ ſm Aug. de trinita.
De᷒ loq̄bat̃ moyſi ꝑ ſubiectā creaturā.
in ꝗ relucet creatoris ymago. iō dixit ei
deus in nūeris. Faciē meā videre nō po
teris. cū tñ loq̄ret̃ ei facie ad faciē: ſic ſo/
let loqui homo ad amicū ſuū. Scḋus
ipam vidit. ſicut res apparet in ſono. qꝛ
ſm Hiero. illa viſio fuit imaginaria: ſic
in ſono. licet nō ſolū. Tertius vidit ſi
cut res videt̃. vt in ſpeculo. vñ dꝛ. Qua ſi
gliam dñi ſpeculātes. reuelata facie ꝛc.
Quartus vidit ſic̃ res ꝗ videt̃ in cui/
denti ſpeculo. Jo. iſtas alias non vidit i
ſono: ſed gliam verbi. dicēs. Uidimus
gliam eius. gliam q̄ſi vnigeniti ꝛc. Unde
poſt iſtā viſionē ita alte ꝑ̄ de diuinitate z
intonuit. ꝙ eū totus mūdus intelligere
nō potuit. ſm Auguſti. iō bene dꝛ. vidēs
deū ſic facie ad faciē. Ideo fuit figurat᷒
ꝑ moyſen in Exoḋ. cui dictū fuit a dño.
Inueniſti grām corā me ꝛc. Octauus VIII ſta/tus
ſtat᷒ fuit ſue dure paſſiōis: ipe eñ ꝟe fu/
it martyr. ſicut ait Grego. in dialogo. qꝛ
xp̄s pmiſit ei in euangelio ꝙ calicē eius
biberet. Eſt tñ intelligendū ꝙ quattu
or ſunt martyrij genera vt patet in pre/
cedēti ſermōe in. xij. articlo. Eliſa. Et i

IX. ſtatꝰ ꝑmo ſmõe huiꝰ ꝯſideratõe .xvi. No/
nus ſtatꝰ fuit ſue relegatõis .i. q̊ ſtatu fu
erũt ei ſecreta ieffabilia reuelata. vt pꝫ
in Apo. qḋ fuit ſignũ amoris ꝑcipui: qꝛ
magni ꝑncipes ſolis ſuis carꝫ dicũt ma
gnalia: q̄ in ſuo regno fiẽda diſponunt.
Eſt tñ ſciẽdũ ꝙ b. Jo. reſplẽduit qua
druplici ꝑuilegio ⁊ dignitate ſm ꝙ fuit
B de q̄druplici ordine. Primo de ordīe
aploꝝ ſicut Petrꝰ. iõ qñ .xij. apli cõſcri/
pſerũt .xij. articulos fidei. ſic petrꝰ poſu
it articulũ de mũdi creatõe. ſic Joh̄. de
verbi incarnatõe. Scḋo de ordīe euã
geliſtaꝝ. qꝛ ſicut Math. ſcripſit xp̄i hu
manitatẽ ꝓpter qḋ habet inter oẽs alios
euangeliſtas faciẽ hoïs: ſic iohãnes de/
ſcripſit diuinitatẽ: ⁊ iõ habet faciẽ aq̄le
volantis. Tertio de ordine doctoꝝ: ſi
cut paulus qꝛ poſt paulũ mł̃tas ſcripſit
epl̃as: q̄ꝫ aliq̇s aploꝝ. Quarto de or/
dine ꝓphaꝝ. ſicut ezechiel. qꝛ in toto no/
uo teſta. nõ habeť ꝓphetia niſi ſua. vnde
angelꝰ dixit ei. Cõiectꝰ tuus ſũ. ⁊ fratꝝ
X. ſtatꝰ tuoꝝ habẽtiũ ſpm̃ ꝓphetie. Decimus
ſtatꝰ fuit ſue ꝑclare ꝓmotiõis: qñ xp̄s in
cruce moriẽs ei matrẽ ſuã cõmendauit.
vt eſſet eoꝝ amboꝝ floridus aſpectus ⁊
gratus ſm Euſtachiũ. qñ dixit: Ecce fi
lius tuus. ⁊ ecce mater tua. vt dꝛ in Jo/
hanne. q̄ quidẽ actu fuerũt collata bea/
to Johãni vt putãt pleriq̄ꝫ q̄ttuor ꝑuile
gia admirãda: vt pꝫ in ꝑcedẽti ſmone
XI. ſta/tus in articulo. ix. ad lr̃am H. ⁊c̃. Undeci
mus ſtatus fuit ſue tranſlatiõis. qñ fuit
de iſto mũdo tranſlatꝰ. Circa qḋ ẽ intel
ligendũ ꝙ in ſacra ſcptura inueniuntur
q̄ttuor trãſlatiões q̄s quere ſup̄ in ꝑce/
denti ſermone in arti. xiij. ad litterã H.
XII. ſtatus Duodecimus ſtatus fuit ſue finalis
apparitiõis. Circa quẽ ſtatũ ẽ intellig̃
dũ: ꝙ ſicut nõnulli. b. Johïs deuoti pu/
tãt ꝙ ip̄e veniet ante diẽ iudicij ad teſti
ficandũ de xp̄o ſicut Enoch ⁊ Helyas
qḋ rõne quadruplici confirmatur. Et
H Prima ratio qꝛ non inueniť in ſacra
ſcriptura aliq̇s viuens tranſlatus: de q̄
non habeatur in ſcriptura ꝙ ſit ventu/
rus. vñ de Enoch dic̃ Sap̄. ꝙ tranſla/
tus eſt vt det gẽtibꝫ ſapiam. Et de He/
lia dicit xp̄s in euãgelio. Helyas quidẽ
venturus eſt: ⁊ reſtituet oïa. Et ideo cũ
Johes ſit de numero trãſlatoꝝ creditur
eſſe de numero vẽturoꝝ. Scḋa ratio
eſt. qꝛ cũ ad teſtimoniũ xp̄i ſit venturus
vnus de ſtatu nature ſicut Enoch: ⁊ ali
us de ſtatu legis: ſicut helias. videť nõ
ſolũ tm̃ ſed magis cõueniens: ꝙ. mittať
vnus de ſtatu gr̃e in q̄ ſtatu ſciunť certi
us facta xp̄i. nõ ꝑſumiť aũt de alio q̄ꝫ de
Johãne euãgeliſta. vt nõ ſit ſolũ in ore
duoꝝ: ſed habũdantius triũ ſtet oẽ ver/
bum. i. xp̄us. Tertia rõ eſt: ꝙ chriſtꝰ
loquẽs diſcipulis ſuis de finali ꝑdicati/
one ante ſuũ aduentũ dixit: Amen dico
vobis nõ cõſumabitꝫ ciuitates iſrł̃: do/
nec filiꝰ hoïs veniat. dans ſm hoc intel
ligere ꝙ aliq̇s diſcipuloꝝ ſit venturꝰ in
iſta finali ꝑdicatõe. Quarta ratio eſt
qꝛ angelꝰ dixit ei in apoca. Oportet ite
rũ te euangeliſare gentibꝫ ꝓplis ⁊ regibꝫ
multis qḋ nondũ legimꝰ cõpletũ fuiſſe
cũ in ſola aſia poſtea ꝑdicauerit. In/
telligendũ eſt tñ ꝙ iſti q̄ ſic btm̃ Johan
nẽ expectãt. putãt ꝙ ſicut nõdũ ẽ mortu/
us: ita nunq̄ꝫ ſit moriturꝰ. qḋ auctorita/
te q̄druplici ꝯfirmare nitunť. Et Pri
ma eſt xp̄i in Luc. q̄ qñ loquebať de ſig/
nis iudicij dixit: His fieri incipientibꝰ
leuate capita vr̃a qm̃ appropinq̄t redem
ptio vr̃a qḋ non põt conuenire illis cum
xp̄o venientibꝫ. ſed ꝓ aliq̄ in hoc mũdo
in ſcḋo aduentu aduenientẽ. Scḋa ẽ
A xp̄i in Math. vbi ait. Sunt q̄dã de hic
ſtantibꝫ. q̄ nõ guſtã mor. donec vi. filiũ
hoïs venientẽ in regno ſuo. Ex quo aũt
venerit: poſtea nullus morieť. vt ait apo
ſtolus. iſtud aũt intelligit ecclia pro Jo/
hanne euãgeliſta ⁊c̃. Tertia eſt xp̄i in
Johãne. qñ dixit ꝑetro loquens de mor/
te ſequere me. ſed de Johãne dixit. Sic
eũ volo manere donec veniã. ex quo aũt
venerit nullus morieť: quia tũc erit vni
uerſalis reſurrectio cõſumata. Quar
ta eſt diſcipuloꝝ inter quos fuit diuul/
gatũ: ꝙ diſcipulus ille non moriť. vt ha/
betur in Johanne ⁊c̃. Sed huïs Au



guſtinus non eſt illius oppinionis in li/
bro de queſtionibꝫ noui ⁊ veteris teſta/
menti. vnde videť valde difficile aliqui/
bus credere ꝙ dñs mortẽ quã ſibi ⁊ ma
tri non pepercit parcere debeat Johan
ni: nulli tamẽ dubiũ ꝙ hoc potuit facere
Et ꝙ multa ꝑuilegia conceſſit Johan/
ni que non conceſſit ſue matri: ſicut de
dignitate ſanctorũ ꝫ ordinum ⁊c̃. Iſti
autẽ duodecim ſtatus beati Johannis
fuerunt figurati per duodecim ordines
lapidum precioſoꝝ quibus ornabať põ
tifex intrans ſancta ſanctoꝝ vt habeť in
Leuit. qꝛ Johannes qui fuit verus pon
tifex a chriſto conſecratus cum ornamẽ
to talis habitus in iſtis duodecim ſtati
bus intrabit cum chriſto poſt iudiciũ in
gloriã beatoꝝ. Ad quã ⁊c̃.

In feſto circũciſionis dñi noſtri ieſu
xp̄i: Sermo primus.

## Poſtq̄ꝫ conſuma/

p ti ſunt dies octo vt circũcide/
retur puer vocatum eſt nomẽ
eius ieſus ⁊c̃. Luce. ij. cap̄. Quia in iſta
ſacra ſolẽnitate in chriſto duo ſacra my
ſteria fuerunt celebrata. quoꝝ Primũ
fuit carnis circumciſio in qua fuit vetꝰ
teſtamentũ confirmatũ: quia xp̄us ſuſce
pit circũciſionem in ſe: ablaturus ip̄am
in alijs. vt ait Auguſtinꝰ. Scḋm fu/
it nominis impoſitio q̄tũ ad hominẽ:
in qua fuit nouũ teſtamentũ iniciatum:
quia ab iſto tempe nominis impoſitio
que prius fiebat in circũciſione tranſla/
ta fuit ad baptiſmũ. vt patet in pauli cõ
uerſione. Ideo cõplectens Lucas euã/
geliſta ſimul vtrũq̄ꝫ. ſ. myſteriũ dicit ver
bum ꝓpoſitum. ſ. Poſtq̄ꝫ conſumati ſũt
⁊c̃. Circa primũ myſterium circũciſi/
onis quod tangitur cũ dicitur: Poſtq̄ꝫ
conſumati ſũt dies octo: Eſt ſciendum
ꝙ ſicut poſt octo dies naturales xp̄s fu/
it circũciſus ſm legem: ſic poſt octo di/
es ſpũales que ſunt octo ſacra ꝑclariſſi
ma: q̄ fuerũt a die natiuitatis xp̄i vſq̄ꝫ ho
B die cõſumata. quoꝝ Primũ fuit ꝙ xp̄s
natus fuit in diuerſorio: ⁊ non in domo
ꝓpria: vel parentũ ad dandũ nobis exẽ/
plum eximie paupertatis: cuius eſt nihil
ꝓpriũ poſſidere vnde in diuerſorio erãt
locus pauperꝫ qui ꝓpria hoſpitia nõ ha/
bebant. ⁊ hoc voluit xp̄s dicere in euan
gelio. Uulpes foueas habẽt ⁊ volucres
celi nidos ⁊c̃. Iõ de eo dꝛ in pſalmo Si
mul in vnũ diues ⁊ paup. diues quantũ
ad diuinitatẽ: ⁊ paup quantũ ad huma
nitatẽ. Scḋm ſacramentũ eſt ꝙ xp̄s
fuit pannis inuolutus. ad dandũ nobis
exemplũ humilitatis: vt nõ in ſumptuo
ſitate ⁊ ſupfluitate veſtiũ quis ſuperbi/
at fidelis: dum recognoſcit dñm ſuũ in/
dutũ vilibus veſtimentis. Iſta humili/
tas fuit exemplũ maioris humilitatis
q̄ꝫ diuinitatẽ inuoluere in panno huma
nitatis humilimo. Unde aplus. In ſi/
militudinem hominũ factus ⁊ habitu
inuentus vt homo ⁊c̃. Tertiũ ſacra
mentum eſt: ꝙ fuit in preſepio reclinatꝰ
vt xp̄ianis oſtenderet exemplum penitẽ
tie humilitatis ⁊ auſteritatis in lectis:
ſꝫ hic figurat eucharíſtie myſteriũ: vbi
ſe conſtituit cibum animarũ: qui prius
erat cibus angeloꝝ. ideo in figura volu
it in preſepio reclinari. ideo in bethleem
que domus panis interpretať voluit na
ſci. quia ip̄e eſt panis viuus qui de celo
deſcendit ⁊c̃. Quartũ ſacramentũ fu/
it ꝙ inuentus fuit in medio duorum ani
malium vt impleretur prophetia aba/
chuc di. In medio duorũ animalium co/
gnoſceris. ⁊ Eſa. Cognouit bos poſſeſ/
ſorem ſuũ: ⁊ aſinus preſepe domini ſui,
iſrael autem non cognouit me: vt iude/
orum duritiam declararet et cecitatẽ ⁊c̃.
Quintum ſacramentum fuit: quia fu
it ab angelo euangelizatus: quia neceſ
erat: vt ſicut myſterium incarnationis
eius prius fuit angelis q̄ꝫ hominibꝫ re/
uelatum: ſic eius fides prius predicare/
tur per angelos q̄ꝫ per homines. Ideo
dicit angelus in Luc. ij. Annuncio vo/
bis gaudium magnum. ⁊ cetera. Sex/
tum ſacramentum eſt: ꝙ fuit a ſtella gẽ
tibus denũciatũ eadem die: licet magi

non venerint niſi. xiij. die ꝓpter multaȝ
diſtantiam:idcirco dicebant: Vidimus
ſtellā eius in oriente Math.ij.ca. Tūc
fuit impleta ꝓphetia pſ. dicentis. Celi
narrant gloriā dei.ſ.annūciando natiui
tatem chriſti ⁊c. Septimū ſacramen
tum eſt q ipſe fuit a paſtoribꝰ annuncia
tus: quia omnes qui audierant mirati
ſunt que dicta ſunt a paſtoribꝰ. Ubi da
tur exemplū paſtoribꝰ eccle: ⁊ verbum
dei ꝑdicantibus qui per ipſos figurantur.
ſm Ambroſium vt ipm prius cognoſ
cant ⁊ adorent ꝙ̄ predicent ⁊c. Octa
uū ſacramentū eſt:quia fuit a celi mili
tia laudatus:quia reparaturus erat ci
uitatem eoꝝ. idcirco facta eſt cum ange
lo multitudo celeſtis exercitus ⁊c. Ma
ria aūt vt ait Lu. Conſeruabat omnia
verba hec ⁊c. dans nobis exemplū cogi
tandi hoc tempore celeſtia non terrena.

Conſumatis iſtis octo diebus xp̄us
fuit circūciſus ⁊c. Circa quā circūciſio
nem ſunt declarandi multi articuli.

I. articulus. Primus articulus eſt. quid eſt circūci
ſio. Dicitur q eſt cauteriū in carne factū.
quo diſtinguitur populus circūciſus a
non circumciſo. In anima circūciſio nō
imprimit caracterē:ſed in carne. Ubi
ſunt q̄ttuor documenta. quoꝝ.ſ. Pri
mū eſt. quid eſt caracter. Dicitur q ē qdā
figura ſpūalis:qua diſtinguitur baptiza
tus a nō baptizato. vnde dr ſignaculuȝ
Iſta enī figura imprimitur in aīa:in inuo
catione trinitatis facta in ſacramēto ba
ptiſmi. Scdm eſt q baptiſmꝰ ſucceſ
ſit circumciſioni duabus de cauſis. Et

Primo qꝛ maior datur grā in baptiſmo
ꝙ̄ in circūciſione. qꝛ in baptiſmo abluitur
hō ab omī culpa ⁊ pena. circūciſio autē
non abſoluebat ab omni pena. Scdo
qꝛ baptiſmꝰ eſt cōior. circūciſio enī erat
remediū maris ⁊ nō femine. baptiſmus
aūt vtriuſqꝫ eſt remediū. Tertiuȝ eſt
q circūciſio cōferebat grām:ſȝ nō omnē
quia grā habet multos effectus. vnꝰ eſt
expellere peccatū:⁊ iſte eſt priuatiuus:q̄n
tū ad illū dicitur q circūciſio ꝑmo ⁊ prin
cipaliter conferebat grām: aliū effectus

gratie ſunt poſitiui: vt facere aīam di
gnam vita eterna: ꝓmptē eligere opera
meritoria. Et quantū ad hoc circūciſio
nō ꝯfert gratiā. Quartū eſt quare cir
cumciſio fuit inſtituta. Dōm eſt q pro
pter ſex cauſas. quaꝝ. Prima eſt vt cir
cūciſio exterior eſſet ſignū circūciſionis
interioris que fit ꝑ grām. Scda ē vt
populus iudaicus diſtingueretur a popu
lo gētili. Tertia eſt vt ſicut fiebat cir
cūciſio in mēbro in q̄ viget luxuria: ita
ꝑplus circūcideret ſe interius purgan
do aīam ab omni luxuria. Quarta eſt
ꝓpter ſacramētū:fiebat enī circumciſio
octauo die cultello lapideo:ad deſignā
dum q per xp̄m q̄ erat vera petra circū
cideremur ab omī culpa ⁊ pena i reſur
rectione qui fiet in octaua etate. Qui
ta vt eſſet in remediuȝ contra originale
peccatū. Sexta vt per obedientiam
mandati placaremus:ꝑ cuius preuarica
tionē ipe.ſ. adam diſplicuerat. Nota
q circūciſio eſt ſacrm legis veteris: nō q
fuerit inſtituta in lege veteri. cū ante da
tionē legis ꝑcepta fuerit abrae circūci
ſio. ſȝ quia currebat tempe legis: ⁊ quia
ceſſauit cū lege nec fuit ſupſtes circum
ciſio: quia efficacius mūdabat ꝙ̄ fides
ſed fides cū baptiſmo ſufficit ad delen
dū originale vt patebit inferius. Cir
ca ſcdm ꝑncipale:in quo fuit nomen im II. par
poſitum quod notatur cū ſequitur. Et voca princ
tum eſt nomen eius ieſus. Ubi nota
q ſunt de iſto nomine plures articuli de
clarandi. quoꝝ. Primus articulus eſt
a quo fuit ſibi iſtud nomen impoſitum I articulus
Et patet in ſcriptura q a tota trinitate
vnde Eſaie quando fuit ꝓphetatum de
ſeipſo dr. Rorate celi deſup. ⁊ ſeqt. Ego
dñs q̄ voco nomē tuū. Et iteꝝ ab eodeȝ
Quis ſuſcitabit ab oriēte iuſtū. id ē ab
exordio noui teſtamenti et vocauit euȝ
id eſt impoſuit ſibi nomen. vt ſequeretur
ſe.ſ. veniendo vſqꝫ ad celſitudinem dei
patris: quia non rapinam arbitratꝰ eſt
et cetera. Secundus articulus eſt: II. arti.
quando fuit ei iſtud nomen impoſitum
Et patet q ab eterno: qꝛ deꝰ ꝑdeſtinauit



filium dei xp̄m in virtute. vt ait apoſto
lus: ideo dicit pſ. Dñe a ſeculo nomē tu
um. ⁊ pſ. Sit nomen eius benedictum
in ſecula: ⁊ ante ſolem ꝑmanet nomen
III. articulus. eius. Tertius articulus eſt. vbi ꝑmo
iſtud nomen fuit ſcriptuȝ. Et dicitur q in
libro vite de quo dicit moy. Si nō ꝑcis
ꝑpplo huic dele me de libro vite. quē ſcri
pſiſti. Et ideo ait dñs in euāgelio. Gau
dete qꝛ nomina veſtra ſcripta ſunt in ce
lis. Et dañ. vidit librū vite in quo omes
electi erant ſcripti: ⁊ in iudicio apertus
eſt: ⁊ in capite iſtius libri ſcriptum ē no
men ieſu iuxta illud pſ. In capite libri
IIII. articulus ſcriptum eſt de me ⁊c. Quartus arti
culus eſt. q in ve. teſtamēto iſtud nomē
fuit ꝓphetatuȝ. vnde abacuch. Ego aūt
in dño gaudebo et exultabo in deo ieſu
meo. Eſdras dixit in ꝑſona dei patris.
Poſt duos annos morietur filiꝰ meus ie
V. articulus. ſus ⁊ conuertetur ſeculū. Quintus arti
culus eſt. q iſtō nomē i veteri teſtamēto
fuit ꝑfiguratum. Primo qꝛ qui ꝑmo
diſtribuit terraȝ ꝓmiſſionis filijs iſrael
fuit vocatus ieſus: ⁊ hic fuit ioſue: qui i
figura xp̄i ſctōs patres extractos de egy
pto inferni: ⁊ per deſertuȝ huius mūdi
tranſtulit ad hereditatem terre viuētiū

Scdo qꝛ iſte qui renouauit ſapiētiā
de corde ſuo fuit vocatꝰ ieſus Ipſe eſt
filius ſyrach. vt habetur in eccle. in figura
dñi qꝛ inueteratā legis ſapiam ieſus re
nouauit in nouo teſtamento di. in Ma.
Audiſtis qꝛ dictū eſt antiqs ⁊c. ego aūt
dico vobis: vbi renouat totā legē: q̄ ad
VI. articulus. pñs vocatur teſtamentū nouū. Sextus
articulus eſt: quare iſtud nomen fuit ei
impoſitū. Dicitur q iſtud nomen eſt tetra
gramaton qd fuit ſpatū moyſi: vt habetur
i leuitico: vt iſtō portaret ſacerdos ſcri
ptū ſꝑ in fronte: qꝛ nullus debet ſacrifi
care deo niſi iſtud nomē ꝑ naturā fideȝ
⁊ cōfeſſionē habeat reſeruatuȝ in mēte.

Item angelꝰ gabriel aliā reddit cau
ſam impoſitionis huius nois. di Ma
rie Uocabis nomē eius ieſum: ipſe enī
VII. articulus ſaluū faciet ꝑplm ſuū a peccatis eoꝝ: qꝛ
interꝑtatur ſaluator. Septimus ar
ticulus eſt. quibus iſtud nomen fuit re
uelatuȝ. Et dico q deus ꝑmo reuelauit
angelo nūciātī. Scdo āgelꝰ ꝟgini. Lu.
i. ca. Ecce ꝯcipies ⁊c. Tertio. angelꝰ io
ſeph i ſōnis in Mat. Quarto. Uirgo
⁊ ioſeph omī populo in circūciſiōe. vt in VIII. articulus
Luc. Octauus articulus eſt q iſtud
nomē nō eſt in os ſumendū inuanū. val
de enī impiū eſt. tam caruȝ xp̄ianitatis
nomē ꝑuipendere: ideo conqueritur dñs i
pſ. tanquā de peiori ſcelere. di. Tota die
nomen meū blaſfematur. ſpēs enī blaſfe
mie eſt peccatū maximuȝ. vt ait dñs in IX. articulus.
euangelio quia irremiſſibile ⁊c. No
nus articulꝰ eſt. q iſtud nomē eſt deuo
te inuocandū. hoc enī eſt placitū deo. vñ
dicitur q Enoch placuit deo: qꝛ cepit inuo
care nomē domini. Et de iſto nomie dr
in pſ. Tunc inuocabis ⁊ dñs exaudiet.
Et apoſtolus. in ſcriptura itroducit di.
Omis quicūqꝫ inuocauerit nomen dñi X. articulus.
ſaluus erit ⁊c. Decimus articulus ē.
q iſtō nomē ē hoibꝰ amabile. Et Pri
mo qꝛ ꝟtute huiꝰ nois ꝟtutes maligne
ſpūales fugantur. vñ mar. euangeliſta ait
In noīe meo demōia eijcient ⁊c. Scdo
qꝛ i eiꝰ ꝟtute ꝑuerſitates ſpūales remit
tuntur vñ Iohes in canonica: Remittuntur
nobis pctā ſm virtuteȝ nomīs eius ⁊c.

Tertio qꝛ ꝑ eius virtuteȝ orationes
noſtre exaudiuntur. vnde ait xp̄us in io
hanne. Si quid petieritis patrē in noīe
meo dabit vobis. Quarto qꝛ per vir
tutem eius anime deducuntur ad ſaluteȝ
eternam. ideo ait. be. pe. in actꝫ. q nō eſt XI. articulus.
aliud nomen datuȝ ſub celo hoībꝰ ⁊c.

Undecimus articulus eſt: q iſtō no
men demonibus eſt terribile. Et Pri
mo qꝛ per iſtud nomē demones hoibus
ſubijciuntur: que eſt maxima pena ſuꝑbo
rum. vt patet in Luc. Secūdo quia
demonia per virtutem iſtius nominis
ab hominibus expelluntur. ideo dixit
Luc. ix. cap. Uidimus quendam eijci
entem demonia in nomine tuo. Ter
tio quia demonia torquētur: ideo dixit
demon in Math. Cur veniſti ieſu nos XII. articulus
torquere ⁊c. Duodecimus articulus

eſt ꝙ iſtud nomen eſt omnib9 creaturis
venerabile. Dicit em̄ ad Hebꝛe. apl'us
Xp̄us tanto melioꝛ eſt angelis effectus
quanto differentius nomē pꝛe illis here
ditauit. Et vidit Johānes in Apocal'.
ꝙ ſancti in patria habebant nomē eius
ꝛ nomen patris eius ſcriptū in frontib9
ſuis. Itē apoſtolus. In nomine ieſu om
ne genu flectat̕ ꝛc̄. ita ꝙ fuit magne po/
teſtatis virtuoſitatis et precioſitatis.
Eius ergo meritis dei filius nos bene/
dicat q̄ viuit ꝛ regnat in ſecula. Amen.

## De eodem Sermo ſecundus.

Vocatum eſt no
men eius ieſus. Luce ꝑmo
caº. Ad cuius introductio
nem eſt intelligenduꝫ ꝙ qñ
aliquod vocabulū imponit̕ ad ſignificā
dum aliquid quatuoꝛ requiruntur. Et
Primo actus quo talis vox ad ſigni/
ficandū imponitur. Secundo mod9
ſm quē ad ſignificandum imponitur.
Tertio illud cui tale nomen imponi/
tur ad ſignificandū. Quarto vocabu
lum ip̄m quod imponitur ad ſignificā/
dum. Et quia in chꝛiſti circūciſione
fuit nomen ei impoſitū: ſicut hodie ſo/
let etiam imponi nomen in baptiſmo:
ideo in verbo ꝓpoſito iſta quattuoꝛ de/
ſcribunt̕. Et. Primo actus quo fuit
D nomen impoſitū. cum pꝛemittit̕: Voca/
tum eſt. Secundo modus ſm quem
imponitur: quia imponit̕ ad ſignifican
dum nomen et alterius cognomen. Cū
additur. Nomen. Tertio perſona et
res cui imponit̕: cū adiungit̕: Eius ꝛc̄.
Quarto vocabulū quod imponit̕. cuꝫ
deſcribit̕. ſ. ieſus ꝛc̄. Iſtud eſt illud no
men de quo ꝓpheta dicit in pſalmo. lxxi
Sit nomen eius benedictum in ſecula.
et ineternum permanet nomen eius ꝛc̄.
Quia vero circa iſtud benedictū no
men eſt ſermo noſter. Idcirco circa ei9
Prima inueſtigationē occurrunt duodecim cō/
ꝯſidera. ſiderationes. quarū. ſ. Prima conſide

ratio eſt. ex quibus ptibus iſtud nomen
eſt integratū. vbi eſt aduertendū: ꝙ iſtō
nomen eſt biſſyllabum: et quelibet iſtaꝝ
ſyllabaꝝ ex duabus litteris eſt conſtitu/
ta. ſicut iſte cui hoc nomen eſt impoſitū.
vt ſicut homo conſtat ex anima et coꝛpe
tanꝗ̄ ex duabus partibus integralib9. A
dicente athanaſio ꝙ chꝛiſtus eſt homo
ex anima rationali ꝛ humana carne ſb/
ſiſtens. Et ſcđm ꝙ deus conſtituitur
in eſſe perſonali: ꝛ natura ex pꝛopꝛietate
tanꝗ̄ ex duabus pꝛincipijs cōſtitutiuis
perſone. vbi ſm Auguſtinū de trinitate
Et ex iſtis duabus naturis ſcilicet diui
na et humana iunctis tanꝗ̄ ex duabus
ſyllabis: conſtat xp̄m eſſe denominatuꝫ
di. athanaſio. Sic anīa rationalis ꝛ ca/
ro vnus eſt homo. ita deus ꝛ homo vn9
eſt chꝛiſtus. Unde ſicut in hoc nomine
ſūt tres vniones. vna totalis. ꝛ due par/
tiales: ita in chꝛiſto intelligunt̕ ꝑ eun/
dem moduꝫ tres vnitates vt vnitas vo
cis ſit ſm modum vnitatis ſignificate.
ſm illud pꝛopheticum qđ habetur. xiiij
zacha. Erit in diebus illis. domin9 vn9
ꝛ nomen eius vnū ꝛc̄. Secunda con/ II.c
ſideratio eſt: per quot litteras iſtud no/
men ſcribitur. Ubi eſt aduertendum ꝙ
iſtud nomen ſcribitur per quatuoꝛ litte
ras: ſignificantes pꝛecipue quatuoꝛ vir
tutes verbi in humanitate chꝛiſti ieſu
coꝛuſcantes: quaꝝ ſcilicet. Prima eſt B
i. Et iſta ſignificat virtuteꝫ iuſticie que
eſt littera ad moduꝫ ꝑgule recta. Se
cūda eſt e. et iſta ſignificat virtutē miſe/
ricoꝛdie. quia eſt a ſiniſtris clauſa quaſi
pꝛohibens malum. et a dextris aperta
quaſi elargiens bonum. Tertia eſt ſ.
ꝛ ſignificat virtutem humilitatis. quia
cum ſit alta eſt tamen capite inclinata.
Quarta eſt u. et ſignificat virtutem
paupertatꝭ. quia eſt totaliter littera clau
ſa a parte inferioꝛi. et aperta a parte ſu/
perioꝛi. iuxta dictum euangelicuꝫ. No/
lite theſaurizare in terra: ſed in celis.
Iſtis quatuoꝛ virtutib9 perſona dul
ciſſimi ieſu dicitur floꝛuiſſe. Et ſcilicet.
Primo virtute humilitatꝭ in ſua car/



ne. quia ſemetipſum exinaniuit foꝛmaꝫ
ſerui accipiens. Secundo virtute
paupertatis in ſua pꝛedicatione. cum di
ceba: Uulpes foueas habent. ꝛ cetera.
Tertio virtute iuſticie in ſua paſ/
ſione quia tunc pꝛo nobis ſatiſfecit.
Quarto virtute miſericoꝛdie in infer
ni deſcenſione: quia ſoluit doloꝛes infer
ni. ſcđm apoſtolum Petrum. Intelli
gendum eſt tamen ꝙ in iſto nomine be/
nedicto littera tertia ſcilicet ſ. que ca/
put inclinat eſt geminata quando pꝛo/
fertur in recto. pꝛopter geminam virtu/
tem per ipſam ſignificatam. ſ. humilita
tis et obedientie. quas in chꝛiſto fuiſſe
ſingulariter declarat apoſtol9 ad Phi/
lippenſes ſecundo dicēs: Humiliauit
ſemetipſum factus obediens. ꝛ cetera.
Tertia conſideratio eſt. quid ſig/
III. con nificet nomen eius. Ubi eſt aduerten/
ſidera. dum. ꝙ ſecundum beatum Hierony/
mum in interpꝛetationibus ſuis. iſtud
nomen ſanctiſſimum habet quatuoꝛ ſi/
C gnificationes. quarum. Prima eſt.
ꝙ dicitur ſalus. et hoc in noſtra gloꝛifi/
catione cum ſit omnibus beatificum ſe/
cundum ſuam deitatem: in quo conſi/
ſtit tota noſtra beatitudo. vt habet̕ Jo/
hannis tertio. Secunda eſt ſaluta
ris in ſua ſanctificatione. Et etiam iſta
chꝛiſto conuenit in ſua beatificatione.
quia anima eius habet plus de beatitu/
dine ꝗ̄ aliqua creatura. ꝛ cetera.
Tertia eſt ſalutare. et hoc in ſua an/
nunciatione ſeu conceptione. quia per
actum ſalutationis pꝛimo fuit concep/
tus. Quarta eſt ſaluatoꝛ. et hoc ſi/
bi conuenit. quia in mundi redemptio/
ne genus humanum a moꝛte eterna ſal
uauit: ideo eius oꝛtum pꝛonūcians ſan/
ctiſſimus Gabꝛiel. dixit Mathei pꝛi/
mo: Uocabis nomen eius ieſum: ipſe
em̄ ſaluuꝫ faciet populum ſuū et cetera.
IIII. cō Quarta conſideratio eſt: qualiter
ſidera. iſtud nomen ſanctiſſimum fuit in vete/
ri teſtamento pꝛefiguratum. vbi eſt in/
telligendum ꝙ in veteri teſtamento fu/
it ſculptum nomen domini: in lami/

na aurea: que erat imminens fronti pō/
tificis. vt habetur Exodi. xxxix. quia
quatuoꝛ litteris ſcriptum erat ſicut no/
men ieſus: et iſtud nomen erat dictum.
Thetragramaton. Quarum Pri/
ma erat The. Secunda tra. Ter/ D
tia grama. Quarta ton. Et pꝛima ſi/
gnificat iſte. Secunda eſt. Tertia pꝛin/
cipiuꝫ. Quarta vite. id eſt: iſte eſt pꝛin
cipium vite. Et totum iſtud ſignificat
nomen dulciſſimum ieſu: quia ipſe eſt
pꝛincipium vite et ſaluationis: cum ſit
ſalus noſtra. ſ. vita eterna. Et iſtud no/
men ieſus per iſtud nomen Tetragra/
maton bene fuit figuratū. ſicut em̄ iſtud
nomen erat imminēs fronti pontificis:
ſic iſtud nomen ieſu ſcribit̕ in fronte cu/
iuſlibet qui admittit̕ ad eternū ſacramē
tum. vnde dicit̕ Apoca. xxij. ꝙ illi q̄ erāt
ſacerdotes xp̄i videbant nomē iſtō ſcri/ V. cōſi.
ptum in frontibus ſuis. Quinta con/
ſideratio eſt. Ubi iſtud nomen inuenit̕
ſcriptum. Dicit̕ ꝙ in quatuoꝛ locis. Et E
Primo in libꝛo vite. qđ eſt ꝑdeſtina/
toꝝ: in quo ſunt ſcripta omniū electoꝝ
nomina. de quo dicebat Moyſes dño:
Aut parce populo huic: aut dele me de
libꝛo tuo quē ſcripſiſti. Et dñs ad eum.
Non te delebo de libꝛo meo: ſed euꝫ qui
peccabit mihi Exodi. xxxi. c. Et quia ie
ſus fuit ꝑdeſtinatus filius dei ſm apo/
ſtolū Joh. ꝑmo. idcirco nomē eius ꝑmo
ꝛ ꝑncipaliter eſt in hoc libꝛo ſcriptuꝫ vt
in eius ꝑſona intelligat̕ fuiſſe dictum il
lud pſā. In capite libꝛi ſcriptum eſt ꝛc̄.
Scđo inuenit̕ ſcriptū ſolenniter. in ti
tulo redemptionis noſtre: quādo Pyla/
tus ſcripſit titulū triūphalem. vt habet̕
Johānis. xix. ca. in quo ſcriptū erat lr̄is
hebꝛaicꝭ grecꝭ ꝛ latinis iſtud nomē ſcri/
ſimū: ſicut ſolet ſignū regis in ei9 armis
in q̄bus pugnat depingi. Tertio in/
uenit̕ ſcriptū in cuiuſlibet xp̄iani mente
quando enim puer baptiſatur: caracter
in eius anima impꝛimitur indelebiliter
ſm ſanctos: qui caracter eſt nomen ieſu
qui anime impꝛimitur ne poſſit aliquis
eruere: videns ibi ſignatum cum in

anima talis baptiſati imp̄mat. Quar-
to inenit ſcriptū in ſuperna ciuitate. quia
dicit btūs Johānes in Apocal. xxj .ca.
in portis ſuperne hieruſalē nomen agni
deſcriptū: quia nullus illas portas pōt
ingredi niſi inuocet hoc nomen. et om-
nes debite inuocantes ingrediunt. dicē-
VI.con-ſidera. te ꝓpheta. Quicūq̧ inuocauerit nomē dñi
ſal. erit. Joel. ij. Sexta conſideratio
eſt a quibus fuit iſtud nomē ſanctiſſimū
prenunciatū. Videt aūt ꝙ a q̄tuor ꝑſo-
naꝝ generibꝰ. ſ. Primo a ſpūalibꝰ per
ſonis vi. deo patre Eſdre. iiij. Reuelabi-
tur filius meus ieſus ꝛ cōuertetur ſe-
culuꝫ. ꝛ licet iſte liber non ſit de canone:
F tñ btūs Ambro. allegat ipm. Scđo
a ſapientibꝰ ꝑſonis dicēte Sap. Eccle.
xliij. ꝙ abyſſū plātauit dñs ihs. Ter-
tio a ꝓphetantibus ꝑſonis vi. Abachuc
iij. Ego aūt in dño gaudebo ꝛ exultabo
in deo ieſu meo. Quarto ab infideli-
bus ꝑſonis ſicut declarat Augu. in lib.
de ciuitate di de ſybilla. ſ. Eritrea que
fecit verſus quoꝝ p̄me littere reddūt cō
iunctim iſtū titulū. ieſus xp̄us filiꝰ dei
ſaluator. Et qꝛ iſtud nomē ſanctiſſimū
longe ante fuit prenunciatū: ideo dicit
Eſaie. iij. Ecce nomen dñi venit de lon-
VII.cō-ſidera. ginquo ꝛc̄. Septima cōſideratio eſt:
quibus iſtud nomē fuit impoſitū. Dici-
tur aūt ꝙ fuit impoſitū a quatuor homi
nibus in ſacra ſcriptura: quoꝝ. Pri-
G mus fuit ioſue qui fuit pugnator fortiſſi
mus. vñ Eccle. xlvi. Fortis in bello ihs
naue ꝛc̄. Scđs fuit ieſus filius ioſe-
dech: ſacerdos ſanctiſſimꝰ. Tertius
fuit ieſus ſyrach q̄ fuit doctor ſacratiſ-
ſimus. Eccle. li. Quartus fuit ihus
redemptor mundi qui fuit ſanctoꝝ ſan-
ctiſſimus. vnde Luce p̄mo. Vocab no-
men eius ieſum: ꝛc iſte fuit ꝑ alios tres
figuratꝰ. Primo quia ſicut ioſue cha-
nanels extirpatis: introduxit filios iſra
el in terram ꝓmiſſionis: ita demonibus
debellatis: ieſus ſanctos introduxit in
hereditatem eternā. Secundo quia
ſicut ieſus ioſedech filius edificauit ſe-
cundū templū qđ fuit maiori glīa ple-
nuꝫ q̄ͣ primū. ꝛ in quo fuit dei filius pre-
ſentatus. vt ibidem habet. ita ieſus con
ſtruendo eccl̄iam que fuit glīoſior ſyna
goga. Tertio: quia ſicut ille ihs reno-
uauit ſapiam de corde ſuo: ita xp̄s vetu
ſtatē antiquitatis cōuertit in nouitateꝫ
ſcđi ieſus. Xp̄s eñ fuit p̄mo bellator for-
tiſſimus in ſua paſſione ad moduꝫ p̄mi
ieſus ſyrach ꝛc̄. Quarto fuit ſacer- VIII.cō-
dos potiſſimus in eucharíſtie inſtitutiōe ſidera.
Et q̄rto doctor ſapientiſſimꝰ in ſpiri
tuſſancti largitione ꝛc̄. Octaua con-
ſideratio ē qualiter illud nomē fuit xp̄o
appropriatū: vbi eſt aduertendū ꝙ illud
nomen benedictū fuit. Primo pronū
ciatuꝫ ſimpliciter per modū oraculi: qñ
ſctūs gabriel dixit virgini Vocabit no-
men eius ieſus Luce p̄mo ꝛc̄. Scđo
fuit efficaciter intimatū per modū p̄ce-
pti qñ angelꝰ dixit ioſeph Vocabis no-
men eius ieſum: qꝛ viri ꝛ non mulieres
habēt auctoritatē imponendi nomina:
vt patet de iohāne bap. Lu. p̄mo. Innu- H
ebant patri eius quem vellet vocari ꝛc̄.
Tertio fuit de facto impoſitū in cir-
cūciſione. qꝛ ſicut nunc in ſacramēto ba
ptiſmali noia imponūtur: ita tunc in cir
cūciſione vt habet Lu. i. ꝛ ij. ꝛc̄. Quar
to fuit illud nomen a deo cōfirmatū pꝰ
ſuam mortē ſicut poſt triūphum militi
dignitas cōfirmat. Vnde ad Ephe. ij.
Quia humiliauit ſe vſq̧ ad mortē cru-
cis: ideo deus dedit illi nomē quod ē ſu
per omne nomē: vt in noie ieſu oē ge-
nu flectat. ꝛc̄. Nona cōſideratio eſt: q̄ IX con-ſidera.
ſunt illius ſctiſſimi noīs merita. Dicit
aūt ꝙ quatuor ſunt actus meritorij: qui
ſūt circa illud nomē obſeruādi. Pri-
mus eſt iſtius noīs inuocatio. qꝛ quili-
bet xp̄ianus in quolibet ſuo ope debet
illud nomē inuocare ſm documentum
apli dicentꝫ Omnia quecūq̧ facitis ſi-
ue verbo ſiue ope in noie dñi ieſu xp̄i fa-
cite. Secundus eſt illius noīs cōfeſ-
ſio: quia omnis fidelis requiſitus mor I
illud nomen debet confiteri: corā q̄buſ-
cūq̧. vnde angelus philadelphis offert
oſtium apertū a xp̄o. Apocal. iij. caplo.



Tertius actus eſt iſtius nominis be
nedictio qđ nomē debet benedicere om
nis fidelis qui in iſto nomine eſt bapti-
zatus. vnde ꝓpheta clamat in pſalmo q̄
totus eſt de chriſto. Sit nomen eius be-
nedictum in ſecula. ante ſolē ꝑmanet no
men eius ꝛc̄. Quartus actus eſt iſtiꝰ
nomīs veneratio. quia quilibet fidelis
debet illud nomen inextimabiliter vene
rari. cum per illud nomen debeat ad fe-
licitatem perduci. Et quia iſtud nomen
eſt omnibus venerabile di. pš. Domine
dominus noſter q̄ͣ admirabile eſt nomē
X. conſi-deratio tuū in vniuerſa terra ꝛc̄. Decima cō-
ſideratio eſt. que ſunt cōtra iſtud nomē
vicia. Videt aūt ꝙ contra iſtud nomen
quadrupliciter contingit peccare. ſcꝫ.
Primo ipſum negando. vnde apoca.
ſo cōmendat vnus ep̄us dicente domio
Nomen meū nō negaſti. vnde Matt. x.
dicit ſaluator. Qui negauerit nomē me
um coram hominibus: negabo eū corā
A patre meo ꝛc̄. Scđo quando inuanū
aſſumit: quia illud dicit nomen dei. vnđ
exo. xx. Non aſſumes nomē dei tui inua
num. Tertio quādo ſub nomine iſto
dicit falſum. quia iſtud nomen eſt veri-
tatis prime. vnde leuit. xix. Non periu-
rabis in nomine meo nec pollues nomē
dei tui. tunc enim polluitur quando in
falſum teſtimoniū aſſumit ꝛc̄. Quar
to quando iſtud nomē blaſſemat. quia
licet in quolibet ſit peccatum: tamen in
chriſtiano potiſſime. quia in iſto ſancto
nomine eſt conſecratus: ꝛ ideo in tali eſt
ſcelus horrendū. Vnde aplus. iſtud no-
men ſanctiſſimū venerans precipiebat.
di thi. ca. vi. ne daret. ſ. in fratribus cau-
XI. cōſi-deratio ſam dei blaſſemandi ꝛc̄. Vndecima
cōſideratio eſt. que ſunt iſtius nominis
beneficia. Dicenduꝫ eſt aūt ꝙ quatuor
ſunt virtutes nominis chriſti: quarum
Prima eſt ꝙ in virtute iſtius nomīs
miracula perficiunt. ſm ꝓmiſſum ſalua-
B toris Mat. vltimo. In nomine meo de-
monia eiicient ſerpentes tollēt ꝛc̄. vnde
in primo ſigno. dixit petrus claudo. In
nomine ieſu xp̄i nazareni ſurge ꝛ ambu
la act. iij. ca. Scđa eſt ꝙ i virtute iſti
us nominis peccata dimittunt. ſanctus
gabriel Mat. ij. Vocabis eū ieſum ipſe
eñ ſaluū faciet populū ſuum a peccatis
eoꝝ. Propter qđ dicit io. in p̄ma canoni-
ca ſua ca. ij. Scribo vob peccata dimit-
ti per nomen eius ꝛc̄. Tertia eſt ꝙ in
virtute iſtius nominis merita cumulan
tur: quia nullus digne ꝓfert illud nomē
quin in illa prolatiōe efficiat dignus vi-
ta eterna: ſicut actus de condigno meri
torius. Nam ſicut dicit aplus. i. corꝫ. xij.
cap̄. ꝙ nemo pōt dicere dñs ieſus niſi in
ſpūſancto. omnes enim actus q̄ eliciun-
tur a ſpiritu ſancto. hñ ſunt ſic meritorij.
Quarta eſt ꝙ in virtute iſtius nomīs F
p̄mia eterna largiunt. qꝛ beatitudo dat
ꝑ illud ſcꝫ nomen ſicut ꝓnunciauit pro
pheta di. Omīs qui inuocauerit nomē
domini ſaluus erit. Vnde dicit Petrus
actu. iiij. ꝙ nō eſt aliud nomen datum ſb
celo homini in quo oporteat nos ſaluos
fieri ꝛc̄. Duodecima conſideratio eſt XII. cō-ſideratio
que ſunt iſtius nominis ꝓconia. Dicit
aūt ꝙ iſtud nomē habet cōditiones q̄ͣ-
tuor. quia Primo eſt demonibus ter- E
ribile. quia demones iſtud nomē expaue
ſcentes clamabant dicentes. Quid no-
bis ꝛ tibi fili dđ quare veniſti ante tem-
pus torquere nos. mat. viij. Scđo eſt
oībus amabile: quia nimis vtile. vnđ
paulus iſtius nominis dulcedine preuē
tus ipſuꝫ in ſuis epiſtolis circa quingē-
tas vices dicit inſeruiſſe. Tertio eſt
angelis venerabile di. apſo. ad hebre. i.
ca. ꝙ ieſus tanto melior eſt angelis effe-
ctus q̄ͣto differentius p̄ illis nomen he-
reditauit. vñ ad philip. ij. dicit. Vt in no
mine ieſu oē genu flectatur celeſtiuꝫ ꝛc̄.
Quarto eſt mundo admirabile: quia
fuit a ꝑſona verbi aſſumptum di. apſo.
ro. ix. ꝙ xp̄us cui hoc nomen eſt impoſi-
tum eſt deus per oīa benedictus. Et
iſtud nomen portant omnes ſancti qui
ſunt in patria ſcriptum in frōtibus ſuis
vt habet apoca. xx. ca. Videbunt faciem
eius ꝛ nomen ſuum ſcriptum in fronti-
bus ſuis. Quod nos ieſus cernere faciat
f

precibus ſue matris ⁊ meritis: Qui vi/
uit et regnat in ſecula. Amen.

## In feſto Epiphanie domi ieſu chriſti. Sermo. I.

**Uidimus ſtellam**
eius in oriēte et venim⁹ ado
rare eū. Math. ij. ca. Quia
feſtum epiphanie dicitur feſtum ſtelle: ic
circo ad eius declarationem aſſumitur
verbū propoſitum. ſicut in ierarchia an
gelica ſm Dio. de āgelica ierarchia ſūt
duo ſupmi ordines. ſcꝫ ſeraphin ⁊ che/
rubin. ſic in ierarchia monaſtica anime
ſunt due ſupreme virtutes. ſcꝫ intellect⁹
⁊ voluntas. iſtis omnibus reſpondētes
Nam cherubin vigent in intellectuali
ſapientia ⁊ ſeraphin in affectabili amici
cia: ⁊ quia iſti tres reges ad xp̄m venie/
tes habebāt animas ierarchica illuſtra
tione ꝑfectas idcirco eoꝝ ꝑfectio princi/
paliter attēditur quantū ad iſtas duas
potentias. Primo quantū ad intellectu
alem virtutē cum premittit Uidimus
ſtellā eius ⁊c̄. Uidere em̄ ꝑtinet ad itel
lectualē potentiā. ideo dicit Jo. in cano.
ſua Quod vidimus teſtamur. Scdo quā/
tum ad affectiuam voluntatē cū ſequit
Et venimus adorare eū. Adorare em̄ ꝑ
tinet ad voluntatē: ideo dr̄ in pſ. Adora
bim⁹ in loco vbi ſteterunt pedes eius. i.
affectiones ei⁹. Aliter pōt dici q ꝑfectio
iſtoꝝ regū ſeu magoꝝ vel eoꝝ ſanctitas
dupliciter declarat. Primo quantum
ad virtutes vere ſapientie. que eſt nobi/
liſſima inter itellectuales iuxta illud xp̄i
Beati oculi q̄ vident q̄ vos videtis cuꝫ
ꝓmittit. Uidim⁹ ſtellā. Stella iſta fuit
veritatis magiſtra. Scdo quantum
ad virtutem deuote latrie que eſt perfe/
ctiſſima inter morales. cū ſequit: Ueni
mus ado. eum Sicut em̄ adorare eſt ꝑ/
uerſi idolatre. ſic adorare deum eſt de/
uota latria. ideo dicitur deut. Dominū
deuꝫ tuum adorabis. ⁊ illi ſoli ſeruies.
Quia igit pn̄s ſolēnitas ſub noie ſtelle
eſt introducta: ideo circa illā ſtellā ſunt
plura myſteria pertractanda. quorum.

Primū miſteriū eſt. quale fuit iſtius I. myſteriū.
ſtelle natura. Unde ſciēdū eſt q in quo
libet artificio ad naturam eius cogno/
ſcendam inquirit de quadruplici cauſa
ita ⁊ hic. Et Primo de cauſa natura/ D
li. Uidet aūt q licet deus eaꝫ creare de
nihilo potuerit ſicut aiam. tamē forma/
uit eam de aliqua portione reſeruata vt
de illa nubecula lucida. de qua in princi
pio formauit ceteras ſtellas. vt notat. ij.
ſententiaꝝ. vt conſimilem originē cū ce/
teris haberet. Inquiritur ſcꝫ ſcdo de
cauſa formali. de qua dicit a quibuſdaꝫ
q non fuit vera ſtella: ſed ſilitudine tm̄:
contra q̄s b. Greg. in mor. dicit q ſigna
fidei noſtre ſunt veriſſima: ideo veritas
ſūma ꝑ ſigna ficticia mōſtrari nō debet.
⁊ ideo habuit verā formam ſtelle. lꝫ ſm
Aug. fuerit ceteris pulchrior. Inqui/
ritur ⁊ tertio de cauſa efficiente de q̄ dn̄t
aliq̄ q miniſterio angeloꝝ fuerit forma
ta. Contra quos Aug. ſup gen̄. ꝯtra ma
nicheos oñdit q corpora celeſtia nō po/
tuerūt formari virtute angelica a princi
pio ⁊ maxime in ſignificādo xp̄i natiui/
tatē niſi ab ipſo deo ⁊ ideo iſtā ſicut ali/
as ſolus deus ſuis manibus formauit.
Quarto de cā finali Et dī q fuit con
firmatio fidei nr̄e vt de xp̄i incarnatiōe
teſtioniū ꝑhiberent creature ſupceleſtes
⁊ angeli ⁊ ſtelle. ſicut factū fuit in paſſio
ne ei⁹ qn̄ creature celeſtes ⁊ terreſtres te
ſtimoniū perhibuerūt. quia ſol terra ⁊ la
pides. ſm b. Greg. vnde de ipſo ꝓmo te/
ſtificati ſunt angeli. ſcdo celo. tertio. par
q̄rto demones. quinto venti. ſexto mare.
ſeptimo terra. octauo ſol. nono reſurgen
tes. decimo hic in carne viuentes. ſ. apli
Sed q̄rit qd finalr factū fuerit de illa
ſtella. Dicendū q expleto miſterio fuit
adnihilata. Sed quia de hoc nō inueni
tur q fuerit de aliqua creatura incorru/
ptibili aut materia de q̄ fuerit facta ta/
lis reſolutio et res inſoluta. ideo dicunt
aliqui q alicubi ſit reſeruata. ſicut dicit
de ſignis paſſiōis xp̄i. Iſta ſtella fuit
pulchrior et illuſtrior ceteris ſtellis celi
ſm Aug. et fuit de ipſa prophetatum in



numeris di. Balaam Orietur ſtella ex
iacob ⁊ conſurget virga ex iſrael. ſcilicꝫ
chriſtus prefiguratus per ipſam. ⁊ per/
cutiet duces moab. id eſt principes in/
fernales ⁊c̄. Secundum miſterium
II. myſteriuꝫ. eſt. que fuit iſtius ſtelle figura. Et dicit
q iſta ſtella figurauit iſtam ſtellam ma
ris que deſcēderat in vellus. que de ſeip
ſa dicit: Ego ſum ſtella ſplendida ⁊ ma
tutina. apoc. xxij. Intelligēdū tn̄ eſt q
xp̄s per iſtam ſtellam dicitur ſtella ma/
E tutina quadruplici ratiōe. Primo q2
iſta ſtella eſt omnium ſtellarum ſplen/
didiſſima. ideo vocatur nomine luciferi
primi angeli: qui fuit clarior omnibus
aliis ſm Iſi. ita anima chriſti fuit omni
um preclariſſima: ex ſumma ſapientia
vltra omnem rationalem creaturam il/
luſtrata. ſm Aug. ſup Mat. ⁊c̄. Se/
cundo quia iſta ſtella eſt ardentiſſima.
et ideo dicit venus. quia incentiua amo
ris quemadmoduꝫ chriſtus dilexit nos
⁊ lauit nos a peccatis noſtris in ſangui
ne ſuo. vt ait pe. dicente domino. Maio
rem charitatem nemo habet ⁊c̄. Ter
tio. quia iſta ſtella eſt humidiſſima ad
influēdū humores beniuolos. ſm aſtro
logos. ſic anima chriſti fuit humilima.
vt paruit i cruce. ⁊ miſericordiſſima. nō
pro ſua morte: ſed pro noſtra humanita
te ſanguinem ſuum fudit ſm apoſtolum
Unde dicebat iudeis. Miſericordiam
volo ⁊ non ſacrificium ⁊c̄. Quarto q2
iſta ſtella eſt omnium ſtellarum maxi/
ma: vt patet ad ſenſum: ita ⁊ anima chri
ſti eſt maior omni anima que vnquam
fuit creata. quia ſm Aug. in ſubſtan/
tiis ſpiritualibus iſta eſt maior que eſt
melior. ſed anima chriſti eſt omniuꝫ ani
marum precioſiſſima. vt dicitur tertio
ſententiarum ergo ⁊c̄. Iſta autem ſtel
la matutina fuit ſimilima ſtelle que ap/
paruit magis. vt habetur ex dictis bea/
ti Augu. Et ideo ipſa bene figurabat
chriſtum qui fuit quaſi ſtella matutina
in medio nebule: dum eius anima fuit
circumuelata mortali corpore de qua

eccleſiaſtici. l. Tertium myſterium III. myſteriuꝫ.
eſt quanta fuit iſtius ſtelle refulgentia.
Dicitur autem q eius refulgentia qua
drupliciter declaratur. Primo quidē F
ex excellentia ſingulari: quia quanto vi/
ſibile eſt excellentius tanto oculis infir/
mis eſt inuiſibile. Et ſicut ſe habet ocu
lus noctue ad lucem ſolis ⁊c̄. propterea
oculi noſtri non poſſunt attingere ad lu
cem diuinitatis. Iſta autem ſtella fuit
ita ſplendida vt ab oculis infidelium vi
deri non poſſet. ſed ſolum magis fideli/
bus apparebat vt patet in euangelio.
Secundo ex illuminatione naturali
qui ſicut ſol iſte illuminat ſenſum non
tamen intellectū qui eſt ipſo ſenſu luci/
dior in natura. iſta autem ſtella non ſo/
lum illuminauit ſenſum regum: ſed eti/
am intellectum dum eis natiuitatis re/
uelauit ſacramentum. Tertio ex ma/
nifeſtatione obiectali: quia lux tanto eſt
maior quanto manifeſtat plura ad ma/
iorem diſtantiam. ſol enim non niſi pre/
ſentia manifeſtat: lux autem iſtius ſtelle
magis manifeſtabat remota. dum exi/
ſtentibus in oriente oſtendebat ea que fi
ebant circa medium mundi. ideo eſt cla
rior ſole ⁊c̄. Quarto eſt ex remotio/
ne ipſius locali quia corpus quanto ma
gis remotum et illuminare non deſinit
tanto eſt magis luminoſum. iſta patent
ad ſenſum. Iſta autem ſtella nunc a no/
bis remota illuminare nō deſtitit: quia
inter cetera miracula nobis oſtenſa: fi/
dem preclariſſimam in mentibus nr̄is
confirmat. Iſta eſt illa ſtella que pro/
pter nimiam claritatem oculos hero/
dis excecauit et iudeoꝝ vt de ipſa dica/
tur illō ſapientie. vij. q ſuper omneꝫ ſtel/
larum diſpoſitionem luci comparata in
uenitur prior. Quartum myſterium IIII. myſteriuꝫ.
eſt. qualis fuit iſtius ſtelle influentia.
Et dicitur q quattuor ſunt modi ſtel/
larum diſtinctarum ſm influentiam be
niuolā quoꝝ Quedam influunt ad
dandū ſciaꝫ ſicut mercuri⁹ facit hoies
eē ſtudioſos ſm ptolomeū. Quedā ad

preſcibus ſue matr is ⁊ meritis: Qui vi/
uit et regnat in ſecula. Amen.

Jn feſto Epiphanie domī ieſu
chriſti. Sermo. I.

Vidimus ſtellam
eius in oriēte et venimꝰ ado
rare eū. Math. ij. ca. Quia
feſtum epiphanie dicitur feſtum ſtelle: ic
circo ad eius declarationem aſſumitur
verbū propoſitum. ſicut in ierarchia an
gelica ſm Dio. de āgelica ierarchia ſūt
duo ſupmi ordines. ſcꝫ ſeraphin ⁊ che/
rubin. ſic in ierarchia monaſtica anime
ſunt due ſupreme virtutes. ſcꝫ intellectꝰ
⁊ voluntas. iſtis omnibus reſpondētes
Nam cherubin vigent in intellectuali
ſapientia ⁊ ſeraphin in affectabili amici
cia: ⁊ quia iſti tres reges ad xp̄m veniē/
tes habebāt animas ierarchica illuſtra
tione ꝑfectas iccirco eoꝝ ꝑfectio princi/
paliter attēditur quantū ad iſtas duas
potentias. Primo quantū ad intellectu
alem virtutē cum premittit Vidimus
ſtellā eius ⁊c̄. Videre em̄ ꝑtinet ad itel
lectualē potentiā. ideo dicit Jo. in cano.
ſua Qō vidimus teſtamur. Scd̄o quā/
tum ad affectiuam voluntatē cū ſequit
Et venimus adorare eū. Adorare em̄ ꝑ
tinet ad voluntatē: ideo dr̄ in pſ̄. Adora
bimꝰ in loco vbi ſteterunt pedes eius. i.
affectiones eiꝰ. Aliter pōt dici ꝙ ꝑfectio
iſtoꝝ regū ſeu magoꝝ vel eoꝝ ſanctitas
dupliciter declarat. Primo quantum
ad virtutes vere ſapientie. que eſt nobi/
liſſima inter itellectuales iuxta illud xp̄i
Beati oculi q̄ vident q̄ vos videtis cuꝫ
ꝓmittit. Vidimꝰ ſtellā. Stella iſta fuit
veritatis magiſtra. Scd̄o quantum
ad virtutem deuote latrie que eſt perfe/
ctiſſima inter morales. cū ſequit: Veni
mus ado. eum Sicut em̄ adorare eſt ꝑ/
uerſi idolatre. ſic adorare deum eſt de/
uota latria. ideo dicitur deut. Dominū
deuꝫ tuum adorabis. ⁊ illi ſoli ſeruies.
Quia igit pn̄s ſolēnitas ſub noīe ſtelle
eſt introducta: ideo circa illā ſtellā ſunt
plura myſteria pertractanda. quorum.

Primū miſteriū eſt quale fuit iſtius I. myſterium.
ſtelle natura. Vnde ſciēdū eſt ꝙ in quo
libet artificio ad naturam eius cogno/
ſcendam inquirit de quadruplici cauſa
ita ⁊ hic. Et Primo de cauſa natura/ D
li. Videt aūt ꝙ licet deus eaꝫ creare de
nihilo potuerit ſicut aiam. tamē forma/
uit eam de aliqua portione reſeruata vt
de illa nubecula lucida. de qua in princi
pio formauit ceteras ſtellas. vt notat. ij.
ſententiaꝝ. vt conſimilem originē cū ce/
teris haberet. Inquiritur ſcꝫ ſcd̄o de
cauſa formali. de qua dicit a quibuſdaꝫ
ꝙ non fuit vera ſtella: ſed ſilitudine tm̄:
contra q̄s b. Greg. in mor. dicit ꝙ ſigna
fidei noſtre ſunt veriſſima: ideo veritas
ſūma p ſigna ficticia mōſtrari nō debet.
⁊ ideo habuit verā formam ſtelle. lꝫ ſm
Aug. fuerit ceteris pulchrior. Inqui/
ritur ⁊ tertio de cauſa efficiente de q̄ dn̄t
aliq ꝙ miniſterio angeloꝝ fuerit forma
ta. Contra quos Aug. ſup gen̄. ꝯtra ma
nicheos oſidit ꝙ corpora celeſtia nō po/
tuerūt formari virtute angelica a princi
pio ⁊ maxime in ſignificādo xp̄i natiui/
tatē niſi ab ipſo deo ⁊ ideo iſtā ſicut ali/
as ſolus deus ſuis manibus formauit.
Quarto de cā finali Et dr̄ ꝙ fuit con
firmatio fidei nr̄e vt de xp̄i incarnatiōe
teſtioniū ꝑhiberent creature ſupceleſtes
⁊ angeli ⁊ ſtelle. ſicut factū fuit in paſſio
ne eiꝰ qn̄ creature celeſtes ⁊ terreſtres te
ſtimoniū perhibuerūt. quia ſol terra ⁊ la
pides. ſm b. Greg. vnde de ipſo p̄mo te/
ſtificati ſunt angeli. ſcd̄o celo. tertio. pat
q̄rto demones. quinto venti. ſexto mare.
ſeptimo terra. octauo ſol. nono reſurgen
tes. decimo hic in carne viuentes. ſ. apl̄i
Sed q̄rit q̄d finalr factū fuerit de illa
ſtella. Dicendū ꝙ expleto miſterio fuit
adnihilata. Sed quia de hoc nō inueni
tur ꝙ fuerit de aliqua creatura incorru/
ptibili aut materia de q̄ fuerit facta ta/
lis reſolutio et res inſoluta. ideo dicunt
aliqui ꝙ alicubi ſit reſeruata. ſicut dicit
de ſignis paſſiōis xp̄i. Iſta ſtella fuit
pulchrior et illuſtrior ceteris ſtellis celi
ſm Aug. et fuit de ipſa prophetatum in



numeris di. Balaam Orietur ſtella ex
iacob ⁊ conſurget virga ex iſrael. ſcilicꝫ
chriſtus prefiguratus per ipſam. ⁊ per/
cutiet duces moab. id eſt principes in/
fernales ⁊c̄. Secundum miſterium
II. myſterium. eſt. que fuit iſtius ſtelle figura. Et dicit
ꝙ iſta ſtella figurauit iſtam ſtellam ma
ris que deſcēderat in vellus. que de ſeip
ſa dicit: Ego ſum ſtella ſplendida ⁊ ma
tutina. apoc. xxij. Intelligēdū tn̄ eſt ꝙ
xp̄s per iſtam ſtellam dicitur ſtella ma/
E tutina quadruplici ratiōe. Primo q̄a
iſta ſtella eſt omnium ſtellarum ſplen/
didiſſima. ideo vocatur nomine luciferi
primi angeli: qui fuit clarior omnibus
alijs ſm Iſi. ita anima chriſti fuit omni
um preclariſſima: ex ſumma ſapientia
vltra omnem rationalem creaturam il/
luſtrata. ſm Aug. ſup Mat. ⁊c̄. Se/
cundo quia iſta ſtella eſt ardentiſſima.
et ideo dicit venus. quia incentiua amo
ris. quemadmoduꝫ chriſtus dilexit nos
⁊ lauit nos a peccatis noſtris in ſangui
ne ſuo. vt ait pe. dicente domino. Maio
rem charitatem nemo habet ⁊c̄. Ter
tio. quia iſta ſtella eſt humidiſſima ad
influēdū humores beniuolos. ſm aſtro
logos. ſic anima chriſti fuit humilima.
vt paruit i cruce. ⁊ miſericordiſſima. nō
pro ſua morte: ſed pro noſtra humanita
te ſanguinem ſuum fudit ſm apoſtolum
Vnde dicebat iudeis. Miſericordiam
volo ⁊ non ſacrificium ⁊c̄. Quarto q̄r
iſta ſtella eſt omnium ſtellarum maxi/
ma: vt patet ad ſenſum: ita ⁊ anima chri
ſti eſt maior omni anima que vnquam
fuit creata. quia ſm Aug. in ſubſtan/
cijs ſpiritualibus iſta eſt maior que eſt
melior. ſed anima chriſti eſt omniuꝫ ani
marum precioſiſſima. vt dicitur tertio
ſententiarum ergo ⁊c̄. Iſta autem ſtel
la matutina fuit ſimilima ſtelle que ap/
paruit magis. vt habetur ex dictis bea/
ti Augu. Et ideo ipſa bene figurabat
chriſtum qui fuit quaſi ſtella matutina
in medio nebule: dum eius anima fuit
circumuelata mortali corpore de qua

eccleſiaſtici. l. Tertium myſterium III. myſterium.
eſt quanta fuit iſtius ſtelle refulgentia.
Dicitur autem ꝙ eius refulgentia qua
druplicitr declaratur. Primo quidē F
ex excellentia ſingulari: quia quanto vi/
ſibile eſt excellentius tanto oculis infir/
mis eſt inuiſibile. Et ſicut ſe habet ocu
lus noctue ad lucem ſolis ⁊c̄. propterea
oculi noſtri non poſſunt attingere ad lu
cem diuinitatis. Iſta autem ſtella fuit
ita ſplendida vt ab oculis infidelium vi
deri non poſſet. ſed ſolum magis fideli/
bus apparebat vt patet in euangelio.
Secundo ex illuminatione naturali
qui ſicut ſol iſte illuminat ſenſum non
tamen intellectū qui eſt ipſo ſenſu luci/
dior in natura. iſta autem ſtella non ſo/
lum illuminauit ſenſum regum: ſed eti/
am intellectum dum eis natiuitatis re/
uelauit ſacramentum. Tertio ex ma/
nifeſtatione obiectali: quia lux tanto eſt
maior quanto manifeſtat plura ad ma/
iorem diſtantiam. ſol enim non niſi pre/
ſentia manifeſtat: lux autem iſtius ſtelle
magis manifeſtabat remota. dum exi/
ſtentibus in oriente oſtendebat ea que fi
ebant circa medium mundi. ideo eſt cla
rior ſole ⁊c̄. Quarto eſt ex remotio/
ne ipſius locali quia corpus quanto ma
gis remotum et illuminare non deſinit
tanto eſt magis luminoſum. iſta patent
ad ſenſum. Iſta autem ſtella nunc a no/
bis remota illuminare nō deſinit: quia
inter cetera miracula nobis oſtenſa: fi/
dem preclariſſimam in mentibus nr̄is
confirmat. Iſta eſt illa ſtella que pro/
pter nimiam claritatem oculos hero/
dis excecauit et iudeoꝝ. vt de ipſa dica/
tur illō ſapientie. vij. ꝙ ſuper omneꝫ ſtel/
larum diſpoſitionem luci comparata in
uenitur prior. Quartum myſterium IIII. myſterium.
eſt. qualis fuit iſtius ſtelle influentia.
Et dicitur ꝙ quattuor ſunt modi ſtel/
larum diſtinctarum ſm influentiam be
niuolā quoꝝ. Quedam influunt ad
dandū ſciaꝫ ſicut mercuriꝰ facit hoīes
eē ſtudioſos ſm ptolomeū. Quedā ad

dandum leticiam vt iuppiter. qui dicit
G planeta beniuolus: in calore et humore
temperatus ꝛc. Quedam ad danduꝫ
animoſitatem. ſicut Mars. ꝙ dicit ani/
mare milites ad victoriam. vnde prelia
dicunt martis ꝛc. Quedā ad danduꝫ
triſticiaꝫ. ſicut Saturnus dicit maliuo/
lus. Iſta aūt ſtella habuit quadrupli
cem influentiaꝫ. quia. ſ. Primo dedit
iſtis regibus magnam ſapientiam faci/
ens eos ſtudioſos ad querendū ꝛ inue/
niendum. qui eſt ſapientia dei patris. iō
niſi habuiſſent ſapientiam ſupernatura
liter reuelantem nō intellexiſſent ſignuꝫ
qđ videbant. Scđo dedit eis magnā
leticiam. quia videntes ſtellaꝫ poſt exi/
tū ciuitatis gauiſi ſunt gaudio magno
valde. Tertio dedit eis magnaꝫ ani/
moſitatem. qꝛ non timentes mortis peri
culum confitebantur regem iudeoꝝ co/
ram herode paruulum natum. dicentes
Ubi eſt qui natus eſt rex iudeorum ꝛc.
Quarto dedit iudeis magnā triſti/
ciam. quia videns apparitionem iſtius
ſtelle. herodes turbatus eſt ꝛ omnis hie
roſolima cuꝫ illo. vnde debuiſſent ſūme
letari ſicut patres eoꝝ. qui de ſola ſpe ſū
me gaudebant. vñ ſicut xp̄us fuit ſignū
in reſurrectionem multoꝝ bonoꝝ ꝛ in rui
nam multoꝝ maloꝝ vt ait Symeon: ita
ſtella iſta fuit in gaudium bonoruꝫ: ꝛ in
triſticiam maloꝝ. Ideo de iſta ſtella im
plet illud ſap̄. Super omnem diſpoſitio
nem ſtellaꝝ inuenit prior: nō ſm durati
onem. ſed ſm perfectionem. luci cōpara
ta. Sed qualiter iſta ſtella cum eſſet
corporalis potuit illos ſpirituales influ
xus cauſare. Dicit ꝙ nō per ſe: ſed tanꝙ
inſtrumētum diuine potentie quemad/
modum ignis inferni: vt inſtrumentum
diuine iuſticie affligit demones ꝛ dāna
tos. et vt aqua inſtrumentum baptiſmi
efficit gratiam quam figurat vt inſtru/
V. myſteriuꝫ. mentum diuine clementie. Quintuꝫ
myſteriū eſt qualis fuit eius motus. Et
dicit ꝙ in eius motu quattuor notabilia
H conſiderant. Primum eſt mouentis
ſingularitas. quia cum nulluꝫ inanima

tum moueat a ſeipſo. oportuit ꝙ moue/
retur a deo vel ab angelo deus autēꝫ ſm
Aug de trini. tales motus facit mediā/
tibus angelis: ideo huic aſſignatus fuit
vnus angelus: ſicut toti celo deputatur.
Et credit ꝙ ſanctus gabriel fuerit. quia
ille fuit miniſter ꝛ nūcius ſacramentoꝝ
ad incarnationem pertinentiū vt habet
ex Luca. Scđm eſt: motus velocitas
quia in tredecim. ſ. diebus ſuū curſum ꝑ
fecit citius ꝙ̄ aliqua alia. Sed querit
Aug. quomodo ita cito potuit de tā lon
ginquo magos perducere ad xp̄m in tā
breui tempore. Et dicunt quidam ꝙ pri
us apparuerit ꝙ̄ xp̄us fuerit nat⁹. ſed hō
non valet. quia ſm Aug. quando vide/
runt ſtellam in oriente intellexerunt re/
gem natum. ideo dicit ꝙ habuerunt dro
medarios ita veloces. aut ꝙ ſtelle vir/
tute ita cito irent ſicut ipſa. Tertiuꝫ
motus ꝑpendicularitas: quia ſicut cete/
re ſtelle mouent circulariter: ſic iſta per/
pendiculariter. quia non in orbe. ſed in
aere ꝛ motus omnis rectus videt omni
obliquo nobilior qꝛ vniformior. iſto mō
debet quilibet fidelis in via iſtius mun
di errare per rectam viā iuſticie non ob
liquam iniquitatis ſequendo ſtellam ſi
cut magi. i. doctrinam euangelicam do/
nec ad chriſtum ꝑueniat. Quartū eſt
motus diuerſitas quia in prima appari/
tione mouebatur ab oriente motū in hie
ruſalem dirigendo in ſcđa ab aqlone in
meridiem. ab hieruſalē in bethleem du/
cendo: quia tribus beniamin in qua eſt
hieruſalem erat ab aquilone. que tribus
iuda in qua bethleem a meridie. vt ha/
betur ioſue. ꝛc. Iſte curſus ab oriente ad
hieruſalem deſignat proceſſuꝫ a bono in
melius: ꝛ ab aquilone in meridiē de ma
lo in bonuꝫ: ſed homines magis vadūt
de meridie ad aquilonēꝫ. i. de vno bono
in malum vel de aquilone in occidenteꝫ
i. de malo in peius. quia ab aquilone
pandet omē malum. Hiere. i. De iſta
ſtella poteſt dici ꝙ manebat in ordine et
curſu ſuo ad quē erat ordinata. ſicut di/
cit in libro iudi. de illis qui ↄtra ſiſaraꝫ



VI. articulus. pugnauerunt. Sextus articulus que
ſunt iſtius ſtelle miracula. Et dicitur ꝙ
quattuor. quorum. ſcꝫ Primum fuit
noua apparitio ſtelle beatus non vide.
ꝗa miraculū eſt de re inſolita ſm Aug.
maius autem miraculum fuit iſtud ꝙ̄
in ſolis ſtatu ſub Ioſue aut in retroceſſu
ſub Ezechia. quia iſta per angelos mo/
uentes: iſtud nō niſi per deū. Secun/
dum miraculum fuit ignota occultatio
quando latuit in hieruſalem quia nullū
corpus illuminoſuꝫ poteſt ſe manifeſta/
re ꝛ occultare niſi ex oppoſito exiſtens i
ipſo emiſperio. ſicut iſta. Tertiuꝫ mi/
raculum fuit fixa ſtatio: quia nulluꝫ cor/
pus celeſte poteſt quieſcere exceptis po/
lis et illi etiam mouentur dum reuoluū
tur iſta autem ſtetit ſupra vbi erat puer.
Quartum miraculum fuit diſparitī/
one ſempiterna. Nulla eñi ſtella quan/
docunꝙ viſa ſempiterne diſparitionis
eſt: iſta aūt nunꝙ̄ poſtea fuit viſa. Ideo
in regreſſu non per ſtellam ſed per ange
lum vt ibidem patet fuerunt directi. iō
ſicut primo ſtelle ſunt date in ſigna na/
turalia: ſic iſta in ſignum ſupernaturale
VII. articulus. eſt quod eſt miraculum ꝛc. Septim⁹
articulus eſt. que ſunt iſtius ſtelle priui/
legia. et inueniuntur quattuor quorum
Primū eſt ꝙ iſta ſtella potuit liberuꝫ
arbitrium determinare quod nō poteſt
aliud corpus celeſte. qꝛ ſm beatū Aug.
de ciuita. dei. Uoluntas noſtra eſt libe/
ra et nullius creature dominio ſubiecta
iſta autem votum magorum determina
uit ad requirendum chriſtum. ſed qua/
liter hoc potuit? Dicitur ꝙ ſicut verba
in ſacramento altaris ex diuina diſtri/
butione non ex propria: ſic hic. Secū/
dum priuilegium eſt. ꝙ puer paruus in
ipſa apparuit ſm Criſo. Tertium ꝙ
ſm eundem crux chriſti in ipſa formata
fuit vt magis non ſolum incarnationis
ſed etiam paſſionis ſacramenta reuela/
rentur. que omnia ſunt neceſſaria ad ſa/
lutem. Quartum ꝙ iſta ſtella occaſū
neſciuit occidentis ſicut omnes alie: ad
declarandum ꝙ fides quam denuncia/

bat nunꝙ̄ perueniet ad occidentem nec
nouum teſtamentum quod inchoabat.
iuxta promiſſum domini in euangelio.
Noui inquit et eterni teſtamenti. Ideo
de iſta ſtella poteſt dici illud ſapientie:
Quaſi ſtella matutina in medio nebule
id eſt ſolemnitatis domini ec: que fulget
in preſenti eccleſia. ſed magis fulgebit i
patria: Ad quā nos perducat poſt hanc
vitam puer ieſus de virgine natus ma/
ria. Amen.

In octaua epiphanie domini
noſtri ieſu chriſti. Sermo. I.

Enit ieſus a naza
reth Galilee et baptizatus eſt
a iohanne in iordane ꝛc. Mar
ci. i. cap̄. Quia domin⁹ noſter ieſus chri
ſtus baptiſmū in ſeipſo ſuſcipere digna/
tus eſt. ideo ad declarandam iſtius diei
ſolennitatem que dicitur epiphania do/
mini conuenienter aſſumitur verbum il
lud. In quo quidem verbo perſona do/
mini noſtri ieſu chriſti dupliciter extolli
tur Et. Primo quidem quantum ad
myſterium ſue generationis. cum pre/
mittitur. Uenit ieſus a galilea. Iſta eñi
eſt ciuitas vbi chriſtus fuit genitus. ſm
carnem prebente virgine conſenſum: vt
dicitur Luc. ij. vbi etiam fuit educatus
vſꝙ ad xxx. annos vel circa: donec venit
ad baptiſmum: vt habetur Lu. ij. et. iij.
cap̄. Secundo introducitur perſona
domini noſtri ieſu chriſti extollenda ꝙ̄
tum ad myſteriū ſue regenerationis: cuꝫ
ſequit. Et baptizat⁹ a iohāne i iordane.
ſicut enim in die natalis fuit natus ho
minibus: ita fuit hodie renatus ſacra
mentis. vt Augu. in ſermone hodier/
no teſtatur. Circa primum myſteriuꝫ
ſue generationis cum dicitur: Uenit ie/
ſus ꝛc. eſt intelligendum ꝙ chriſtus do/
minus in ſacra ſcriptura inuenitur co/
gnominatus a quadruplici ciuitate. ſcꝫ
Primo a ciuitate ſyon. que ſibi pro/ L
genitus. Syon eñi erat ciuitas dauid.
vbi naſcebantur reges qui fuerunt chri/
ſti progenitores: vt habetur Math. i.

Unde pſ. Nunquid ſyon dicet homo:
et homo natus eſt in ea. et ipſe fun. eam
alti. Ibi enim dicitur chriſtus natus. qz
ibi progenitus. ſicut rex apulie dicitur
fra͞cigena. quia ab antiquo progenitus
eſt de iſta ſtirpe regia. Secundo a ci/
uitate nazareth. quia ibi fuit educatus.
Cum enim rediret ioſeph de egypto p/
pter timorem archelai regis iuda habi/
tauit in nazareth vt impleretur quod di
ctum fuerat per prophetas de chriſto.
Quoniaz nazareus vocabitur Math.
ij. ca. Tertio a ciuitate bethleem: qa
ibi natus eſt vt habetur Luc. ij. ca. Si/
cut enim michee. v. prophetatum fuerat
vbi dicitur. Et tu bethleem effrata par/
uula in milibus iuda. ex te enim egredi
etur qui ſit dominator in iſrael et egreſſ[9]
eius ab initio a diebus eternitatis.
Quarto a ciuitate hieruſale͞. quia ibi fu
it ſepultus quemadmodum dicitur be/
atus petrus de Roma. vnde yſ. vi. dicit:
Surge illuminare hieruſalem. quia ve.
lu. tu. et gloria domini ſuper te or. eſt. et ſe
quitur. Super te orietur dominus et glo
ria eius in te videbitur. Iſtarum em͞
quattuor ciuitatum debent eſſe ſpiritua
liter incole omnes chriſtiani et maxime
D clerici qui ſunt de ſorte chriſti. Primo
enim debent habitare in ciuitate ſyon:
per virtute͞ puritatis et caſtimonie. Sy/
on enim interpretatur ſpeculum in quo
licet ſpecies rerum ſenſibilium appare/
ant: tamen ipſum non coinquinant. ſic
anima clerici que naturaliter eſt ad mo
dum ſpeculi repreſentantis rerum ſenſibi
lium imagines no͞ debent ipſam infice/
re. facere em͞ debent ſecu͞m conſiliu͞ Hie/
ronymi in quada͞ epiſtola ad euſtochiu͞
ſic dicentis q impoſſibile eſt in animaz
hominis non incurrere cogitatione͞: ſed
ille laudatur: et predicat beatus: qui vt
ſtatim ceperit cogitare interficit cogita
tus: et allidit eos ad petram. Sed proh
dolor. quia filij ſyon incliti reputati ſunt
in vaſa teſtea. op[9] manuu͞ figuli Tren.
iiij. Secu͞do debent habitare in naza/
reth p virtute͞ deuotio͞is et ſctimonie. na
zareth em͞ interpretat ſanctificatio. Iſta
au͞t virt[9] ſcificatio͞is oz vigere in clericis
ppie. ſicut virt[9] fortitudinis in militibo
qz ſicut milites ſu͞t ad defenſione͞ reipubli
ce iſtituti ſic clerici ad cultu͞ diuinaz rez
ſunt ma͞cipati. Et ideo in genere ſcilicz
militum eſt ignominoſus miles pauid[9]
ſic in genere clericorum eſt clericus in/
deuotus: monſtruoſus et c. Tertio de
bent habitare in ciuitate bethleem per
virtutem pietatis et miſericordie. bethle
em enim interpretatur domus panis. ta
lis debet eſſe domus clerici. debet enim
eſſe. ſ. domus pauperum: quia bona cle/
ricorum ſunt bona pauperum. vnde di/
citur Malachie. iij. Infer omnem deci
mationem in horreum meum vt ſit cibo
in domo mea et probate me ſuper hoc di
cit dominus. ſi non apperuero vobis ca
theractas celi: et effudero vobis benedi
ctionem vſqz ad habundantiam. Iſtuz
autem cibum pro pauperibus procura/
bat quidam ſanctus vir qui dicebat q
proſelitis et aduenis miniſtrabat omne͞
decimationem tobie. i. ca. Quarto de
bent habitare in ciuitate hieruſalez per
virtutem pacis et concordie. hieruſalem
enim interpretetur viſio pacis. Iſta͞ vir/
tutem debent ſingulariter clerici colere
dum ſunt in ſtudio co͞ſtituti. Naz in ma
liuolam animam non introibit ſapien/
tia. ſap. i. ca. Iſta virtus pacis eſt mul
tum amabilis propter quattuor cauſas
Et Primo eſt a cunctis mortalibus
deſiderata vt patet per Aug. xviij. de ci/
uitate dei. vnde Heſter. xiij. dicitur q
vera pax eſt cunctis optata mortalibus K
Secundo quia fuit ab angelis ſuper
mundialiter euangelizata. ſcz in chriſti
ortu. vt habetur Luc. ij. vbi dicitur. Glo
ria in ex. deo. et in ter. pax. et c. Tertio
quia fuit apoſtolis a chriſto ita care co͞/
mendata. vt in fine anteqz moreretur et
poſt reſurrectionem. quando eis quater
apparuit. vt patet io. xx. Quarto quia
in patria eſt feliciter remunerata: di. deo
Mat. v. Beati pacifici: quoniaz filij dei
vocabuntur. Circa vero myſterium



ſecu͞de regenerationis qd notat cuz ſe
tur baptizatus eſt et c. inſiſtendo circa ſa
cramentum baptiſmi: ſunt multi articu
I. arti/ li declarandi. Et Primus articulus
culus. eſt. quid eſt baptiſmus. Et dicitur q eſt
remedium contra originalis peccati la/
pſum. ſicut penite͞tia ſecu͞da tabula eſt poſt
naufragium. vt habetur de regulis the/
ologie. regula viceſimatertia. Intelli
gendum eſt tame͞ q quattuor requirunt
ad integritatem baptiſmi. que in princi
pio cuiuſlibet operis requiruntur. ſcili/
E cet. Primo cauſa efficiens que perſo/
naliter ſit diſtincta a baptizato: quia ſi/
cut nulla res poteſt gignere ſeipſam: vt
docet. Aug. i. de trini. ita nec regenerare
et ideo nulla perſona poteſt baptizare ſe
ipſam. vt notatur in. iiij. ſententiarum.
di. iij. et Secundo cauſa finalis. ſcz vt
intendat facere quod facit eccleſia. Et
ideo habens iſtam intentionem bapti/
zat quantumcunqz ſit hereticus vel pa/
ganus. vt habetur de conſecr. di. iiij. vbi
dicitur q ſiue hereticus ſiue ſciſmatic[9]
et quantumcu͞qz facinoroſus baptiſmu͞
in trinitatis nomine conferre poteſt.
Tertio cauſa materialis. que eſt aqua
naturalis. ſicut in ſacramento eucharl/
ſtie panis et vinum. vnde dicit Augu.
ſuper iohannem. q accedit verbum ad
elementum. et fit ſacramentum. detra/
he inquit verbum et quid eſt aqua niſi
elementum. Quarto cauſa formalis
que eſt. Ego te baptiſo in nomie patris
et filij et ſpiritusſancti. Iſta forma fuit a
chriſto tradita. Marci vltimo. quando
dixit diſcipulis: Euntes docete omnes
gentes baptizantes eos in nomine pa/
tris et filij et ſpiritusſancti. De quo qui/
dem ſacramento inducitur illud preco/
nium apoſtoli. Ephe. iiij. Unus deus
II. arti/ vna fides vnum baptiſma et c. Secun
culus. dus articulus eſt. quot ſunt baptiſma/
tum genera. Et dicitur q quattuor quo
rum Primum eſt baptiſmus flumi/
nis animam inicians. ſicut fuit baptiſ/
mus Iohan. de quo dicitur Mat. iij. q
populus baptizabatur a Ioha͞ne in ior/
danis flumio. Iſte autem baptiſmus di/
citur animam inicia͞s qz de ſe gratia͞ no͞
conferebat. vt notatur. iiij. ſen. di. ij. et c.
Secu͞s eſt baptiſmus flaminis ſeu lu F
minis anima͞ pficiens. ſicut baptiſmus
inſtitutus a xpo de quo habet Mar. vl
timo. Qui crediderit et baptizatus fue/
rit ſaluus erit. quia iſte baptiſmus con/
fert gratiam. vt patet de priuilegiatis
et c. Tertius eſt baptiſmus flaminis:
animam ſanctificans. de quo habetur
Luc. iij. cap. vbi ioha͞nes loque͞s de xpo
dicebat: Ipſe baptizabit vos in ſpiritu/
ſancto et igne. Quartus eſt baptiſ/
mus ſanguinis animaz renouans. qua͞/
do quis moritur pro fide. de quo loqui/
tur ſaluator Luc. xij. Baptiſmo habeo
baptizari. et quomodo coartor vſqz dum
perficiatur. quia paſſionez deſiderabat.
ſolus autem baptiſmus fluminis ani/
mam perficiens dicitur ſacramentum.
vt habetur. iiij. ſen. di. i. Tertius arti/ III. arti
culus eſt: quare baptiſmus fluminis ad culus.
cetera baptiſmata comparatur. Circa
quem articulum premittuntur due ve/
ritates. quarum Prima eſt. q baptiſ/
mus chriſti comparatur ad baptiſmuz
iohannis. ſicut ad illud qd eius euac. qa
adueniente xpi baptiſmate: baptiſmus
ioha͞nis ceſſauit. vt habetur act. xix. ca.
qn paulus baptizatus fuit poſt baptiſ/
mum ioha͞nis. Secu͞a eſt q baptiſm[9]
fluminis comparatur ad baptiſmu͞ ſan
guinis. ſicut ad illud. qd neceſſario no͞ p
cedit. quia qui p fide morit qui no͞ fu/
erit baptizatus ſaluatur: baptizatus in
ſanguine pprio vt habetur exemplu͞ de
beata emerentiana beate agnetis colla/
tanea. Qd autem ſine baptiſmo ſaluat
paſſio ſuſcepta pro xpo inducit Aug. i.
iiij. ſuiez. di. iiij. Sed baptiſmus q ſo/
luz eſt ſacrame͞tu͞ ab baptiſmu͞ flaminis q G
druplicater co͞paratur. Et Quia baptiſ
mus fluminis pcedit baptiſmum flaminis
ſicut qn qs fictus accedit ad baptiſmu͞
et poſtea de fictio͞e co͞terit. tu͞c em͞ recipit
gram ſpiritusſancti. et non in baptiſmo. G
vt notatur. iiij. ſer. Quandoqz baptiſ

mus flaminis precedit. quia ſi quis ba/
ptiſmum fluminis non poteſt conſequi
quocunq; caſu impeditus ſufficit ei ſo/
la contricio ſm regulam beati Cypriani
que ponitur in .iiij. ſen. di. iiij. Unde di/
ſcipuli quibus predicauit Petrus act9.
x. prius acceperunt ſpiritum ſanctum q;
eſſent baptizati ꝛc. Quãdoq; bapti/
mus flaminis concomitatur. ꝛ iſtud eſt
de cõmuni lege niſi quis ponat obijcez
ſicut patuit in baptizatis a paulo act9. x.
qui cum baptiſmate receperunt ſpiritū
ſanctum vt docetur ibidem. Quãdo/
q; baptiſmus flaminis nõ precedit nec
concomitatur: nec ſequitur: ſicut in illo
qui cum fictione ſua moritur: ſicut ha/
betur de ſimone mago. qui fuit baptiza
tus act9. viij. ſed tamen fuit primo fict9.
IIII. ar ticulus Quartus articulus eſt. quis iſtorū
baptiſmatū eſt efficatior ad abluendū
animam. Et dicitur q; iſta quattuor ba
ptiſmata ſunt i quadruplici gradu i ha/
A bitudine ad animam. Eſt enim. Pri/
mus quidem baptiſmus qui nullaz de/
let culpã nec penã. ſicut baptiſm9 io. qñ
erat: nec peccata dimittebat: nec gratiã
conferebat. vt habetur in .iiij. ſen. di. ij.

Secundo quidem delet: ſed non pe/
nam. ſicut baptiſmus flaminis. quia il/
le concomitantur omnia ſacramẽta no/
ue legis in quibus conſtat conferri gra/
tiam ſpiritusſancti ꝛ tamẽ in ſacramẽto
penitentie non remittitur pena. ideo im
ponitur: vt patet per Hiero. ꝛ habet9 de
penitentia. di. i. ca. Menſuram. Ter
tio quidem delet culpam et penam quo
ad preterita. ſicut baptiſmus fluminis.
vnde dicit Ambro. ſuper epiſtolam ad
Roma. q; per ſolam fidem ſine gemitu
omnia in baptiſmo condonantur. ꝛ ha/
betur de conſe. di. iiij. ca. ſine penitentia.

Quarto quidem delet penam et cul/
pam non ſolum quo ad preterita: ſed eti
am quo ad futura. ſicut baptiſmus ſan/
guinis vnde talis baptizatus nunq; cul
pam nec penaz exſoluet. Uñ dicit Au/
gu. de vnico baptiſmo q; qui in eccleſia
ſanguinem fundunt: vitam eternã etiã
ſine baptiſmate accipiunt. In tali autez
baptiſmo omnia ſacramẽta complectū/
tur. vt dicitur .iiij. ſen. di. iiij. De iſto ba/
ptiſmo locutus fuit chriſtus iacobo et
iohanni. qui tunc dixit eis Baptiſmo q̃
ego baptizo baptiſabimini ꝛc. Quin/
tus articulus eſt: ſi anima noſtra poteſt V. arti culus.
ſine baptiſmo ablui a ſordibus ſuis. Et
dicitur q; cum anima noſtra communi/
ter per ſacramentum penitentie a ſordi/
bus abluatur: tamen quia baptiſmus
flaminis ipſum ſacramentū ſemper de/
bite concomitatur ſicut et cetera ſacra/
menta eccleſie: ideo ſine baptiſmo fla/
minis non fit remiſſio peccatorū ſaltẽ
mortalium quantum ad culpam: ſ; quā/
tum ad penam. dimiſſa culpa in flumi/
nis baptiſmate. vbi ſunt quattuor reme
dia requirenda quorum Primum eſt
effuſio lachrymarum in animi compun
ctione. cū quis recordatur de peccatis
ſuis. di. cum Propheta. Recedite a me
amare flebo ꝛc. Secundum eſt mem B.
brorum attenuatio in corporis mortifi/
catione. ſicut dicit pš. Poſui veſtimen/
tum meum cilitium et Cinerẽ tanq; pa
nem manducabam. Tertium eſt ele/
moſinarū elargitio. in miſcdie proſecu/
tione. quia ſicut aqua extinguit ignem:
ita elemoſyna peccatum. vnde Luce. xi.
Date elemoſynam: et ecce omnia mun/
da ſunt vobis. Quartum eſt: precum
multiplicatio in deuota oratione: ſicut
Moyſes multiplicando preces ad do/
minum meruit veniam pro totius po/
puli ſcelere. vt habetur exo. xxxiij. ca.
Per iſta quatuor remedia fuerunt libe/
rati in ſacra ſcriptura quatuor magi re/
ges. quorum Primus fuit Dauid q̃ C
diu fleuit. di. Fuerũt mihi lachryme mee
panes die ac nocte. Et iterum Lauabo
per ſingulas noctes lectum meum. Et
ideo fuit ei dictum. Tranſlatum eſt pec
catum tuū. Secundus fuit Achab q̃
poſt multa peccata operuit cilitio car/
nem ſuaz. ꝛ ieiunauit ac dormiuit in ſac/
co ambulauitq; demiſſo capite: et ſic fu/
it miſericordiam conſecutus: vt habet9



iij. Re. xxij. ca. Tertius fuit Nabucho
donoſor cui dictum fuit per prophetaz
Conſiliū meū tibi placeat. o rex. pecca/
cata tua elemoſynis redime: et iniquita
tes tuas in miſericordijs pauperum.
Dañ. iiij. ꝛ ſic fuit miſericordiã cõſecut9

Quartus fuit Sedechias rex q̃ ora/
uit ad dominum oratione deuotiſſima.
que oratio in fine. ij. parali. cõtinetur ꝛ ſic
fuit miſericordiam conſecutus cum ta/
men eſſet peccator omnium peccatorū
VI. arti culus. maximus ꝛc. Sextus articulus eſt:
quando ſacramentum baptiſmi fuit in/
ſtitutum. Et dicitur q; inuenitur baptiſ
mi ſacramentum: ſm quattuor tempo/
ra varie prolatum. Et Primo fuit in/
D ſtitutum: quaſi ſub ratione preambuli
quando. ſ. iohannes cepit predicare ba/
ptiſmum penitentie. vt habet9 in Mat.
et iſte quidem baptiſmus non fuit niſi
quoddam preambulum ad baptiſmū
chriſti: vt habetur .iiij. ſen. di. ij. Scdo
fuit inſtitutus quaſi in ratione myſterij
quando ſcilicet chriſtus fuit baptiſatus
vt habetur Luce. iij. quia tunc contulit
aquis virtutẽ regeneratiuã ſanctificãs
eas. cum tactu ſue mundiſſime carnis:
vt dicit Amb. ꝛc. Tertio fuit inſtitu
tus in ratione quaſi conſilij. ſc; quando
xp̃s iuſſit diſciplos ſuos baptizare Io.
iiij. quia expreſſe baptiſmus nondū fue/
rat ſub precepto ſaltem vniuerſali dat9

Quarto fuit inſtitutus ſub mõ pce/
pti Mar. vltimo. q̃ndo xp̃s dixit aplis.
Euntes in mundum vniuerſum ꝛc. Et
iſta fuit vltima inſtitutio. ꝛ ſic baptiſm9
ante tempus iohannis ſimpliciter fuit
inutilis. quia etiam nulli cõſultum. In
tempore iohannis baptiſte fuit merito
rius non ex ſe: ſed ex fide. Sed in tẽpo/
re xp̃i nõ ſolū ex fide: ſed ex ſe. q2 verum
reputat9 fuiſſe ſacramentum. ſed nõ om/
nibus neceſſarium. poſt aſcenſionẽ aūt
eſt neceſſariū ſimpliciter ad ſalutẽ. Cir
cūciſio vero añ xp̃i pdicationẽ fuit eua/
cuata. vt non eſſet neceſſaria. licet foret
vtilis q2 ſynagoga nondū erat ſepulta
poſt xp̃i mortẽ ſolū fuit pmiſſa. q2 chriſti
mors euacuauit oĩa legalia. S; poſt
euangelij diuulgationem fuit firmiter
prohibita. vnde dicit aplus. ad Gal. v.
Si circumcidimini chriſtus vobis nihil
prodeſt. vnõ addit ibi pro baptiſmate
In xp̃o eñ ieſu neq; circũciſio aliq̃d va/
let ꝛc. Septimus articul9 eſt vbi iſtõ VII. ar ticulus
ſacramentū fuit ordinatū. Dicit9 q; a q̃t/
tuor euangeliſtis notãtur quattuor loca
E inſtitutionis baptiſmi. Nam Primo
btũs marcus notat montẽ tabor: quem
credimus eſſe iſtū montẽ in q̃ fuit domi
nus trãſfiguratus: qui eſt in galilea ad
quem miſit xp̃us. xi. diſcipulos videre
poſt reſurrectionem. ibi eñ dixit eis xp̃s
Euntes in mundū ꝛc. Scdo beatus
Mat. notat montem oliueti. quia prece
ptum baptiſmi dedit quando celū aſcen
dit. Mat. iij. Aſcendit aūt a monte oli/
ueti ac. ʒ. i. Tertio notat beatus Lu.
bethaniam. vnde dicit dñm inde aſſum
ptū. Lu. xxiiij. ꝛ ibi dedit pceptū de ba/
ptiſmo. ip̃a eñ bethania erat in aliqua
parte mõtis oliueti. vt narrant hyſtorie

Quarto notat btũs Iohes ciuitatē
hierl'm in qua venit ad xp̃m Nichode/
mus nocte. quando dixit ei: Niſi quis re/
natus fuerit ex aqua ꝛc. Intelligen/
dum eſt autez q; iſta quatuor loca huic
ſacramento cõueniũt ſpiritualiter. Et

Prio mons tabor. q2 ſicut fuit ibi xp̃s
ſplendidus factus corporaliter: ſic aña
fit in baptiſmo ſplẽdida virtualiter per
virtutes ꝛ dona q̃ ei infundunt9. Scdo
mons oliueti q2 ſicut xp̃us inde aſcẽdit
in celū: ſic anima eius qui morit9 in gra/
tia baptiſmali p peccatum nõ obnubi/
lata mox volat ad celū. Tertio Be/
thania q2 ſicut xp̃us ibi lazarum reſu/
ſcitauit a mortuis: ſic in baptiſmo reſu/
ſcitat animam peremptam plaga origi/
nali. Quarto Hieruſalem que dicit9
ciuitas pacis: quia in ſacramẽto iſto re/
conciliatur anima. que in ira dei fuerat
concepta. ideo dicit aplus ad Gal. iij.
Omnes qui in chriſto baptizati eſtis:
xp̃m induiſtis. Octauus articulus VIII. ar
eſt. qui ſunt iſtius ſacramenti effectus. ticulus

Et dicit q quattuor. Primus eſt cara
cter ſqui imprimitur ſemp quantūcun
q ficto: vt habetur extra de baptiſmo et
F eius effectu. Scōdus eſt fides infuſa
quia cuicunq non ficto infundit fides.
iiij.ſen.di.iiij. Tertius eſt gratia que
datur puulis per quā pmerent vitā eter
nam. vt habet.iiij.ſen.di.v. Quartus
eſt inocētia. q2 qcūq baptiſat purgat tā
a labe pcti original q̄ actual'. tā venial'
q̄ mortal' vt eiꝰ aīa ſit i tāta inocētia de
pſenti: i quāta fuerat creata anima ade
remiſſa omni culpa vt habet.iiij. ſen. di
iiij. Iſti quattuor effectus ſe habent p
ordinē i indelebilitate.et Primus ef
fectus eſt indelebilis quia caracter eſt ſi
gnum omnino indelibile.etiā in dāna
tis aut degradatis: aut excōicatis : aut
ſcelestis. Secundus effectus eſt inde
lebilis: niſi rubigine hereſis: quia nullū
aliud peccatū mortale fidem delere pōt
K vt notat.iij. ſen. vbi de fide agit. Ter
tius effectus delet per quodcūq pecca
tum mortale. quia gratia diuina cū ali
quo peccato mortali ſtare non poteſt. ſi
cut nec vita cū morte vt ibidē. Quar
tus effectus ſcz innocentie delet ſolum
per peccatum veniale. quia nullus talis
eſt ſimpliciter innocens vt habetur in p
phetis. ideo pā iſtud ſacramentum deſi
derans in figura dicit. Aſperges me do
mine yſopo et mūdabor ꝛc. Nonus ar
IX. arti ticulus eſt. que ſunt priuilegia gratie ba
culus. ptiſmalis. Et dicitur q habet quattuor
priuilegia vltra gratiā aliorum ſacramē
G torum. Et Primum eſt anime virgi
nitas. quia poſt regenerationem baptiſ
mi amiſſa gratia p peccatū mortale q̄
uis anima reconciliet p gratiam penitē
tialem: tamen nunq efficitur virgo. q2
quandoq fuit corrupta. ergo ſolum cū
prima gratia baptiſmali durat virgini
tas anime. qua amiſſa nullatenus recu
perari poteſt. Secundum eſt. ad per
manendum facilitas. quia quamdiu ho
mo eſt in gratia baptiſmali: faciliter in
bono perſeuerat. quia fomes peccati
per baptiſmum remittitur. qd per pec
catum mortale poſtea prouocatur: z ideo

quanto magis per malorum iterationē
ab hac gratia elongamur: tanto minus
idonei ad pſeuerādū efficimur. Ter
tium eſt ad reſiſtendum viuacitas. quia
illa armatura quam maxime hoſtis for
midat. ex quo enim ſemel vicit ad impu
gnandū inualeſcit. Et ideo dicit beatꝰ
Iacobus. Reſiſtite diabolo et fugiet a vo
bis ꝛc. Quartum eſt feſtinata felici
tas. q2 qui in gr̄a baptiſmali moriunt a
ſolis venialibus purgant. z flāmam fa
ciliter tranſeunt quā apſus ad corz. cō
parat flāme ligni vel feni. aut ſtipule q̄ſi
raptim tranſeuntis. Iſte aūt tales aīe
que in gr̄a moriunt ſunt iſte virgines q̄
ſequunt agnū quocūq ierit. vt habet in
apoc. Et ideo q2 tal' decorē nullatenus
poſſumꝰ recuperare: eo q ſacramētū ba
ptiſmi nō eſt licitum iterari multū debe
mus dolere: z ab eius elongatione caue
re ꝛc. Intelligendum eſt tn̄. q aliqui
moriunt in gratia baptiſmali nō obnu H
bilata per peccatū veniale. nec exercita
ta per actus meritorios. ſicut paruuli. z
ideo habēt remiſſam glām z nullā pe
nam ꝛc. Alij in eadē gr̄a obnubilata
z nō exercitata moriunt q2 venialit pec
cauerūt z nō egerūt opa meritoria z iſti
hūt remiſſam glām z modicā penam.
Aliq in eadē gr̄a obnubilata z exerci
tata moriunt. q2 venialit peccauerūt et
opera exercuerūt. z tales habent magnā
glām z modicā penā. Aliq in eadē
gratia non obnubilata nec exercitata.
quia nec venialiter peccauerunt. et bona
opera fecerunt poſt baptiſmum. Si tn̄
ſunt aliq in vita iſta breuiſſima et tales
habebunt magnā glām z nullam penā X. arti
p quibus dicit balaam. xxiij. numerorz culus.
Moriat aīa mea morte iuſtorz z fiāt no
uiſſima mea horum ſimilia ꝛc. Deci
mus articulus eſt que ſunt iſtius inpre
ceſſibilis ſacramenti inſignia. Et dicit
q ſunt quattuor. Et Primum eſt pri
mitas inpreceſſibilis: quia ipſum eſt ia I
nua omnium ſacramentorum vt nullum
aliorum aliquid proficiat niſi iſto preuio
vt notatur. iiij. ſen. di. iiij. Secundū
eſt vniuerſalitas interminabilis quia ē



omnibus hominibus z mulieribus cu
iuſcunq etatis et conditionis cōmunis
vt habetur. iiij. ſen. circa principium.
Tertium eſt facilitas inexcuſabilis.
quia ſine vlla difficultate iſtud ſacramē
tum quilibet conſequi poteſt ratiōe ma
terie cōmunis. i. aque. Eſt etiā in modo
facilis. vt habetur ibidem. Quartū
eſt neceſſitas ineuitabilis. quia licz ſine
XI. ar aliis ſacramentis. ſine illo tamen nullꝰ
ticulus ſaluari poteſt. vnde dicitur ioh. iij. Niſi
quis renatus fuerit ꝛc. Undecimus
articulus eſt. que ſunt iſtius ſacramenti
cerimonialia. Dicitur autem q ibi repe
riuntur quattuor cerimonie principales
quarum Prima eſt de immerſione tri
na que fidem trinitatis deſignat. vt ha
betur de conſe. di. iiij. cap. de trini. z ca.
eodem modo. Aut fit propter triduum ſe
K pulture chriſti. di. apoſtolo Conſepulti
ſumus chriſto per baptiſmum in morte
ꝛc. Secunda eſt de inunctione bina.
inungitur enim ſaliua z criſmate. quorz
vtrumq fit in ſignum virtutis que dat
contra inimicū. vt habetur de conſe. di.
iiij. ca. poſtea. Tertia eſt de conditiōe
a materia. quia ſal benedictum in os eiꝰ
a ſacerdote mittitur. vbi ſapientia et in
corruptio deſignatur vt habetur de con
ſecra. di. iiij. ca. vt huic z ca. ſal. Quar
ta eſt de inſufflatione multiplici q̄ bapti
zandus exſufflatur. vt virtus inimici ab
eo expellatur. ſm b. Aug. de ſymbolo et
de ꝯſe. di. iiij. ca. Ecce ſicut noſter. Iſtis
aūt pmiſſis ceremoniis induitur bapti
zandus veſte candida in xpiano inno
centiam deſignante. vt habet de ꝯſe. di.
iiij. ca. poſt baptiſmum et eſt auctoritas
XII. ar rabani ꝛc. Duodecimus articulus ē.
ticulus que ſunt iſtius ſacramēti miracula. Et
dicitur q in ſacra ſcriptura inueniūtur
quattuor ſcilicet miracula baptizatorū
quorum. Primum fuit baptiſmus xp̄i
in quo fuerunt tria miracula. primū fuit
L apertio celi: que deſignat q per baptiſ
mum ianua celi primo nobis aperitur:
z gloria promittitur Scōm fuit pr̄is
proteſtatio di. Hic eſt filius meus dile
ctus: que deſignat adoptionem. qua q̄

libet cum baptizatur in dei filium adop
tatur ꝛc. Tertium fuit ſpiritus ſancti
viſibilis deſcēſio in ſpecie columbe. que
deſignat q i omi baptiſmo debite ſuſce
pto mittit inuiſibiliter ſpūs ſanctus de q̄
bus tribus miraculis habet Mat. xxij. ca
z Mat. ij. ca. Scōm baptiſmū mira
culoſū fuit baptiſmꝰ eunuchi ethyopis
de quo hētur act. viij. quē cū baptizaſ
ſet philippus ſpūs rapuit philippum et
amplius non vidit eum eunuchus. Et
ideo ibat per viam ſuā gaudēs: q2 datū
fuit ſibi i itelligere. q virtus baptiſmi fa
cit euolare: ſicut philippus fuit ab eo mi
raculoſe ſublatus. Tertium fuit pauli
apoſtoli de quo hētur act. ix. vbi dr̄ q cō
feſtim ante baptiſmū ceciderūt ab oculis
eiꝰ tanq ſquame z viſum recepit. q2 nullꝰ
adultus licite baptizatur. niſi prius illūi
netur. vt pz de cōſe. di. iiij. ca. pluribus.
Quartꝰ fuit baptiſmꝰ cornelij cēturi
onis. in q̄ p miraculū fuit petro oſtēſum ſa
cramentum baptiſmi oībus gentibus eſſe
cōmune. vt habetur act. xi. et ſimiliter XIII. ar
habetur idem de paulo ca. xix. Terti ticulus
uſdecimꝰ eſt. quare xp̄us fuit baptizatꝰ.
Circa qd aſſignant quattuor rōnes. Prīa
rō eſt. regulatio legis nature. q2 regula
iuris naturalis eſt. vt vnuſquiſq q̄ ius in
alterum ſtatuerit: ipſe eodē iure vtatur. z
ideo q2 legē baptiſmi oībus vniuerſaliter ſtatuit. ip
ſe eadem lege vti voluit qd decens fuit. A
Secunda ratio fuit euacuatio legis
moſayce. q2 ex quo noue legis ſacra in ſe
ſuſcepit prioris legis obligatiōes abſol
uit. cū nouis ſtatutis ſuperuenientibus ve
tera pijciantur. vt hētur in euangelio ꝛc.
Tertia rō eſt nobilitatio legis euāge
lice. q2 ſi tm̄ voluit legem moyſi et ſyna
gogam quā repudiauit honorare vt cir
cumciſionē in ſe ſuſciperet: multomagis
voluit honorare legem euangelicā z ec
cleſiam quā ſuſcepit in ſponſam accipiē
do baptiſmum. Quarta rō eſt ſancti
ficatio aque materialis tactu ſue mun
diſſime carnis. z iſtas rōes aſſignat am
bro. in octaua epiphanie. Iſtud autē
ſacramentum fuit figuratū in ve. teſta.
di. beato petro in canonica ſua ꝑa c. iij.

ꝙ ſicut in diebus noe octo anime ſalue facte ſunt ꝑ aquã ſic nos ſaluos facit baptiſmus ⁊ aqua baptiſmi: Quod nobis concedat xp̄s ieſus dei ⁊ virginis filius. Amē.

De eodem Sermo. II.

## Baptizatus ieſus

confeſtim aſcendit de aqua Mat. iij. ca. Quia ſm doctrinam .b. Aug. de vera reli. Uita chriſti tota fuit totius perfectionis exemplar: vt nullus poſſit peccare niſi odiendo quod ipſe dilexit. aut diligēdo quod ipſe odiuit. Nullus enim recte agit niſi faciendo quod ipſe ſcȝ monuit: aut nō faciendo quod ipſe prohibuit. Idcirco vt ſuo nos exemplo ad ſtatum ſalutis induceret: ſacramentum baptiſmi ſine vlla indigentia in ſe ipſo recipere voluit. vt prius faceret ꝙ̄ doceret ſm illud Luc. in act. Cepit ieſus facere ⁊ docere. Et ſecundū hoc chriſti baptiſmus dupliciter deſcribitur. Et Primo quantum ad baptizantis actum tranſeuntē. quo fuit baptizatus.

Secundo quantum ad baptizantis fructum conſequentem. quia confeſtim aſcendit de aqua ⁊c. non ꝙ xp̄us ex ſuo baptiſmate aliquē fructū nouū ſibi perciperet: ſed quia aſcēſus eius ꝑfigurabat eleuationē qua eleuatur anima noſtra in ſacramēto baptiſmi a ſtatu infime culpe mortalis ad ſtatum ꝑcelſe gratie ⁊ vite ſupernaturalis. Iſta autē aſcenſio fuit figurata per illam qua aſcenderunt filij iſrael de egipto tenebroſo deſignante ſtatum culpe ad deſertum: in quo ſignatur ſtatus gratie. tum quia ibi diuina maieſtas fuit reuelata. tum quia fuit ibi lex data. tum quia ibi diuinitas adorata. tum quia eſca angelorum cōceſſa iuxta illud pſalmi: Panem angelorum manducauit homo. De iſta aſcenſione habetur oſee. ij. Circa iſtam materiā de chriſti baptiſmate cuius hodie memoria agitur ſunt plures articuli pertractandi. quorum.

I. articulus. Primus articulus eſt quid eſt baptiſmus in generali. Et dicitur ꝙ baptiſmus eſt ſacramentū noue legis. ꝑmo ſanctificās aīam: ꝙ autē ſit ſacramentum patet. quia vt ait Hugo de ſacramentis. quia eſt inuiſibilis gratie viſibilis forma. Sed ꝙ ſit ſacramentū noue legis patet. quia fuit a xp̄o inſtitutus vt habetur in Mar. ſicut circumciſio in veteri teſtamēto fuerat collata tanꝙ̄ remedium contra originale peccatum: ſic ⁊ baptiſmus in nouo teſtamēto. Quod autē ſit primo ſanctificans animā patet. quia cetera ſacramenta ſunt ordine effectuali ipſo baptiſmate poſteriora. ideo dicitur ianua ſacramentorum. quia non niſi per ipſum intrari poteſt ad alia. ideo dicit dominus in iohanne. Qui non intrat per hoſtium ⁊c. Iſta eſt illa porta quam vidit ezechiel ad orientem poſitam per quam intrabatur ad templum: quia per hoc ſacramentum quilibet intrat templum eccleſie militātis. de quo ait apoſtolus ephe. iiij. Unus deus: vna fides: vnum baptiſma.

II. articulus. Secundus articulus eſt que ſunt illa que requiruntur ad baptiſmum. Et dicitur ꝙ ſunt quattuor que require in precedenti ſermone in primo articulo.

III. articulus. Tertius articulus eſt. que ſunt baptiſmi ſpecies. Et ponuntur a ſanctis quattuor ſpecies ſcilicet. Primus eſt baptiſmus fluminis. Secundus eſt baptiſmus flaminis. B Tertius eſt baptiſmus ſanguinis. Quartus eſt baptiſmus luminis. De baptiſmo fluminis di. Mar. vltimo. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſaluus erit. De baptiſmo flaminis dicitur a iohāne baptiſta in Mat. Iſte autē baptizabit vos ſpiritu ſācto. De baptiſmo ſanguinis loquitur xp̄s in Lu. Baptiſmo hēo baptizari ⁊ coartor ⁊c. De baptiſmo luminis loquitur .b. pe. in act. v. ꝙ dñs fide purgauit corda gentiū ſicut miſſio ſpiritusſancti. q̄ fit per infuſionē.

Sed primus baptiſmus ſcȝ fluminis habet rōnem ſacramenti quia deſignat ablutionem anime a peccato. vnde ſacramentū dicitur ſacre rei ſignum. Baptiſmus autē ſanguinis habet rationem meriti. quia in ipſo cōſiſtit actus fortitudinis.



Baptiſmus autē flaminis habȝ rationē premij: quia per actū contritionis meretur quis charitatem ſicut meritū contritionis. Sed baptiſmus fluminis qui eſt in fide habet rationē myſterij. quia eſt ꝑſagium viſionis que eſt in patria di. b. Aug. de trini. ꝙ cōtemplatio eſt merces fidei ⁊c.

IIII. articulus. Quartus articulus eſt. que ſunt baptiſmi beneficia. Et inueniuntur quattuor gradus. ſm quos ſunt. iiij. genera baptiſmi. C Primū beneficiū eſt beati luminis. quia purgat animā ab infidelitate ⁊ conſtituit eam in veritate. ideo dicitur io. i. Hic venit in teſtimoniū. ſ. Iohannes baptiſta vt omnes crederent in chriſtum. Secundum beneficium eſt baptiſmi flaminis quod nō ſolum liberat ab infidelitate ſȝ etiam a culpa quamuis non a pena ⁊ conſtituit in gratia. Ideo dominus in iohāne. Qui crediderit in me flumina de ventre eius fluent aque viue glorie viuificantis quod dixit de baptiſmate flaminis. vt ibidem habetur. Tertiū beneficiū eſt baptiſmi fluminis: quia non ſolum liberat a culpa: ſed etiā a pena. et ponit in gratia vnde morientes mox baptizati ſtatim euolant. vnde dicit beatus petrus in act. Baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in remiſſionem peccatorum. Quartum beneficium baptiſmi ſanguinis quod eſt quadruplex. quia liberat a culpa ⁊ a pena. et ſtatuit in conſumata gloria ⁊ dat aureolam vltra omnia alia. De quo loquitur xp̄s in

VI. articulus. Marco. di. Iac. ⁊ Ioh. Baptiſmo quo ego ⁊c. Intelligēdū ē autē ꝙ in no. te. tantum bis aperti ſunt celi. ſ. quando xp̄us fuit baptizatus. ⁊ quando ſteph. fuit lapidatus. vt detur intelligi ꝙ baptizati flumine ⁊ ſanguine ſtatim euolant ⁊c.

V. articulus. Quintus articulus eſt que ſunt baptiſmi priuilegia. Et dicuntur eſſe quatuor require ea in precedenti ſermone in articulo .x.

VI. articulus. Sextus articulus eſt que ſunt baptiſmi inſignia. Et dicuntur eſſe quatuor. quia ſ.

Primum eſt caracteris impreſſio quod D eſt ſignum indelebile. quo diſcernitur quilibet baptizatus a nō baptizato. de quo ſigno loquitur io. in apoc. di. quod comitātes xp̄m habebant nomen eius et nomē patris eius ſcriptum in frontibus ⁊c.

Secūdum inſigne eſt hominis veteris renouatio deſignata per lotionē. ideo dicit paulus ꝙ per baptiſmum cōfigurati ſumus. vt in nouitate vite ambulemus.

Tertium eſt xp̄i reſurrectio. Ideo fit trina immerſio ꝓpter triduū mortis xp̄i vnde apl's ad col. Conſepulti ſumus ꝑ baptiſmum in morte xp̄i vt ſicut reſurrexit: ſic ⁊ nos in nouitate vite ambulemus ⁊c. Quartum ē veteris teſtamēti ꝑfiguratio iſtud enim ſacramentū fuit ꝑfiguratum in nube et in mari ſicut enim illa nubes direxit filios iſrael de die: ſic ⁊ baptiſmus in nouo te. dirigit ad terram viuentiū. ⁊ ſicut iſte ignis in vete. teſta. de nocte: ſic lex ignea euangelij in no. te. vt ait Moyſes de q̄ nube habetur in exo. ⁊c.

VII. articulus. Septimus articulus eſt. que ſunt baptiſmi mirabilia. Dicitur ꝙ ſunt quinque. quorum Primū eſt celi apertio. quia celi aperti ſunt ſuper chriſtum. vt patȝ in E Mar. ⁊ Mat. Secūdum ē ſpiritusſancti viſibilis miſſio. quia tunc colūba deſcēdit.

Tertiū eſt patris proteſtatio. quia vox patris audita eſt ibi. Quartū eſt oculorum apertio. vt patuit in apertione oculorum pauli in actibus. Quintū eſt ſpiritusſancti inuiſibilis largitio. vt quando baptiſati fuerunt diſcipuli a paulo in actibus. Ut per primū detur intelligi: ꝙ aperit ianuā celeſtis regni. Per ſecūdum ꝙ ſpiritusſanctus deſcendit in aquam. Per tertium ꝙ deus pater mittit filium ſuū ad intelligendū vbi dicit Hic eſt filius meus dilectus. Per quartū ꝙ ſpiritusſanctus mittitur ad affectū. Per quintū ꝙ tunc datur donum fidei vt anima non ſit ceca.

VIII. articulus. Octauus articulus eſt. quare iſtud ſacramentum fuit inſtitutum. Dicitur ꝙ fuit inſtitutum quadruplici ratione. require in precedenti ſermone in articulo. vi.

IX. articulus. Nonus articulus eſt. quare chriſtus fuit baptizatus. Et aſſignantur quattuor rationes quas require in precedenti ſermone in articulo tredecimo. vbi plene inuenies ⁊c.

X. articulus. Decimus

articulus eſt quo baptiſmo chriſtus fuit
baptizatus. Et dicit ꝙ fuit baptizatus
quadruplici baptiſmo. Et Primo ba
ptiſmo luminis quia in primo iſtãti ſue
conceptionis anima iſta beatiſſima fuit
beatitudine illuſtrata. et ſuppoſitaliter
vnita luci: que illuminat omnem homi/
F nem venientẽ in hunc mundũ. Scdo
baptiſmo flaminis: quia ipſiꝰ anima fe/
lix fuit ſpiritu ſancto repleta quantũ po/
tuit. ideo fuit propheratũ de eo i pſ. Spi
ritus domini ſuper me ꝛc̄. Tertio ba
ptiſmo fluminis in iordane. Sed i qua
forma dubium eſt. quia non videbat ei
competere forma iohannis. ſed nec for/
ma ſui ꝙ in nomine ꝓprio baptizaretur.
Quarto baptiſmo ſanguinis in paſ/
ſione. ideo fuit de hoc prophetatũ in pſ.
Quis eſt iſte qui venit de edõ tinctis ve
ſtibus. Et in apoc. dicit ꝙ erat veſtitus
XI. arti/ veſte ſanguine aſperſa ꝛc̄. Undecimꝰ
culus. articulus eſt. qualiter debemus nos ba/
ptizare quotidie. Et dico ꝙ quadrupli
ci baptiſmo. quia Primo baptiſmo lu
G minis vt non terrena: ſed celeſtia intelle
ctus noſter conſideret ꝛ ea que ſunt fi/
dei firmiſſime credat. vt per iſtud bapti
zatus reſurgat ab infidelitate ad vitam
qua fidelis viuit de qua dicit apoſtolus
ꝙ iuſtus ex fide viuit ꝛc̄. quia ſine fide
impoſſibile eſt placere deo vt ipſe dicit ad
hebre. Et idem In interiori homine ha/
bitare chriſtum ꝛc̄. Sed proh dolor ho
die in multis veſtra fides ẽ annullata: qa
ita parum de celeſtibus curant ac ſi ea
eſſe non credant. qđ patet. quia fides ex
operibus probatur vt ait Jac. in canoni
ca ſua. vnde dominus per ezechielẽ In/
creduli et ſubuerſores tecũ ſunt. Se/
cundo baptiſmo flaminis. vt nõ tempo/
ralia ſed eterna diligamus. quia per ba/
ptiſmum cum chriſto reſurreximus. ido
dicit aplus. Si conſurrexiſtis cum chri
ſto ꝛc̄. Iſta autem temporalia non ſunt
appetẽda. qꝛ nõ ſunt bona niſi ſm quid
ideo ait io. in canonica ſua. Si quis di/
ligit mundum charitas pa. nõ eſt in eo

Sed homines mũdi plus diligũt tem/
poralia ꝙ̃ eterna q̄a ſunt viſibilia. ideo
dicit xp̄us de ſpiritu ſancto loquẽs de io
hanne quẽ mundus nõ põt capere. quia
non videt eum propter ſenſualitatẽ quã
ſequit. vnde non audiũt vocẽ dñi di. Pri
muz querite regnũ dei ꝛc̄. Tertio ba
ptiſmo fluminis nõ ſacramẽtali. qꝛ iſtđ
non eſt iterabile. ſed baptiſmo pñali la/
chrimarũ ꝓfluuio. quando intus cogi/
tamus peccata noſtra quibus deum of/
fendimus nos ipſos eijcimus celũ amit
timus infernum meremur. et tunc cum
dolore affluenter lachrimas emittamꝰ.
iuxta illud Hiere. Deduc quaſi torren
tem lachrimas ꝑ diem ꝛ noctem non ta
ceat pupilla oculi tui ꝛc̄. Et itez. Quis
dabit capiti meo aquam ꝛc̄. exẽplo pſal/
miſte. dicẽtis Lauabo ꝑ ſingulas noctes
lectum meũ. Ideo dicit dñs in Math.
Beati qui lugent. Et itez Beati q̄ nũc
fletis. Et ad ꝓpoſitum dicit: Ue vobis
qui habetis conſolationes veſtras ꝛc̄.
Quarto baptiſmo ſanguis in recor/
datione paſſionis chriſti. de quo baptiſ
mo fuit prophetatum in geñ. de iuda. i.
de homine confitente. Lauabit in vino
ſtolam ſuam. ideo dominus per Hiere.
inuitat nos ad ſue paſſionis memoriã
di. Recordare paupertatis ꝛ tranſgreſ/
ſionis mee abſinthij ꝛ fellꝭ. ipſe q̄ꝙ ſap.
in eccleſiaſtico dicit Gratiam fideiuſſo/
ris tui ne obliuiſcaris dedit ei ꝛc̄. Iſtđ
aũt ꝓpue fit in eucharistie ſacramẽto di.
domine Hoc facite in meã cõmemora/
tionem. Et aplus ad cor. Quotiẽſcũꝙ
eũ manducabitis ꝛc̄. Ideo Jo. in apoc.
audiuit vnum de ſenioribus di. ꝙ ſancti
lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni.
ideo cum ipſo regnãt: cantantes canti
cum nouum ſemper: et dicentes. San/
ctus. ſanctus. ſanctus dominꝰ deus ſab
baoth ſequentes agnum quocũꝙ ierit.
Quod nobis cum illis concedat dicere
xp̄us ieſus dei ꝛ virginis filius. Amen

Tractatus de baptiſmo
eiuſdem doctoris.



De regeneratiõis
chriſti myſterium contemplã/
dum mouet queſtio. Utrũ ba
ptiſmus quo chriſtus fuit baptizatus
fuerit eiuſdem rationis cum baptiſmo
quo nos baptizamur. Et videt ꝙ ſic. qꝛ
ſm ꝙ ſcribit luc. actꝰ. i. dicens ꝙ ieſus ce
pit facere ꝛ docere. ſed ipſe nobis illum
baptiſmuz quo regeneramur dedit ſub
precepto Mar. vltimo. ergo baptiſmuz
in ſe ſuſcepit. Sed contra: quia ieſus
fuit baptizatꝰ baptiſmo Johis Math.
iij. ca. ꝛ tamen iſte baptiſmus fuit alteri/
us rationis a noſtro vt habetur in actꝭ.
ergo ꝛc̄. Circa iſtam queſtionez ſunt
I. arti/ xvij. articuli declarandi. Primus ar/
culus. ticulus eſt. quid eſt baptiſmus. Et ſm
diffinitionem dñi ſaluatoris quã dedit
Jo. iij. Baptiſmus eſt natiuitas homis
ſecundaria. ideo loquens de ipſo domi/
nalia quoꝝ ſcꝫ p̄mũ eſt de ſeptẽ dierũ ſe
paratõe: q̄ ibi dicit̃ ꝙ ſeptẽ diebus talis
mulier poſt ꝑtum ſuũ reputabat̃ imũda
et octaua die circũcidebat̃ puer poſt talẽ
conſumationẽ. Secundũ eſt de alio/
rum dieruꝫ purificatõe. q̄ ibidem dicit̃
ꝙ poſt ſeptẽ dies illiꝰ ſeperatõis habet
ſtare. 33. dieb ĩ ſãguie ſue purificatiõis
et ſic ꝑficiebantur quattuor dies in q̄bꝫ
ſanctuariũ ingredi nõ debebat: nec ali/
quod ſanctũ tangere audebat. Terti
um eſt de eius ꝓfeſſione: q̄ poſt. xl. dies
debebat venire ad hoſtiũ templi ſãctu/
arij ⁊ offerre agnũ anniculũ cũ filio ſuo
Quartum eſt de eius oblatione: q̄ ſi
II. cõſi/ erat diues debebat offerre agnũ annicu/
deratio lum ⁊ pullũ colũbe ſiue turturẽ. Si erat
pauper vbi nõ potuit agnum habere de
bebat offerre par turturũ: aut duos pul
los colũbarũ. Et iſta omnia habẽt̃. leui.
duodecimo. Quãtũ ad ſecundã cõſi/
deratõeꝫ eſt intelligẽdũ ꝙ in illatõe iſti/
us ſacramenti clare ꝓphetauit Moyſes
ꝙ virgo erat paritura ſine virili ſemine
Et ſic cũ iſtius ſacramẽti inſtitutõe in
fert virginis ꝑtum: cũ dicit Si ſuſcepto
ſemine peperit maſculũ immunda erit
ſeptẽ dieb ⁊c̃. Intelligẽdum eſt tñ ꝙ
q̄tũ ad iſtiꝰ declaratõeꝫ in diuina ſcrip
tura inueniũtur quattuor documenta q̄
oſtendũt ꝓpoſitum iſtud. Quoꝝ pri/ A
mũ eſt ꝙ quãdo aliquis legiſlator ſtatu/
it aliquã legẽ ⁊ iſti legi apponit cõditõꝫ
per hoc dat intelligere ꝙ caſus illiꝰ legꝭ
quãdoq̃ eueniet ſine illa cõditõe. alio/
quin illa cõditio fruſtra eſſet appoſita. ex
emplũ. exo. xxi. vbi deꝰ dedit legeꝫ: ꝙ ſi/
quis occideret primũ ſuũ cum illa cõdi
tione ꝙ hoc fecerit ꝑ induſtriam ab alta
ri inde meo euelle eũ. Iſta cõditio appo/
ſita dat intelligere ꝙ ſi q̄s eẽt occiſus et
nõ ꝑ induſtriã ille q̄ fecerit nõ erit euel/
lẽdus ſic ab altari: vt ibi pꝫ. Nũc ad
ꝓpoſitũ deꝰ ſtatuit illã legẽ cũ illa cõdi/
tione ſi ſuſcepto ſemĩe inde pepit maſcu
lũ: ꝑ̃ dedit intelligere ꝙ mulier erat pari
tura q̄nq̃ maſculũ nõ ſuſcepto ſemine.
Scd̃m eſt: qñ aliq̄s fac̃ pactũ cũ aliq̄
cũ aliq̄ cõditõe appoſita eſt ſignũ ꝙ co/
gitat ꝙ caſus ip̄iꝰ pacti euenire debet vl̃
põt ſine tali cõditõe: alioq̄n fruſtra illã.
apponeret. vt Dauid. ij. Regũ. ca. iiij. fe
cit pacẽ ⁊ pactũ cũ Abner ſb hac cõditi
one ꝙ redderet vxorẽ ſuã ⁊ ibi dedit in/
telligere ꝙ aliter poterat euenire factuꝫ
pacti qñ dixit ei. vltra nõ videb faciẽ me
am. Et ideo illa lex facit quoddã pactũ
conditionatũ qd̃ pepigit dñs cuꝫ filijs
iſrael. Iſta conditio ꝑ̃ dedit intelligere
ꝙ mulier erat paritura maſculũ ſine ſe/
mine. Tertiũ eſt ꝙ qñcunq̃ aliquis
ꝓmittit aliq̄d alicui ſub determinata cõ
ditõe fruſtra apponeret illã cõditionẽ ni
ſi cogitaret illam poſſe euenire ſine tali
cõditõe: iõ Caleph ꝓmiſit filiã ſuã Axã
cũ illa ꝯditõe ꝙ ſi q̄s caperet ciuitatẽ quã
expugnabat Ioſue. xv. qd̃ notũ erat ꝙ pote
rat dare ſine tali ꝯditõe. iõ appoſuit con
ditionẽ. Et q̄ lex diuia fuerat quedam
ꝓmiſſio diuia ſic p̄rib facta: illd̃ debuit
h̄re ⁊ obſuare. Quartũ eſt ꝙ qñcũq̃
aliq̄s iurat aliq̄d ſine ꝯditõe cũ dat aliq̄

ſuſpitionē q debeat aliter euenire q̄tū eſt ex pte ſua: ſicut dn̄s ſine omi cōditōe abrae iurauit terrā promiſſionis p ſemine ſuo Gen. xij. Qn̄ aūt iurat ſub conditione ſignū eſt q ipē intendit aliter facere: aut dat itelligere q hoc aliter fieri poteſt quātū eſt ex pte ſua ſi cōditio nō eueniat: ſic dn̄s iurauit Dauid regnū ſempiternū p filijs cū conditōe dicēs: Si cuſtodierint filij tui teſtamentū meum zc. pš. c xxxi. Et ideo q lex diuina nō fuit mandatuz niſi quoddaz diuinū in eo q illā legē dedit q mulier ſuſcepto ſemine zc. ſine ſemine tali aliter parere nō pōt. ſicut hō nō pōt videre ſine oculis. Et iō ſi qs dicit homo videt ſi apiat oculos: aut vadat ſi transferat pedē videt eſſe ridiculū: q aliter eſſe non pōt.

III. cōſideratio

Quantū ad tertiā cōſiderationē videndū eſt de huiuſmōi ſacramēti inſtitutōe vel ſignificatione. Ubi eſt intelligendū q ſm ſenſum hiſtoricū decubās in puerpio immūda eſt. Nam aia peccatrix q cōcipit peccatū cōſentiēdo parit pficiēdo. De quo cōceptu z partu infeliciſſimo Jacobꝰ i canonica ſua cap. i. ait: Cōcupiſcētia cū cōcepit parit peccatū: peccatū aūt cū cōſumatū fuerit generat mortē. Iſta talis mulier poſt illū partū immūdiſſimū et doloroſū cōuertat ſe ad pniam: z intelligēs pctm̄ pre ſū: debet pmo ſeptē diebꝰ cōſumare ſuā immūdiciā, q ſunt ſeptē actus pniales qbus culpa abſtergit.

B

Septem actus penitentiales.

Et primus eſt culpe recordatio: ſicut dicebat ſctūs Eſa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos zc. Scōs eſt conſideratio pfunda vt mēte cōſideret q malū fecit: eo q maieſtatē diuinā offendit. ideo dicebat Dauid in pš. Iniqtatez meam ego cognoſco. Tertiꝰ eſt deteſtatio mali: vt ſibi peccaſſe diſpliceat. de quibꝰ ibidē ait. Iniqtatē odio habui z abhominatꝰ ſum. Quartus eſt pfecta renūciatio pcti z ſatiſfactio vt nunq̄ ppōnat ad ppetrata redire: nec delectetur in perpetratis: ſicut illi delectant cū male fecerint z exultāt in rebus peſſimis ſapiētia teſte. Quītus eſt lamentatio gemebunda vt lugeat z ploret p culpa cōmiſſa. pš. Laboraui in gemitu meo. zc.

Sextus eſt remiſſiōis expectatio: vt nō deſpet de diuina miſcōia q̄ eſt maior omi culpa: ſicut deſpauit cayn qn̄ dixit: Maior eſt mea iniqtas q̄ vt veniā merear. Septimꝰ eſt remiſſiōis exoratio vn̄ rogare debet z nō ceſſare p remiſſiōe tantoꝝ peccaminū q miſertꝰ eſt dn̄s ſerui illiꝰ q pcidēs rogabat eū dicēs: Patientiā habe in me z oia reddaz tibi. Dimiſit ei z omē debitū: vt teſtat dominꝰ in euāgelio. Iſtis aūt cōſumatꝫ ſeptē diebꝰ. i. actibꝰ virtuoſis quibꝰ imūdicia pcti cōſumit. iſta mulier. i. aia peccatrix debet octauo die circūcidere puerꝫ queꝫ pepit turbidū z ſordidū. Iſta aūt circūciſio fit p ſacrm̄ cōfeſſiōis: in q̄ precidit pctm̄ ſic in circūciſiōe carnis. de q̄ mentis circūciſiōe di. pp̄ha. Illa die circūcidet dn̄s cor tuū z aiam tuā. Sꝫ poſt illā mūdationē ſeptē dierū dic lex q illa mulier debet remanere i ſua purificatione. xxxiij. diebꝰ q ſcant xpi ieſu vitā. q ſunt. xxx. omnes dies ſicut docemur in euāgelio. Sic aia poſtq̄ eſt a pctō mundata nō pōt eſſe in bono pſeuerāter niſi imitando ea que xp̄s fuit opatus in ſua vita. vt ait Aug. de vera reli. z tandē in fine illius vite pcedētis p illos. xxxiij. dies talis aia offert ſacerdoti nr̄o. ſ. xp̄o q eſt ſacerdos. ad hoſtiū tabernaculi. i. ad introitū padiſi duos pullos colūbarū q ſignificāt ſanguinē anima p fecundiſſimaꝝ. i. fructus bonoꝝ. ſ. voluntatis z intellectꝰ fruitionē z viſionē in quibꝰ conſiſtit eſſentialr patrie felicitas z tunc eſt illa mulier in tabernaculuꝫ intromiſſa.

IIII. cōſidera.

Quātū ad quartā cōſiderationē ſūt qnq; cōſiderationes pſcrutāde q̄rū pma eſt: q mater dn̄i illud ſacrm̄ in ſe ſuſcepit. quia dicit Luce. ij. q in executiōe illius ſacramenti pfecerūt omia ſm legē Moyſi z dn̄i.

C

Intelligendū eſt tamē q in receptione illius ſacramēti fuerūt quattuor myſteria celebrata. Et primū myſteriū fuit. ſ. diuine reuelatiōis q̄ fuit facta ſymeōi dupl'r. Uno modo qn̄ dn̄m rogauit, vt eū dimitteret ire ad patres ſuos: z riſum accepit non viſurū ſe mortē zc. Alio modo qn̄ fuit ſibi reuelatum vt veniret in templū. Uenit inquit in ſpū in templū Lu. ij. Iſtis aūt duabus reuelatiōibꝰ pmiſſis fecit duo officia. Primo q xp̄m in vlnis ſuſcepit. Secundo canticū cecinit Nūc dimittis zc. more ſctōꝝ patꝝ q qn̄ rceperāt noua magnas grās canebant. Iſtud vero reſponſū qd accepit a dn̄o ſiue a ſpirituſācto credit fuiſſe vt cū gaudio recederet z gaudiuꝫ ſctis pr̄ibus fieret in limbo: q ipē fuit pmus q eis nūciauit ſaluatorem veniſſe in mundū q̄uis Joh. baptiſta illud nūciauerit z poſtea deſcēderit ſm intentionē Gre. Scōm myſteriuꝫ fuit humane admirationis q in Johā. dr̄ q pater z mater admirātes ſup his qui di. de illo. Sed q̄re admirabant cū admiratio pcedat ex nouitate: z illa nō erāt eis noua q iā erāt eis notificata p angelos z paſtores z magos. Dicitur q nō niſi tūc viderāt pconia ptinentia ad ſaluationē iudeoꝝ. di. angelo. Ipſe eniꝫ ſaluū faciet pplm̄ ſuū a peccatis eorum nūc aūt ceperunt audire pconiū de ſaluatōe gentiū: qd erat iudeis mirꝫ: cum dn̄s ab initio pplm̄ iſrahelitticū elegiſſet

Tertiū myſteriū fuit deuote bñdictionis: bñdixit eū eis p qere admiratiōis: z dixit ad matrē eius. Ecce hic poſitus eſt in ruinā ſublimiū. et etiaꝫ in reſurrectionē iuſtoꝝ ſiue humiliū: z in ſignum cui ɔtradicet Luce. ij. ca. Cū hec ad illos diceret ceperūt pharīſei z legiſpiti grauiter obſiſtere z os eius opprimere: vn̄ ſemp ɔtradixerūt xp̄o. Et tuā ipſius aiam ptranſibit gladius. Iſtud fuit factū in hora paſſionis xpi in qua mat dn̄i fuit in anima martyr effecta zc.

Quartū myſteriū eſt ſacre cōfeſſiōis q in hac hora ſupueniens Anna vidua confitebat dn̄o z loquebat de illo omnibus qui expectabant redemptionē iſrael cum eſſet pphetiſſa: data in exemplū viduis.

II. contempla.

Scōa contemplatio eſt qualr mater dn̄i illud ſacramentum ſuſcepit. Ubi eſt intelligenduꝫ q duo erant modi recipiendi illud ſacramentū. Unus erat pro diuitibus: alius erat pro pauperibus. Diuites eñ expletis ſeptē diebus debebant ad hoſtium tabernaculi teſtimonij venire z ibi offerre agnū anniculū z pullū columbe z turturē z iſta offerre pro eoꝝ natis. Pauper vero debebat offerre duas turtures aut duos pullos columbaꝝ. vnū in holocauſtū: aliuꝫ pro precio: et ſic mundabatur. Sed mat domini voluit offerre per modū pauperū: quia eius oblatio erat pauperū mulierū.

Intelligendū eſt tamen q ex illo ſcōo intelligimꝰ matrē dn̄i floruiſſe q̄druplici virtute. ſ. z pmo voluntarie paupertatis z iſtud declarat pmiſſo quadruplici preambulo. et

D

Primo notandum q eiꝰ aurꝰ pluſq̄ . xxvij. dies q magi ei auꝝ obtulerunt. Scōo quia non eſt veriſile q reges tā magnifici de quibꝰ dicit pp̄heta quia reges tharſis z inſule munera offerent. q modicū auꝝ obtulerit cū ita illū regem tam magnificum exiſtimarent.

Tertio q tantū auruꝫ ita cito fuerit pdigaliter expenſum. cuꝫ pdigalitas ſit vitiū quod longe erat a vgine maria q viuebat in ſumma liberalitate. Quarto: q illud aurum non fuerat cupiditati reſeruatū: quia in die purificatiōis non inuenit agniculū vt emeret: alioqn legē non adimpleſſet: cuius oppoſitū di. Lu. euangeliſta. Et tūc ſequit ppoſitū q maria illud auꝝ diſtribuerit paupibus et egenis voluntarie. Scōo floruit vtute humilitatis quia oblationē humileꝫ elegit in ſua purificatione cū ſublimiorē eligere potuiſſet reſeruando aurū qd ſibi fuerat oblatū. Tertio floruit vtute pietatis: q voluit tm̄ aurū paupibus erogare xum partem potuerit retinere.

Quarto vtute liberalitatis: vt patet ex dictis ſupius: cuꝫ tm̄ auꝝ erogauerit pauperibꝰ.

III. contempla

Tertia cōtemplatio eſt qn̄ mater dn̄i illud ſacramentū ſuſcepit. Et dicit q quadrageſimo die a natiuitate: qd ptꝫ p legē moſaicam: z ex euangelio Et ē ſciēdū q ille nūerus. xl. inuenit in di

uina ſcptura quadrupliciter ↄſecratus.
Et pmo q: xl. dieb ieiunans Moyſes
ſtetit vt reciperet legē ſequeſtrat⁹. Exod.
xliiij. ꝛ Deut. x. ca. Scd̄o q: xl. dieb⁹
fuit Helyas ad montē dei ꝟtute ange/
lica ibi ꝑductus. Tertio q: xl. dieb⁹
ieiunās dn̄s fuit ad baptiſmū ꝑductus.
Quarto q: xl. dieb ꝑmanens cū di/
ſcipulis fuit ad celū poſt ſuā reſurrectio
nē aſſumptus. Et eodē numero fuit po/
pulus iſraeliticus pane celeſti paſtus.
Deut. xxix. ca. Quadragenarius eīn
numer⁹ eſt cōpoſitus ex denario ꝛ qua/
ternario. Et q: in obſeruatōe decē pce/
ptoꝝ cōſiſtit humana ꝑfectio cū quarta
ꝟtute cardinali: iō iſte numer⁹ eſt myſte
rialiter in ſacris celeberrim⁹. Iſta aūt
purificatio fuit celebrata in die iouis: q̄
dies in ſacra ſcptura inueni̇̄ q̄drupliċi
myſterio cōſecrata: vt patet in ſermone
de corpe xp̄i. Memoriā fecit ꝛc̄. in ſcd̄a
IIII. cō cōſideratiōe lr̄a B querē. Quarta
templa contēplatio eſt. Ubi mr̄ ſacr̄m ſuſcepit
Et dr̄ ꝙ in illo tēplo qd̄ fuit edificatū ꝑ
zorobabel ex p̄cepto dn̄i: ꝛ manu aggei
ꝓphete pmittētis ex ꝑſona dn̄i: ꝙ illō tē
plū gl̄ificaret xp̄s pluſq̄ꝫ templū quod
p̄ceſſerat Salomonis. Intelligendū
eſt tn̄ qd̄ illud tēplū eſt illuſtratū q̄dru/
A plici myſterio. Et pmo q: in illo tēplo
fuit educata anna ꝓpheriſſa q̄ ibi fuerat
ante natiuitatē ei⁹. Luc. iij. ca. Scd̄o
fuit voto ꝟginis ꝟginitate conſecratū
q: ſicut dicūt ſcti votū illud emiſerat an
teq̄ꝫ nupta eſſet. Tertio fuit ibidē de/
ſponſata. q: dicit Aug. ꝙ eā ſuſcepit de
tēplo: ꝛ tūc fuit certificata ꝑ reuelatōem
ꝙ Ioſeph ſecū ſeruaret ꝑpetuā ꝟginita
tem ꝛc̄. Quarto fuit lege purificatio
nis dedicatū qn̄ obtulit filiū ſuū. Et per
hāc oblationē hoc templū fuit ſūme il/
luſtratū ex hac dignitate pluſq̄ꝫ templū
ſalomōis di. Aggeo ꝓpħa ꝙ in nullo de
relict⁹ eſt: q: vidit dn̄m ſuū in gl̄ia ſua.
nec paꝝ ſit hoc in oculis vr̄is qd̄ ſequi̇̄
q: adhuc modicū ꝛ ego cōmouebo ce/
lū ꝛ terrā. nota totā auctoritatē. In iſto
tēplo. Primo btūs Ioh. bap. fuit annū/
ciatus. Scd̄o xp̄s p̄ſentatus. vn̄ Ma/
lach ꝓphetauit. iij. cap. Ecce ego mitto
angelū meū. Tertio xp̄s ibi p̄dicauit
ꝛ ſemꝑ docuit: vt ipē teſtat̄ Math. xxv
Et q: nunq̄ꝫ talia ſigna facta fuerūt in
templo ſalomonis: iō Agge⁹ dixit ſcd̄o
ꝙ glioſior erit domus iſta. Quīta cō V. con/
templatio ē: quare mr̄ dn̄i illud ſacr̄m ſu templa
ſcepit. Dicit ꝙ nō ſuſcepit in ſe ita ꝙ ad
ipm̄ eſſet obligata: q: q̄cūq̄ꝫ aliqua lex
dat̄ ſub cōditōe illa lex non obligat niſi
illas ꝑſonas q̄s cōtingit cōditio illa: q:
ad alias nō ꝑtinet lex. nūc aūt lex puri/
ficationis fuit cōditionata dicēte Moy
ſe. Mulier ſi ſuſcepto ſemie ꝛc̄. Et illā
cōditio nō fuit in ꝟgine benedicta. et iō
ad hoc ſacr̄m nō fuit obligata. Intel/
ligendū eſt tn̄ ꝙ q̄tuor ꝑe rōnes accipi/
unt̄ ex dictis ſctōꝝ ꝓpter q̄s mr̄ xp̄i illō
ſacramentū ſuſcepit q̄uis obligata non
eſſet. Prima ratio eſt ad ſue ꝟginita/
tis ſacr̄m occultandū. legi̇̄ eīn fuiſſe de/
ſpōſata. Un̄ ab hac purificatōe ſe excu/
ſare nō potuiſſet niſi ſacr̄m ſue ꝟginita/
tis manifeſtaſſet. Scd̄a rō eſt ad pre B
bendū obediētie documētū: q: legi cui n̄
tenebat̄ mr̄ dn̄i ſe ſubdidit q̄ multo ma/
gis oñdit q̄tuꝫ debet ꝑere legi q̄libet q̄
eſt obligat⁹ ꝛ ꝓpter hāc cām xp̄s fuit fa
ctus ſub lege vt ait apl̄s. Tertia ra/
tio ē ad oſtēdendū humilitat̄ exēplū q:
ſic bonaꝝ mentiū ē ibi cognoſcere culpam
vbi culpa nō eſt: ita fuit hūilitas matris
dn̄i vt ꝓ petō offerret hoſtiā: et tn̄ pctm̄
nullū hēbat ſe tāq̄ꝫ peccatricē ſacerdoti
p̄ntās: ꝛ h̄ ꝓpt hūilitatē. Quarta rō ē
ad legē Moyſi venerādā: ſic eīn xp̄s in
ſua circumciſione ſacramentū circumci
ſionis extulit: ita mater dn̄i in ſua puri/
ficatione ſacramentū purificatiōis ma/
xime honorauit q: debitor eius legis eſ/
ſet in obſeruationib quantū ad verita/
tem ꝓpheticā adimplendā. q: prophe/
tatum fuit per Aggeum et Malachiā
quia deus filium ſuuꝫ miſſurus erat ad
templum. Unde ad templum veniens
ſaluator nr̄ oīa perficiebat q̄ de ſe erāt
ſcpta ꝑ ꝓphās vendicos. vn̄ dicebat Lu



ce vltimo. Oportet impleri ea q̄ ſcripta
ſunt in lege: ac ꝓphẽts ꝛ pſalmis de filio
hoīs ꝛc̄. Qui dei ꝛ ꝟginis fili⁹ nos ad
vitā ꝑducat eternā. Amen.

In feſto ſcti Mathie apl̄i Sermo. I.

# Ecidit ſors ſuper

c Mathiā ꝛ annumeratus ē cū
xi. apl̄is. Act. ij. ca. Quia ſm̄
predaraꝫ Dauid ꝓphetiā ꝛ ꝑ teſtimo/
niū petri apl̄i epiſcopatus traditionis
erat in alteꝝ trāfferendus. iō btūs Lu.
euangeliſta hui⁹ tranſlatiōis formaꝫ in
verbo ꝓpoſito introducit dicens: Ceci/
dit ꝛc̄. Et ſm̄ hoc huius trāſlatiōis for/
ma dupliciter deſcribi̇̄ in verbis iſtis.
Et pmo vt ſerenū ſpectaculū qd̄ ha/
bet claritatē inoffuſcabilē: cū pmittitur
Cecidit ſors ſuꝑ mathiā. q: ſm̄ beatuꝫ
dioni. d̄ angelica ierarchia iſta ſors ma/
thie fuit radius lucis thetrartice indi/
cans mathiā preeligendū. de qua ſorte
dici̇̄. i. Reg. x. Cecidit ſors ſuꝑ tribū be
niamin. ſicut eīn ille fuit nouiſſimus pa
triarchaꝝ: ſic iſte vltim⁹ aploꝝ. Se/
cundo vt ſupremū faſtigiū qd̄ hꝫ digni/
7 tatē ſuā ꝓ pciabilē: cū ſequi̇̄. Annume/
ratus eſt: q: ordo aploꝝ in militanti ec/
cleſia eſt ſuprem⁹: eo ꝙ xp̄s eſt ei magis
vicinus. de q̄ numero dr̄ Apo. vij. Au/
diui numeruꝫ ſignatoꝝ ꝛc̄. Iſti ſignati
erāt. xi. apl̄i q̄bus collata erat poteſtas
ſignoꝝ. Mathi vltimo Euntes ꝛ cetera.
E Circa primū eſt notandū ꝙ ſeptē oc/
caſionib mitti dicunt̄ ſortes i ſacra ſcri
ptura: quaꝝ pma eſt ad extollendum re
gale ſoliū. i. Reg. x. qd̄ de ſaul ꝛc̄. Se
cunda eſt ad cōſequendum ſacerdotale
myſteriū. Lu. pmo de zacharia. Ter
tia eſt ad diuidendū hereditatis funicu
lū. Ioſue. xiiij. ca. Quarta eſt ad diſtri
buendū gratiā ſpoliū. pſ. Diuiſerūt ſibi
ꝛc̄ Quinta ad augmentandū collegi
um. Prouer. xvi. Sortes mittunt̄ in ſi/
nū ſed a dn̄o temperant̄. Sexta ē ad
diſcernendū diuinū ſacrificiū. Leui. xvi
Septima eſt ad inquirendū diuinuꝫ
iudiciū. Ioh. pmo. Sors cecidit ſuꝑ ma/
thie fuit miſſa pma occaſiōe: q: apl̄i re/
ges erāt ſuꝑ. xij. thronos ſedētes. Luce
xxij. ca. Et ſcd̄a ſil̄r q: fuerūt pontifices
Mathi. xvi. Quodcūq̄ꝫ ligaueritis ꝛc̄
Et tertia q: ſorte diuiſerūt ſibi ad predi
candū iuxta preceptū xp̄i totā terrā mū
di. Math. vl. ꝛ pſ. In oēm terrā exiuit
ſonus eoꝝ. Et q̄rta q: dignitas apoſto/
lica qua iudas fuit ſpoliatus mathie fu
it diſtributa. Et q̄nta q: ad ꝑficienduꝫ
numeꝝ aploꝝ q̄ fuit p̄figuratus per nu
meꝝ. xij. ꝓphetaꝝ ꝛ patriarchaꝝ. Et ſe/
xta: q: omnes apl̄i p̄ter Iohannē dicū/
tur martyrio ſacrificati. Et ſeptima q:
dixerūt vbi thema. Tu dn̄e noſti corda
omnium ꝛc̄. Circa ſcd̄m eſt notādū D
ꙗ btūs mathias fuit numerat⁹ cū vnde
cim apl̄is. ſm̄ vndecī ꝟtutes q̄ floruerūt
in ipīs. q: pmo petr⁹ floruit ꝟtute ꝟita/
tis ꝛ ſapie q: veritas xp̄i q̄ eſt dei virt⁹
ꝛ ſapia ſibi fuit ſuꝑnaturalit̄ reuelata.
Math. xvi. vbi dr̄ Btūs es bariona: q:
caro ꝛ ſanguis ꝛc̄. Scd̄o andreas flo
ruit ꝟtute puritatis ꝛ innocentie qua fu
it ſimiliter a xp̄o attractus ꝑ teſtimoni
um Io. baptiſte dicētꝫ de eo. Ecce agn⁹
dei Io. pmo. attractio vera fit a ſimili.
Tertio iacobus maior virtute fortitu
dinis ꝛ conſtātie quia audita paſſione
xp̄i poſtulauit regnū ipius ꝑmptum ſe
reddēs ad mortem ꝓ xp̄o Mathei. x.
Quarto Io. virtute charitatis intēn
ſe q: erat recūbens in ſinu ieſu diſcipu/
lus ille quē diligebat. Ioh. xiij. Amor
aūt nō eſt iocundus ſm̄ Richar. niſi ſit
mutuus. Quinto Symon ꝟtute obe
dientie ſic eīn interpretat̄ vt de eo dicet̄
qd̄ dictū fuit de fideli abraā Ro. iiij. Fu
it eīn Symon pater multaꝝ gētiū in fide
iō merito vocat̄ abraā. Sexto Iudas
ſcꝫ ꝟtute iuſticie: q: iuſticiā diuine vlti/
onis terribilē in ſua epl̄a p̄dicauit ↄtra
incredulos exemplo xp̄i vt patet ibi. vt.
cōpetat ſibi illud Mathi. v. Bti q̄ eſu/
riunt ꝛ ſitiūt iuſticiā. Septimo Phi/
lippus ꝟtute ſpei firme: q: ſꝑabat diui/
nā viſionē ſibi ſufficere ad btitudinē di/
cēs Ioh. xiiij. ca. Dn̄e oñde nob prēꝫ ꝛc̄.

diuinis incolatibꝰ dedicata: cũ ſequitur:
Dñs tecũ. Xp̄i incolatus fuit ꝓlongatꝰ
in ꝟgine. x. menſiũ tempe vt teſtat̃ Sa/
piẽtie. vij. qꝛ in oībus menſibꝰ anni fuit
in vtero ꝟginis ꝑter Januariũ ⁊ Febꝛu
ariũ: cũ moꝝ poſt cõſenſũ angelo datum
fuerit in illa ꝑfectus homo. vt dicit Jo.
damaſcenus. ⁊ tñ alij ſm Aug. differũt
plus q̃ ꝑ vnũ menſem formari: idcirco
dicere ei poterat deus pater illud pſal.
c. ix. Tecũ ꝑncipiũ. ſ. verbũ ꝑ qđ fec̃ om
nia in die ꝟtutis tue. i. annũciatiõis in q̃
die fuit ſibi collata ꝟtus gñatiua verbi
per ſpm̃ſanctũ: vt dicit mgr̃ in tertio li.
ſenten. ca. xx. vñ dixit ei angelus Lu. pͦ
Spũſſctũs ſupueniet in te ⁊c̃. Quar
to cõmendat̃: ſicut illa q̃ fuit finalibꝰ fe/
licitatibꝰ illuſtrata cũ ſequit̃ Benedicta
tu in mulieribꝰ ⁊c̃. Tũc em̃ fuit ſuꝑ om/
nes mulieres bñdicta: qñ letantibꝰ an/
gel̃ ⁊ laudãtibꝰ fuit ſuꝑ choꝛos angeloꝝ
exaltata: ⁊ tũc potuit ꝟe dicere illud Lu
ce ꝑmo. Quia reſpexit humilitatẽ ancil
le ſue Ecce em̃ ex hoc beãm me ⁊c̃. idcꝫ
ad iſtũ ſtatuꝫ bene fuit figurata ꝑ Jael
q̃ interpretat̃ aſcendẽs: de qua dr̃ Judi/
cũ. v. Bñdicta iael inter mulieres. bñdi/
cta in tabernaculo ſuo. i. in celo: qꝛ licet
multũ laudet̃ in terris: tñ multoplꝰ lau/
dat̃ in excelſis. Quia ꝟo in annũciati/
one angelica fuit tempus gr̃e inchoatũ
idcirco circa ipſam gr̃aꝫ inſiſtẽdo ꝑ quã
mater dñi nr̃i oꝛe angelico cõmendatur
occurrũt. xij. cõſiderationes de gr̃a vidẽ
da: quaꝝ ꝑma eſt qđ eſt gr̃a. Scđa eſt
quantũ eſt a nob̃ deſiderãda. Tertia
eſt: quid fac̃ gr̃a in aĩa. Quarta ẽ qlĩ/
ter a nobis acq̃rit̃. Quinta eſt: qualit̃
in nob̃ augeť. Sexta eſt: qualiter ĩ no
bis cõſeruat̃. Septima ẽ: qualit̃ amiſ
ſa recupat̃. Octaua ẽ: q̃ ſũt ſigna diui
ne gr̃e. Nona eſt: q̃les ſũt eius fructꝰ.
Decima eſt: qualia ſũt impedimẽta
gr̃e. Undecima eſt: q̃tiens fuit ꝟgini
infuſa. Duodecima ẽ: ad quẽ graduꝫ
gr̃e aĩa ꝟginis fuit exaltata. Prima
cõſideratio eſt: qđ eſt gr̃a. Dicit autem
Auguſti. in li. de trini. ꝙ gr̃a eſt excellen
tius dei donũ qđ ſolũ diuidit inter filios
regni eterni ⁊ ꝑditiõis eterne. ſicut eniꝫ
militia cuiuſlibet ꝑncipis diſtinguit̃ a
militia ſui hoſtis ꝑ ſolũ illiꝰ ꝑncipis ſi/
gnũ: ita gr̃a eſt ſignũ in aĩa nr̃a ꝑ quod
ꝑfecte diſcernit̃ qs ſit ď militia regꝭ eter
ni vel de militia hoſtis eius q̃ eſt rex ſu/
per om̃es filios ſupbie. ſicut dr̃ Job. xli.
Intelligendũ eſt tñ ꝙ gr̃a ponit̃ in aĩ/
ma ſm quartũ modũ vt ſcriptura diuina
teſtat̃. ſ. Primo ꝑ modũ indumẽti ho
neſtatis: quia ſicut verecũdia eſt videre
vnã puellã nobiliſſimis oꝛtã natalibus
nudã ⁊ in medio viroꝝ ſolẽniũ: ita eſt
videre aĩam carentẽ diuina gr̃a in me/
dio angeloꝝ eã cuſtodientiũ q̃ nuditatẽ
ipſius decernãt. ideo de aĩa q̃ tali veſti/
mento caret dr̃ Ezech. xvi. Trãſiui per
te ⁊ vidi te ⁊ eras confuſiõe plena. Iſtã
cõfuſionẽ non timet aĩa in conſpectu dei
⁊ angeloꝝ in pctõ indurata ſicut meret̃:
qꝛ ſeipſam nõ cõſiderat: ⁊ nudã eſſe i cõ/
ſpectu dei ⁊ angeloꝝ nõ cogitat. cui dici
tur ꝑ Jere. a dño. Frõs meretricis facta
eſt tibi noluiſti erubeſcere ⁊c̃. Sed quã/
do habet gr̃am tũc eſt ad inſtar ꝟginis
veſtite cãdidis veſtimẽtis in ꝟtutibus
ſuis. Jđ dici t̃ Apoca. xix. ꝙ ſponſe agni
q̃lis eſt aĩa exiſtẽs in gr̃a datũ eſt illi vt
coopiat ſe biſſino ſplendenti ⁊ candido
ſequit̃ ꝙ ille biſſus eſt ſctõꝝ iuſtificatio
que nõ niſi ꝑ gr̃am fieri pot: ⁊ ſic gratia
ponit̃ in aĩa ⁊c̃. Scđo per modũ lucꝭ
manifeſtantis ⁊ oſtẽdentis qꝛ ſicut luna
qñ eſt totaliter opaca nõ videt̃ nec cog/
noſcit̃ a nr̃o ſenſu nec aliq̃ res poſita ĩ ob
ſcuro q̃uis ad viſum. ita aĩa nr̃a que eſt
ſine gr̃a eſt a deo ſpũalit̃ incognita: ſicut
dictũ eſt in figura Math. xxv. ꝟginibꝰ
fatuis in illa ꝑabola ſaluatoꝛis. Amen
dico vob̃ neſcio vos. Qñ aũt eſt tãq̃ fa/
miliaris ⁊ nota tunc ei dicit̃ a dño illud
Exo. xxxiij. Noui te ex noĩe et inueniſti
gr̃am corã me. Dicit̃ tertio. ꝑ modũ
pulchꝛitudinis decoꝛãtis: qꝛ ſicut aliq̃
domicella dicit̃ tota defoꝛmis quia ca/
ret aliqua cõditiõe ex ꝓꝑetate ſibi debi
ta coꝛpali vel moꝛali: ita aĩa quãdo ca/



ret gratia eſt tota diffoꝛmis. qꝛ ſm Gre/
go. omnes ꝟtutes que ſunt in aĩa ſine
gr̃a ſũt infoꝛmes ⁊ coꝝ actus. Unde de
aĩa ſe ſponte gr̃a ſpolianti dicit̃ a domi-
no Eſa. xlvij. Denudaſti turpitudinem
tuã. Qñ auteꝫ habet gr̃am: tunc eſt ita
pulchꝛa ⁊ clara vt videat̃ ipa eſſe vas de
lectabile. Et tunc dicit̃ ei a dño illđ cã/
ticoꝝ. iiij. Tota pulchꝛa es amica mea ⁊
macula nõ eſt in te. ſ. peccati moꝛtal̃: qđ
cum dei gr̃a ſtare non põt. Quarto ꝑ
modũ ſanitatis coꝛpis ꝗetantis non cõ
citate a cõtrarietate. ſicut em̃ homo ſa/
nus nõ incitat̃ a cõtrarietate humoꝛuꝫ
ipm̃ moleſtantiũ. ita etiã in gr̃a aĩa non
inquietat̃ iugiter ab impugnationibus
paſſionũ ipſam vexantiũ. ſꝫ qñ caret gra/
tia tũc exiſtẽs quaſi infirma moleſtatur
multipliciter a paſſionibꝰ ipſam vexanti
bus ad modũ febꝛiũ vtpote ab ira ⁊ con
cupiſcentia ⁊c̃. De qua infirmitate dic̃
aplus ad Coꝝ. i. ca. xi. Inter vos multi
infirmi ⁊ imbecilles: ⁊ doꝛmiunt multi
qñ. ſ. indigne recipiũt euchariſtiã. Sed
qñ aduenit gr̃a tunc anima efficit̃ ſana.
vnde aĩe ſe diſponenti ad gratiam dicit
dñs Eſaie. lviij. ca. Tunc erũpet q̃ſi ma
ne lumẽ tuũ ⁊ ſanitas tua citius oꝛietur
Et idõ qꝛ iſte q̃tuoꝛ ſilitudines decla/
rant gr̃am eẽ excellentius dei donum et
ſumme deſiderabile. idõ dicit ſapiẽs. Gra
tiaꝫ ⁊ ſpẽm deſiderabit oculus. ſ. anime
rõnalis q̃ nouit excellentiã iſtius doni.

II. cõſi/deratio — Scđa conſideratio eſt. quantum dei
gratia eſt a nobis deſiderãda. Iſtius au
tem excellentis doni deſiderabilitatem
declarãt q̃tuoꝛ bonoꝝ genera deſidera/
biliũ. Quoꝝ primũ eſt bonoꝝ tꝑaliũ
Scđm eſt bonoꝝ naturaliũ. Ter/
tium eſt bonoꝝ ſupnaturaliũ. Quar/
tum eſt bonoꝝ eternaliũ. Circa bona
tꝑalia quales ſunt diuitie amicitie ⁊ ho
noꝛes eſt ſciendũ ꝙ magis oībus gratia
eſt deſiderabilis vt pꝫ in apl̃is et ĩ alijs
hoībus ſanctis q̃ ꝓ diuina gr̃a obtinen/
da: xp̄o vocãte oĩa tempalia reliquerũt
dicente Petro Mathi. xix. Ecce nos re
liq̃mus oĩa ⁊c̃. Circa bona naturalia
qualia ſunt coꝛpus ⁊ aĩa magis oībꝰ eſt
deſiderabilis gr̃a, quia ſcti martyres tra
diderunt coꝛpa ſua ꝓpter diuinã gratiã
Plus em̃ eſt eligendũ ſm Auguſti. xp̄o
dilecto moꝛi q̃ offenſo viuere. ideo dice
bat dñs in Math. diſci. ſuis. Nolite ti/
mere eos q̃ occidunt coꝛpꝰ: aĩam aũt nõ
poſſunt occidere. quia. ſ. non poſſunt eaꝫ
gr̃a ꝑuare. Non ſolũ autẽ gr̃a eſt plꝰ di/
ligenda q̃ coꝛpus: ſed etiã plus q̃ aĩa.
qꝛ ꝑus vellet q̃libet iuſtꝰ aĩam ſuã cõte
rere q̃ diuinã gr̃aꝫ amittere aĩa exiſtẽte
ſm rectã regulã vel rõnẽ: qꝛ ſi aĩa eius de
beret anichilari ſicut ⁊ coꝛpus interfici
poſſet: ꝑus deberet velle aĩam anichila/
ri q̃ moꝛtalr̃ peccare ꝑ quod gr̃a perdi/
tur: vt patet ꝑ Anſhel. in li. cur deus ho/
mo. vñ aplus. Non em̃ facio animã me/
am precioſiorẽ q̃ me. q̃ſi dr̃. Si me totũ
expono ꝓ diuina gr̃a obtinenda qui ſuꝫ
melioꝛ q̃ anima: multo magis expone/
re debeo ipſam. Circa bona ſupnatu/
ralia q̃ dicunt̃ eſſe ſpũalia magꝭ eſt gra/
tia deſiderãda oībus ꝟtutibus cardina
libus moꝛalibꝰ ⁊ theologicꝭ ſimul ſum-
ptis. qꝛ ſicut illa cetera ſine gratia ſũt in/
utilia: vt declarat aplus ex intentione. i.
Coꝛinth. xiij. ita illa ſine alijs eſt optima.
Circa bona eternalia q̃ cõſiſtunt in fe
licitate eterna glĩa ſunt fruitio ⁊ viſio di
uine eſſentie gr̃a adhuc videt̃ amabili/
oꝛ oībus: quia q̃libet ſanctus q̃ eſt in pa
tria ꝑus vellet eſſe in inferno vt multis
videt̃ poſſe extrahi ex dictꝭ bti Anſhel.
cũ diuina gr̃a q̃ eſſe in ꝑadiſo ſine ipſiꝰ
gr̃a vel ĩ moꝛtali culpa cum tota illa feli
citate quã habet. Propter qđ Eleaza/
rus ſcriba in lege dei doctiſſimus pꝛius
volebat in infernũ deſcẽdere q̃ legẽ di/
uinã tranſgrediendo eiꝰ gr̃am dimitte/
re. vt habet̃. ij. Machabeoꝝ. vi. Et idõ qꝛ
gratia dei eſt bonũ qđ eſt ſuꝑ omnia bo
na creata deſiderabile. idcirco dic̃ apo/
ſtolus Roma. vi. Gr̃a dei vita eterna.
qꝛ habet rationẽ vltimi finis deſidera/
bilis. et qꝛ tm̃ bonũ eſt gr̃a: valde eſt mi/
ſerabile ꝙ ꝓ minima delectatiõe peccati
moꝛtalis ipſam quis voluntarie perdat.

III.cõſideratio Tertia cõſideratio eſt: qd facit gra/
tia dei in aia noſtra? Et dr q ſm diuine
ſcripture teſtimõia qttuor facit in anima
inſignes effectus .ſ. Primus eſt qr ha
bet ipam viuificare a morte: qr ſicut cor
pus viuit p aiam: ita aia p gfaz: et iõ ſicꝫ
diſcedente aia corpus moritꝛ: ita diſcedẽ
te gfa aia moritꝛ. vñ ſcriptura vocat mor
tuũ hoiem ſine gfa ꝛ cũ gratia viuũ. vñ
in Apo. dr ei q exciderat a gfa. Nomen
habes q viuas ꝛ mortuus es. Et iõ oia
opera q facit aia ſine gfa ſũt mortua ꝛc.
Scds eſt qr gfa habet aiam a ſomno
excitare. illi em̃ qui ſunt in gfa in diuia
ſcriptura dicunꝛ vigilãtes ꝛ illi q ſunt ſi/
ne gfa dormiẽtes. ſicut em̃ dormientes
non negocianꝛ niſi circa ſõnia q ſũt fig/
menta ita huiuſmodi ſine gfa circa fig/
mẽta: ſenſibilia ꝛ vanitates hu9 mũdi
que delectãt ad modũ ſomni nõ ſaluãtꝛ
iuxta illud pſ. Dormierunt ſomnũ ſuũ
ꝛ nihil inue om. vi. diui. in manibꝫ ſuis.
qr tñ aia exiſtẽs in gfa licet ſit in mũdo
cõſopita: eſt tñ vigilãs ad eterna. iõ dicꝫ
Cant. v. Ego dormio: ꝛ cor meũ vigi/
lat. Tertius qr gfa habet aiam mu/
nire ad modũ armature. vñ apls ipam
armature cõparat. ſicut em̃ homo metu
ens ꝛ inermis nõ põt hoſti reſiſtere ꝛ eti
am inimicũ ſupare. ita hõ ſine gfa quin
ſemp i tẽtatõe ſuccũbat. ꝛ ſicꝫ homo qñ ẽ
armatus põt ſuo hoſti reſiſtere ꝛ etiam
inimicũ ſupare. ita xp̃ns in gfa põt faci/
liter inimicũ ſupare. apls Ephe. vi. de
tali armatura dicꝫ. Induite vos armatu
ra dei vt poſ. ſta: aduer. inſi. diaboli ꝛc.
hoc idẽ dicꝫ Aug. in li. de li. ar. Quar
tus eſt: qr gratia habet aiam fecũdare:
ſicut em̃ terra eſt ſterilis niſi irrigeꝛ aq̃:
ita aia nr̃a niſi roreꝛ gfa: qcqd eniꝫ agit
aia xp̃ns ſine gfa totũ eſt infructuoſum
ad vitã eternã: qñ aũt habet gr̃am ẽ ita
fecũda: vt ſingula eius opa ſint merito/
ria ꝛ cõdigna vita eterna. ij. Corinth. ix.
Potẽs eſt autẽ deus omnẽ gr̃am habũ/
da. in vob vt in oibus omnẽ ſufficientiã
habentes habũ. in omne opuꝫ bonũ. Ce
tera autẽ bona nõ ſunt ſimplr̃ bona cũ
ſint informia. Quarta cõſideratio ẽ IIII.cõſidera.
qualiter diuina gfa a nobis acquiritur.
Dicꝛ q acquiriꝛ per hominẽ quadru/
pliciter. Et pmo per cõcreationẽ: ſicꝫ in
primis parentibus quoꝝ anime moꝝ vt
create fuerũt gfa ꝛ originali iuſticia illu B
ſtrate fuiſſe dicunꝛ iuxta illõ Sap. xvij.
Dñs creauit hominem rectum ꝛ ſm ſe
cum ꝟtute. Scdo per interiorẽ ſancti/
ficationẽ ſicut de Jere. ꝛ de Johãne ba/
ptiſta predicat ſcriptura di. q fuerunt in
vtero matris ſanctificati. de Jere. dicꝛ
Jere. i. Dñs ab vtero vocauit me de vẽ
tre matris mee recordatus eſt nois mei.
Et de Johanne dicꝛ ibidẽ. Anteq̃ exi/
res de ventre ſanctificaui te. Tertio
per baptiſmalẽ regenerationẽ: ꝛ iſte eſt
modus cõmunis: qr ſicut in baptiſmo
culpa originalis diluiꝛ: ita diuina gra/
tia conferꝛ dicente dño Joh. iij. Niſi qs
renatus fuerit ex aqua ꝛ ſpiritu ſctõ non
intrabit in regnũ dei ꝛc. vbi contingiꝛ ba
ptiſmus fluminis cũ baptiſmo flamis.
Quarto per penalẽ conſumationẽ: ſi
cut etiã ſi non fuerit baptiſat9 baptiſmo
ſanguinis vt qñ quis interficiꝛ in odi/
um dei: ꝛ tunc baptiſaꝛ in ſanguine ſuo
niſi ponat obicẽ ſicut fuit de innocenti/
bus. Si tamen circumciſionis vim ba
ptiſmus euacuauerat ſiq circumciſi nõ
erant quia in omnibus iſtis baptiſm9 fla
minis requirꝛ: ꝛ in oibus iſtis gfa nõ na/
ſciꝛ ab intrinſeco: ſed infundiꝛ ab extrin
ſeco: qr lex p Moyſen data eſt gfa ꝛ ve/
ritas p ihm xp̃m facta eſt Joh. pmo ca. V.conſideratio
Quinta cõſideratio eſt: qlr diuina
gfa in nob augeꝛ. Dicꝛ aũt q augeꝛ q̃/
druplicter: ꝛ pmo p bonoꝝ operũ exer/
citationẽ. qr ſm Auguſti. charitas me/
reꝛ augeri vt aucta mereaꝛ pfici: mereri
vero nulli conuenit niſi per hec nos act9.
ſicut em̃ ꝟtutes morales augenꝛ p act9
ꝟtuales effectiue: ita virtutes theologi/
ce meritorie: ꝛ ideo in gfa ſemper eſt pfe
ctus ad meliora qui ſe cuſtodit a lapſu:
ſi non ſemper ad maiora opera: tamẽ a
maiori charitate impera. Secũdo p
ſacramentoꝝ diuinoꝝ frequẽtationeꝫ ꝛ



ſpecialr in ſacro confeſſionis ꝛ euchari/
ſtie q digne ſumẽtibus confert ſanctifi/
cationẽ. vt teſtaꝛ Dioni. iij. ca. de celeſti
ierarchia. ꝛ generalr in omi ſacramẽto
conferꝛ gfa: ſi ſacra accipianꝛ cum gra/
tia augent ipam. Tertio p ſacramen
C toꝝ impetrationẽ. qr ſicut ſancti ipetrãt
nobis veniã. vt habeꝛ exemplũ de multꝭ
i diuina ſcriptura. ita etiã ꝛ cũ venia gra/
tiã. ſicut habeꝛ exemplũ. ij. Mach. vlti.
de Jeremia ꝛ onia. intercedentibꝫ p po/
pulo. Quarto p angeloꝝ interceſſio/
nem: qm̃ deſiderãt nos pfici: donec atti/
gamus ad illũ gradũ meriti: ad quẽ ſu/
mus pdeſtinati pꝑter eoꝝ regandã rui/
nam. ſicut ſctũs Michael dicꝛ ſtare p
filijs populi ſancti. Treno. xij. Et quia
gr̃am non ſolũ acquirere poſſumus ſed
etiã eius augmentũ. iõ dr Johis primo.
De plenitudine eius omnes nos accepi
mus gratiã p gratia ad merendã ſuper/
VI. conſidera. additã. Sexta cõſideratio eſt: qualr
gfa cõſeruaꝛ i nobis. Et dr q cõſeruaꝛ i
nobis cũ adiutorio dei ꝟtute q̃druplici.
D Et pmo coopante ꝟtute auſteritatis
.ſ. mortificãtis qr tẽptatio que nos ad ca
ſum incitat imitaꝛ imediate paſſiõe in/
clinãte. mortificatio aũt carnis hꝫ mor/
tificare paſſiões ꝛ domare que vigẽt in
membris corpis. iõ apls. i. Coꝝ. ix. cap.
dicit. Caſtigo corpus meũ ꝛc. Scdo
coopente ꝟtute ꝑitatis cõſiderantis. qr
qñ aliqs nõ cõſiderat actus ſuos vt in/
telligat q agit cito labiꝛ ſic vt offendat
pedibꝫ: non conſiderãs greſſus ſuos. iõ
dicit Paulus. i. Corinth. x. ca. Qui ſe ex
iſtimat ſtare videat ne cadat. i. diligẽter
conſideret ſuos actus. quia homo q be/
ne greſſus ſuos conſiderat non offendit
Tertio cooperante virtute puritatis
purgantis: quia ſicut in vaſe argenteo
paulatim rubigo cõtrahiꝛ: quãdo ma/
cula non abſtergiꝛ ſtatim. ita paulatim
cõtrahiꝛ in anima noſtra qñ non abſter
giꝛ quãdocũq̃ accidat venialis macu/
la qr quando purgari negligit ſucceſſi/
ue venit ad rubiginẽ peccati mortalis:
quod non ita cito auffertur. quia ſicꝫ di/
cit beatus Franciſcus. Si diabolus po
teſt habere capillũ de homine cito facit
creſcere in trabem. ꝛ ideo q vult in diui/
na gratia perſiſtere: debet per ſacramen
tũ confeſſionis ꝛ actũ contritionis pec/
cata frequenter abſtergere: ꝛ moꝝ vt cõ/
ſcientia leſa fuerit ſe purgare iuxta con/
ſiliũ ſapientis in pũer. Aufer rubiginẽ
de argento: ꝛ egredietur vas puriſſimũ.
Quarto coopante virtute humilita/
tis ſubicientis. quia ſm Grego. in mo/
ral. Humilitas eſt omniũ virtutum cu
ſtos. vnde quãdo aliquis ſuperbit de bo
nis ſibi celitus datis a deo in tẽptation e
dimittitur. Et quia ſine diuino auxilio
nullus vt ait apoſtolus tẽptationi reſi/
ſtere poteſt. idcirco cadit ꝛ a gratia exci
dit. Jnter autẽ omnes illas virtutes ef/
ficaciſſima eſt puri cordis cuſtodia. vn/
de Prouer. x. Omni cuſtodia ſerua cor
tuũ: qm̃ ex ipo vita pcedit. Et puer xxij
Qui diligit cordis mundiciã pꝑter la/
bioꝝ cuſtodiã habebit amicũ regem .i.
permanebit in amicicia: quod eſt eſſe in VII. cõſidera.
gratia ſũmi regis. Septima conſide
ratio eſt: qualiter diuina gratia per pec/
catũ amiſſa recupatur. Et dicẽ q recupaꝛ
q̃druplici a nobis actu. Et pmo actu E
.ſ. recordationis de illo actu quo eſt ſibi
conſcius gratiam amiſiſſe. pſ. Memor
fui dierum antiquoꝝ .i. actuũ meoꝝ i ve
tuſtate peccati ꝑpetratoꝝ. Scdo actu
deteſtationis vt malũ de q recordaꝛ ſibi
diſpliceat tanq̃ abhoiabile ꝛ ſibi dãno/
ſum iuxta illõ pſ. Omnẽ viã iniquitatis
odio habui. Tertio actu renũciatiõis
vt omni tali actui firmo pꝑoſito renun/
ciet in futuꝝ ne ſicꝫ canis redeat ad vo/
mitũ: vt dicit btũs Petrus pma canoni
ca ſua. Quarto actu contritionis vt
triſticiam habeat de malo perpetrato.
Triſticia em̃ ſm Auguſti. eſt paſſio cõ/
ſequẽs actũ volẽdi. ꝛ iõ quãto pl9 qs ha
bet de actu volũtatis ꝯtra pctm̃: tanto/
pl9 hꝫ de paſſione triſticie. ꝛ illa eſt attri
tio q ſm docto. theologos eſt ſufficiens
diſpoſitio ad gr̃am de cõgruo ꝑcipiẽdã.
Jſtis autẽ ꝑmiſſis infundiꝛ a deo actus

contritiõis cũ gratia dicente pſalmiſta.
Cor cõtritũ ꝛ hũiliatũ de⁹ ne deſpicias:
qꝛ talibꝫ preuijs actibꝫ ꝯtinet infundere
gratiã ad diuinã miſcdiam ꝛ non ad iu
ſticiã. Et idõ Sap.x. coniungẽs grãm cũ
miſcdia dicit. Gratia ꝛ miſcdia eſt i ſan
ctos eius: ꝛ reſpect⁹ eſt in electos illius.
VIII.cõ ſidera. Octaua cõſideratio eſt: q̄ ſunt ſigna
diuine grẽ. Dico autẽ ꝙ de cõi lege nul/
lus põt eſſe de grã certus. iuxta illd Ec/
cleſiaſtici.ix. Nemo ſcit vtrũ ſit dignus
odio vel amore. ꝛ apſus.i.Corꝫ.iiij. Ni/
hil mihi cõſcius ſum ſed in hoc nõ iuſti
ficatus ſum. Intelligendũ eſt tñ ꝙ de
hoc danꝰ quattuor ſigna ꝓbabilia i ſcri
F ptura. Primũ eſt in affectu qñ homo
.ſ. letaꝰ ꝛ exultat ſpũali leticia in diuinis
rebꝫ. ſignũ ẽ ꝙ ipẽ eſt i grã dei. pſalmiſta
Signatũ eſt ſup nos lumen vultus tui
dñe. i. ſignũ datũ eſt de tuo. ſ. lumine ꝙ
dediſti leticiã in corde meo ſicut dedux/
erũt doctores antiq̄. Scdm eſt in effe
ctu qꝛ q̄ facit bona opera ꝛ ſm bonã in/
tentionẽ directa ſignũ eſt ꝙ ipẽ ſit in di/
uina grã ſi ꝑſeuerat. dicens Mathei.v.
Attẽdite a falſis ꝓphetis ꝛc. Et ſequiꝰ.
A fructibꝫ eoꝝ cognoſcetis eos. i. ab ope/
ribus ſuis. Tertiũ eſt in auditu: qꝛ q̄
libenter audit ṽba diuina ꝛ cũ affectu ſi
ne querela ſignũ eſt ꝙ ipẽ ſit in grã dei.
Io.viij. Qui ẽ ex deo ṽba dei audit ꝛc.
Hic notat btũs Grego. ſignũ in quo po
teſt agnoſci q̄s vnde ſit. Quartũ ẽ in
affatu. qꝛ q̄ loquiꝰ cũ affectiõe ṽba diuia:
ſignũ eſt ꝙ ipẽ ſit in eius grã. qꝛ ſm ſen/
tentiã ſaluatoris in euãgelio. Bon⁹ hõ
de bono theſauro ꝓfert bonũ. i. cordis
ſui Et iudeis dixit Progenies viperaꝝ
quõ poteſtis bona loq̄ cũ ſitis mali. Et
Math.xij Ex abundãtia cordis os lo/
quiꝰ. Sequiꝰ. Ex ṽbis tuis iuſtificabe/
ris: ꝛ ex ṽbis tuis condẽnaberis: ꝛ ideo
qꝛ vna ꝛ eadẽ grã habet ſigna plura. di.
aplo.i.Coꝝ.xxxij. Diuiſiones gratiarũ
ſũt quãtũ ad plura ſigna q̄ ibi numeran
IX.con ſidera. tur. Nona cõſideratio: q̄les ſũt fruct⁹
grẽ. Ubi eſt aduertendũ ꝙ ſicut arbor
ſilueſtris ſibi ipi relicta facͭ fructus inſi/
pidos: ſi eñ ei inſeraꝰ ramuſcul⁹ arboris
domeſtice facͭ fruct⁹ domeſticos. ita aĩa
nr̃a ſi in puris naturalibꝫ dimittaꝰ fru/
ctus eius ſũt inſipidi: qꝛ ad felicitatẽ nõ
ꝓficiũt. cũ ꝑ ſolũ liberũ arbitriũ nõ poſſu
mus grãm mereri errante pelagio: ſi tñ
ei grẽ ramuſcul⁹ inſeraꝰ faciet optimos
ꝛ ſaluberrimos fruct⁹. Intelligendũ
eſt tñ ꝙ aliq̄ fructus ſm q̄drduplicem
gradũ laudanꝰ. q̄ꝝ ꝑmus eſt: qui habet
in ſe amenitatẽ in ſapore. Scdõs eſt q̄ G
habet nõ ſolũ amenitatẽ: ſꝫ etiã fugat in
firmitatẽ ꝛ magnam cõfert ſanitatem.
Tertius eſt: q̄ nõ ſolũ cõfert ſanitatẽ
ſed etiã imoꝛtalitatẽ. Quartus eſt q̄
nõ ſolũ ꝯfert imoꝛtalitatẽ ſꝫ ꝛ felicitatẽ.
Fructus aũt grẽ q̄ ſunt actus meritoꝛij:
a charitate eliciti vel imꝑati cõferũt no
bis. Primo amenitatẽ qꝛ oĩes fiunt
ſm inclinationẽ amoris: ꝛ nõ timoris: vt
docet Io. in canonica ſua. Charitas eñ
foras mittit timorẽ. Scdõ nõ ſolum
amenitatẽ: ſed ſanitatẽ: qꝛ talia opa fre/
quẽtata cũ diligẽtia excludũt ab anima
omnẽ egritudinẽ temptatõis ꝛ paſſiõis
tũc eñ nõ daꝰ locus diabolo ad temtan/
dũ iuxta apli cõſiliũ. Tertio non ſo/
lũ ſanitatẽ: ſed etiã imoꝛtalitatẽ dicente
dño in Iohãne. Si q̄s ſermonẽ meũ ſer
uauerit moꝛtẽ nõ guſtabit in eternũ: que
in Apocal. dr moꝛs ſcdã. Quarto nõ
ſolũ imoꝛtalitatẽ ſꝫ ꝛ felicitatẽ qꝛ quili/
bet taliũ actuũ mereꝰ felicitatẽ de cõdi/
gno ſicut docto. affirmãt. ſi eñ vn⁹ fru/
ctus eſſet ita ꝑcioſus ꝙ de ꝯdigno inde
poſſet emi vnũ regnũ terrenũ eſſet cũ ſũ/
ma diligẽtia cuſtodiẽdus: q̄ꝫtoplus illi
actus q̄ de cõdigno emunt. ſ. regnũ eter
nũ. Et ideo tales fructus debemus cuꝫ
ſũma diligẽtia appetere ꝛ habere: qꝛ fru
ctus grẽ eſt ꝑcioſioꝛ cunctis opibus et
oĩa que deſideranꝰ nõ valẽt huic cõpa
rari. teſte ſapiẽte. vñ in pſ. Grãm ꝛ glo/
riã dabit dñs qꝛ. ſ. ꝑ fructũ grẽ acq̄riꝰ fe/
licitas glĩe. ꝛ idõ dicit apſus ꝙ optimũ ẽ
grã ſtabilire coꝛ. Decima cõſide ratio X.conſideratio
eſt: q̄lia ſunt grẽ impedimẽta. Uñ intel
ligendũ eſt ꝙ q̄ttuoꝛ ſũt detrimẽta que



cõtra grãm ſũt. Primũ eſt peccatoꝝ
moꝛtaliũ q̄ habẽt gratiã totaliter eradica
re de aĩa: ꝛ idõ dicunꝰ pctã moꝛtalia quia
interficiũt aĩam q̄ viuit ꝑ grãnã ipam
D auferẽdo ſicut auferꝰ aĩa a coꝛꝑe in moꝛ
te. de q̄ dicit apls Rom.vi. Stipendia.ſ.
pcti moꝛs ꝛ ſubdit cãm. Grã autem dei
vita eterna: quã. ſ. grãm pctã auferunt.
Scdm detrimentũ eſt pctõꝝ venialium
ꝑ que grã dei non tolliꝰ: ſed obum/
braꝰ vt veſtis cãdida ꝑ maculas aliquã
defoꝛmitatẽ habẽs: ꝛ ipoꝝ mltiplicatio
eſt diſpoſitio ad totalẽ ipius veſtis con/
ſumptionẽ. Idõ epo ſardis q̄ ꝓpter venia
liũ multiplicationẽ ad moꝛtẽ appropin
quabat dr Apocal.iij. Eſto vigilãs cõ/
firma q̄ moꝛitura ſunt: ꝛ ꝓ inde qui ta/
lia pctã vitare nitunꝰ. Habes pauca no
mina q̄ nõ inq̄nauerunt veſtimenta ſua
ambulabũt mecũ in albis qꝛ digni ſunt
Tertiũ nocumentũ eſt ꝑuatio actuũ
bonoꝝ q̄ hñt grãm cõſopire qñ aĩa q̄ re
cipit grãm nõ opaꝰ meritoꝛie ſm ipam:
ſꝫ marceſcit ignauia. ꝯtra q̄s dic̃.b. Am
bro. ſup Lu. Neſcit tarda molimia ſpi/
ritus. ſ. grẽ. Et Grego. Amoꝛ dei nunq̃
eſt ocioſus: opaꝰ eñ magna ſi eſt: ſi aũt
negligit opari amoꝛ non eſt. vñ illi epo
laodicie q̄ illã grãm recepat ꝛ ſm ipam
opari neglexit dicitꝰ a dño Apo.iij. Uti
nam calid⁹ eẽs aut frigid⁹: ſꝫ qꝛ tepidus
es: incipiã te euomere de oꝛe meo: ſicut
eñ tepid⁹ eſt remiſſe actiuus: ita homo
tepid⁹ dr qui intẽſe opaꝰ bonũ. Quar
tũ detrimentũ vitioꝝ moꝛtaliũ ꝛ maloꝝ
habituũ aggregatoꝝ q̄ hñt grãm impu
gnare: qꝛ qñ mali hãoꝛes ſunt acquiſiti
in nobꝫ ꝑ infuſionẽ grẽ nõ ſtatim amit/
tunꝰ cum homo poſt contritionẽ adhuc
ad malũ remaneat inclinatus. ꝛ ideo il/
la vicia niſi per diſciplinã rigidã extir/
ꝑẽtur non ꝑmittunt hoiem in grã quie/
ſcere. ꝛ idõ in ꝑſona infirmoꝝ dic̃ apſus
Roma.vij. Infelix ego homo quis libe.
me de car. moꝛtis huius. ꝛ ſequiꝰ gratia
XI.con ſidera. dei ꝑ ihm xp̃m. Undecima cõſidera
tio eſt: q̄tiens grã fuit infuſa in aĩa bea/
te ṽginis. Dicitꝰ ꝙ licet foꝛte in multis
actibꝫ meritoꝛijs fuerit augmẽtata. tñ in
ea crediꝰ q̄ttuoꝛ vicibꝫ fuiſſe infuſa ſolẽ/
niter. Et ꝑmo in eius cõceptiõe quia i
vtero mřis grã dei fuit ei ĩfuſa cũ ibi fue A
rit ſctificata vt ſcti docẽt mltõ pluſq̃ il/
le de quo dr Lu.i. Et ſpũſctõ adhuc re/
plebiꝰ ex vtero mřis ſue vt ꝑ eius inco/
latũ in vtõ ṽginis illud ꝓpheticũ intelli/
gaꝰ. Sctificauit tabernaculũ ſuũ ꝛc. et
Bernard⁹ ait. Fuit ꝓculdubio mř dñi
ante ſctã q̃ nata. Scdõ in ṽbi incar/
natiõe: qꝛ tũc ſpũſctũs venit i ipam ṽtu/
tẽ ei ṽbi gñatiuã tribuẽs vt ait Dama.
q̄ aduẽt⁹ nõ intelligiꝰ ſine grẽ infuſiõe
Et hec dr ſcrificatio ſcdã de qua dr Lu.
i. Spũſſctũs ſuꝑueniet in te ꝛc. Ter
tio in cãtici reuelatõe. ſic eñ legim⁹ za/
chariã ſpũſctõ fuiſſe iplerũ qñ ꝓphera/
uit canticũ ſuũ: ꝛ elizabeth qñ emiſit cla
moꝛẽ ſuũ Lu. ꝑmo: ita putamus mřem
dñi ſpũſctõ fuiſſe repletã qñ ꝓphauit cã
ticũ ſuũ dicẽs. Magnificat aĩa mea do
minũ ꝛc. vt ibidẽ habeꝰ. Quarto cre/
ditur. ſ. in ſpũſcti miſſione. de quo ha/
beꝰ Act.ij. ipa eñ tũc fuit ſaciata omni
diſciplina ꝛ alijs q̄bus ſpũſſctũs ante ꝓ
miſſus fuit miſſus Act.i.ca. Nec eſt cre
dibile ꝙ tãto dono nõ fuerit ꝑticeps btã
virgo. ideo dixit ei angelus Lu.ij. preui
dens gratie plenitudinẽ ad quã erat ex/
altanda. Ne timeas maria inueniſti gra
XII.cõ ſidera. tiã apud dñm. Duodecia ꝯſideratio
eſt: ad quẽ gradũ grẽ aĩa ṽginis fuit ex/
altata. Dr aũt ꝙ grã diuina increata eſt
ꝛ diſtributa. ꝛ h̄ in aliq̄bus nõ eſt natu/ B
re adeq̄ta: tñ ſm ꝓpoꝛtionẽ nature com
mẽſurata fuit vt in angelꝭ: qꝛ licet q̄libet
eoꝝ potuiſſet plus cape de grã q̃ ſuſce/
pit tñ ſicut fuerũt ꝑfectioꝛes in naturali
bus ita fuerũt excellẽtioꝛes in gratuitis
vt notaꝰ.ij. ſenten. in aliq̄bꝫ eñ nõ ẽ grã
capacitati nature adeq̄ta nec ſm gradũ
nature ꝓpoꝛtionata ſic̃ cõiter eſt in ſctis
q̄libet eñ aĩa q̄cũq̃ eſt in ꝑña plus ẽ ca
pax de grã cũ oẽs ſint vni⁹ nature et tñ
ſũt ineq̄les in ea. Tertio in aliq̄ ipſa
grã crediꝰ capacitati nature adeq̄ta: nõ
tñ ſm excellentiã ſimplr ſummaꝫ ſic in

matre domini bñdicta quia ipſa de gra
tia habuit quantũ capere potuit. vt ait
beatus Hieronimus. Et ideo dicta fu/
it ſimpliciter gratia plena ſicut vas di/
citur plenum quando plus capere neqt
non tamen gratiam ſimpliciter ſummã
quia citra animam chriſti. Quarto
eſt ipſa gratia in aliquo non ſolum capa
citati nature adequata ſed vt in ſe ſum/
me perfecta ſicut in anima chriſti: que
habuit de gratia quantũ cape potuit et
in grã omnẽ aliã creaturã exceſſit Jo.i.
Vidimus gliam eius gliam q̃ſi vnige
niti a patre plenum gratie ꝛ veritatis.
non ſolum ad ſufficientiam ſed ad redũ
dantiam. Ad quam ꝛc̃.

De eadem Sermo ſecundus.

**Anunciaui et lo**
cu.tus ſũ ꝛc̃.pſ̃.xxxix. Qꝛ de
ſermonibꝫ annũciatiõis ga/
brielis eſt pñs intẽtio: idcirco ad decla/
rationẽ hui⁹ ſolennitatis cõiter accipit̃
vbũ ꝓpoſitũ. In q̃ quidẽ vbo in perſo/
na eiuſdẽ archangeli dauid loq̃ẽs intẽ/
tione illius duplr̃ deſcribit̃. Primo vt
intellectualr̃ declaratiua. cũ premittit̃.
Annũciaui. Annũciatio em̃ eſt act⁹ rõ/
nis. Scd̃o vt ſenſibilr̃ manifeſtatiua
cũ addi locut⁹ ſum. Locutio em̃ eſt ſen
ſibilis platio qꝛ angel⁹ locutus fuit vgi
ni nõ ſolũ intellectualr̃. vez etiã ſenſibi/
liter ſic̃ dicit Eſa. iiij cap̃. Loquimini
ad coꝛ hierl̃m. Ecce q̃ʒtũ ad locutionez
intellectualẽ ꝛ aduocate eã ecce q̃ʒtũ ad
vocalẽ q̃z pma fuit ad aiam vgis inti/
ma. Prima fuit q̃ʒtũ ad corp⁹ extrin/
ſeca. Quia igit̃ de vgine eſt pñs ſolẽni/
tas. idcirco circa ipſam meditãde occur
rũt octo cõſideratiões. q̃z pma eſt. qua/
lis fuit illa annũciatio. Scd̃a eſt per
quẽ fuit illa annũciatio delata. Ter/
tia ẽ vbi illa annũciatio fuit fcã. Quar
ta eſt in q̃ tempe fuit delata. Quita ẽ
q̃ fuerit illi⁹ annũciatiõis effect⁹. Sex
ta eſt q̃lia fuerũt ei⁹ ſublimia. Septi
ma eſt q̃lia fuerũt ei⁹ miracula. Octa
I. con/ ua eſt q̃lia fuerũt eius gaudia. Prima
ſidera.
igit̃ conſideratio eſt: qualis fuit illa an/
nunciatio. Et dicendũ eſt q circa ipſam
btũs Lucas deſcribit ſeptem myſteria.
C Primũ fuit de angeli ſalutatõe. cũ di/ I. myſte
xit. Aue gr̃a plena. Nũcius quidẽ mal⁹ rium
non pnunciat ſalutationẽ: ſed bonus. Id̃
ſerpens. i. diabolus miſſus ad pmã mu/
lierẽ non ſalutauit eã. Scd̃m fuit de
vginis turbatõe. q̃ quidẽ turbatio non
fuit amoris ſed timoris. qꝛ mos eſt bo/
ni angeli vt in pncipio terreat ꝛ in fine
cõplaceat. vñ Damaſce. Sic̃ ois virtus
bona: ſic ſuus actus bonus. Et id̃ ſeq̃t.
Turbata eſt in ſermone eius. ſ. angeli.
Tertiũ fuit de vginis cõſideratione:
qꝛ cogitabat q̃lis eẽt illa ſalutatio. Si/
mile autẽ huic habet̃ qñ xp̃m peperit. vt
dicit̃ Luce. ij. q cõſeruabat omnia vba
hec cõferens in corde ſuo: ꝛ quãdo xp̃m
reperit in templo qd̃ fuit ſignũ ſapiẽtie.
Quartũ fuit de angeli cõfortatiõe di/
centis: Ne timeas ꝛc̃. qd̃ etiã factum eſt
idẽ zacharie de iohe bap. Quintũ fu/
it de vginis inq̃ſitõe. nõ em̃ dubitauit de
dicto vel de facto ſic̃ zacharias: ſed tan
tũ de modo ꝓpter zelũ vginitatꝭ qui ex
verbis angeli videbat̃ euacuari. Quod
aũt dicit̃ non cognoſco. i. nõ cognoſcitu/
ram me ꝓpono. Sextũ fuit de angeli
rñſione. cũ ſequit̃. Rñdens aũt angelus
dixit ei. in qua rñſione docuit virginem
de articlo incarnatiõis ꝛc̃. Septimũ
fuit de finali cõcluſione cũ ponit̃ poſtea
Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm vbũ tuũ.
Sicut enĩ Eua voluit eſſe dea: ita illa
ancilla. vbi pfectio obediẽtie demõſtrat̃.
Scd̃a cõſideratio eſt: p quẽ fuit hec II. con/
annũciatio delata. cõſtat aũt q ſm Lu. ſidera.
pmo p Gabrielẽ. ſm aũt Hiero. Gabri/
el interptat̃ fortitudo dei. Et id̃ conueni
enter miſſus fuit ad tractandũ verbi in/
carnationẽ: qꝛ in hoc ſtupẽdo miraculo
plus fuit magnificata diuina potentia:
q̃ʒ in mundi fabricatõe. Intelligendũ
eſt tamẽ q iſte angel⁹ in iſta ſalutatione
habuit reſpectũ ad quattuoꝛ perſonas.
Et primo ad perſonã mittentem ꝛ il/ D
la fuit appropriata patri ad quẽ pertinet



mittere ꝛ non mitti. vt dicit Auguſtin⁹
de trini. Secundo ad perſonã denũ/
ciatam gratiã recipientẽ que fuit perſo
na virginis matris. ideo fuit miſſus a
deo ad virginẽ Luce pmo. Tertio ad
perſonã preuolantem que fuit perſona
verbi que angelũ precucurrit. vnde dic̃
Auguſti. q precẽſſit ſuũ nunciũ domin⁹
ideo dicit angelus domin⁹ tecum: quia
iam venerat. Quarto ad pſonaz ſub/
ſequentẽ que fuit perſona ſpirituſſancti
qui fuit angelus ſubſecutus ad virginẽ
ſanctificãdã. ideo dicit de illo in futuro.
Spiritu ſſanctus ſuperueniet in te. Unde
ꝓpter iſta bene conuenit Gabrieli quod
dictũ fuit Nathan. pmo Reguz. iij. In/
gredere quia vir fortis es ꝛ bona nunci
III. cõ/ ans. Tertia conſideratio eſt: vbi iſta
ſidera. annũciatio fuit facta. Lucas dicit q in
ciuitate Nazareth. Iſta ciuitas habet q̃
E druplices interptationes huic ſacramẽ
to conuenientes ſm Hiero. quaz. Pri/
ma eſt floꝛiditas. Et illa interptatio cõ/
uenit huic ſacramẽto: quia tunc floꝛuit
vga illa de radice yeſſe. de qua dr̃ Eſa.
xi. Egredietur virga ꝛc̃. qꝛ ſicut flos erũ/
pit de ſubtiliſſima vge materia. ita xp̃s
erupit de ſubtiliſſimis ꝛ puriſſimis ſan
guinibꝫ virginis. Scd̃a eſt quia inter
pretat̃ mundicia ꝛ illa cõuenit ei: qꝛ ſm
beatũ Anſhel. mundata fuit virgo ſcd̃a
ſanctificatione vel mundatione. Pri/
ma fuit in ſui conceptione. Scd̃a in
verbi annũciatiõe. Tertia in qua nõ
ab immũdicia ſed ſicut angeli dicuntur
purgari ꝓpter excellentẽ puritatis gra/
dum. Dicunt aũt q in pma ſanctificati
one vel purgatione pnitas in ea fuit cõ/
ſopita. ſed in ſcd̃a fuit totaliter extincta
omnis pronitas actualis ꝛ potentialis.
Tertia interptatur vnctio. ꝛ illa etiã
ei conuenit: quia cum vnctio dicat̃ ſan/
ctificatio in illa annũciatione fuit virgo
ſecũdo ſanctificata ſanctificatõe perfe/
cta. de qua loquit̃ Lucas vbi ſ̃. Spiri/
tuſſanctus ſuperueniet in te ꝛ vtus ꝛc̃.
Quarto interpretat̃ conſecratio ꝛ il/
la etiam cõuenit ei: quia ſicut templum
ſalomonis fuit conſecratũ ex eo q glo/
ria domini habitauit ibi. vt dicit̃. iij. Re
gum. ita virginis vterus fuit conſecrat⁹
pro templo totius deitatis ex verbi icar
natiõe iuxta illud pſ̃. Sanctificauit ta
bernaculum ſuũ altiſſimus. ideo de illa
ciuitate dicebat nathanael Johis pmo.
A nazareth poteſt aliquid boni eſſe: qꝛ
. ſ. ei bona conueniũt ſm ſignificationez
Iſta em̃ eſt ciuitas in qua xp̃s fuit edu/
catus vſq; ad. ʒ. annos Luce. iij. caplo.
Quarta conſideratio eſt in quo tem/ IIII. cõ
poꝛe illa annũciatio fuit allata. Dicitur ſidera
autẽ q quattuoꝛ ſunt tempa de quibus
queri ſolet. ſ annus menſis dies ꝛ hoꝛa.
Primo queritur de anno. Dicitur q
vi. millenario annoz a mundi creatiõe.
ſicut enim in. vi. die formauit deus ho/
minẽ ad ymaginem ſuam ꝛ ſimilitudi/
nẽ impſſaz. ita illo ſenario formauit il ã
hominem qui eſt ymago dei ꝛ eius ſimi
litudo expreſſa ſm apoſtolum. Et ſicut
illo die fuit homo lapſus: ſic illo mille/
nario reparatus. In illo autez anno age
batur ſeptuageſimaſecunda generatio
ab adam. ſic ille homo ſeptuagintadu/
os diſcipulos habuit. Secundo aũt
ſi queratur de menſe in quo illa annũci/
atio fuit facta. Dicitur q in menſe pri/
mo illa annũciatio fuit facta: quo egreſ/
ſi ſunt filij iſrael de egypto. de quo Exo.
xij. Menſis iſte vobis principiuʒ men/
ſium primus erit in mẽſibus anni. Iſte
fuit menſis Marcij in quo quidez mẽ/
ſe domin⁹ habitauit in columna nubis
vt dirigeret filios iſrael per deſertum ſi/
cut recte hodie deitas primũ habitauit
in mente humanitatis nube ꝛ velamine
ad dirigendam populuʒ chriſtianuʒ per
huius mundi deſertũ. Tertio ſi que/
ratur de die. Dicit̃ q ea die qua fuit do/
minus paſſus eadem die fuit annuncia/
tus per angelum vt dicit Auguſtin⁹ de
trinita. In iſto etiam die dicitur mun/
dus fuiſſe creatus. Et illa die in egypto
fuerit agnus ſanctificatus vt dicitur in
Exo. Et iſta quattuoꝛ myſteria ſũt mu/
tuo correſpõdẽda: vt myſteriũ creatiõis

allu dat myſterio annũciatiõis: q2 ꝓma
dies noui teſtamẽti ſic vetis. z myſteriũ
imolatiõis myſterio paſſiõis. curſus au
tem circularis xp̄i ad modũ ſolis deſig/
naf in eiuſdẽ dici inchoatione z cõſuma
tione. Quantũ ad diem ſeptimane il
la fuit dies veneris que fuit ſolennizata
myſterio quadruplici. z primo q2 in hoc
die fuit homo factus ad imaginem dei.
Geneſ. i. z xp̄s eadem die incarnatus.
Secundo a tribus regib9 adoratus.
Et tertio fuit mundus redemptus per
ſtebāt diuine ſcripture auctoritatib⁹ dicē
tes herodem eſſe chriſtū pro eo ꝙ regna
uit eo tempore quo Daniel prophetauit
chriſtū eſſe ſcʒ venturum. Secunda
fuit ſaduceorum qui inſiſtebant auſteri
tati. vnde propter rigorem penitētie fu/
erunt ſic vocati ſm magiſtrū hiſtoriaꝝ.
Tertia fuit eorū qui inſiſtebant pau
pertati. vnde nihil poſſidebant vt dicit
idem magiſter. Quarta fuit phariſe/
orum qui inſiſtebāt ſanctitati vñ porta/
bant in fronte eoꝝ legē ſcriptā diuinoꝝ
p̄ceptoꝝ ⁊ in brachio vt recordarent̄ eoꝝ
ſemper et illud vocabat̄ phylateria et in
fimbrijs ponebant aculeos quibus ſti/
mularentur ad proſequendū diuina mā
data dicēte domino in euangelio. Dila/
tant fimbrias ſuas ⁊c. Et de illoꝝ reli/
gione fuit ſanctus paul⁹ poſtq̄ fuit nu/
tritus in ſcola p̄dicta vt ipſe teſtatur ad
philip.iij. Sed attendendū eſt ꝙ oēs
alij ordines errabant in fide. quia ſcilicʒ
primo herodiani ponebant chriſtum ty/
rannū contra teſtimonia oīm ꝓphetarū
Scdo ſaducei negabāt reſurrectionē
vt dicit̄ in euangelio. Tertio eſſei po/
nebant ꝙ oīe iuramentū erat ꝑiurium
ſcdm Joſephum. Quarto phariſei cō
fitebant̄ totā legem veteris teſtamēti et
ideo beatus paulus ſicut bone indolis
adoleſcens iſtā religionē tanq̄ meliorē
elegit, alioqn ſi iſta ſecta fuiſſet erronea
nunq̄ apoſtolus dixiſſet poſt ſuā cōuer/
ſionem Phariſeus ſum ⁊ filius phariſe
orum act. xxiij. q2 peccaſſet notabiliter
in confitendo heresim. Et ideo quia nū
q̄ a fide diſceſſerat adhuc vas electiōis
erat. Quarta cōſideratio eſt. qualiter IIII. ꝯſi
illud vas fuit confractū. contingit enim deratio
q̄ndoq3 ꝙ poſtq̄ vas erat bene formatū
ab artifice vt cōfringat̄ a ſeipſo ſi cadat
ab alto: ita ſi illud vas a gamaliele fuit
optime formatū ⁊ depuratū ⁊ depictum
q2 fuit p̄ ceteris ſapiētia ſublimatū. fuit
tamē a ſeipō cofractū dicente eo ad gal.
i. Proficiebam in iudaiſmo pre ceteris.
Intelligendū eſt tamē ꝙ quattuor fu B
erunt euerſiones q̄ illud vas impulerūt
ad caſum. Et primo fuit in ſuum magi/
ſtrum cōtumatia effrenata licet eñ vide
ret ꝙ ſuus magiſter gamaliel xp̄i diſci/
pulos defenderet vt habetur in act. non
ſolū aſſentiebat: ſed etiā ad oppoſituʒ in
ceteris diſcipulis gamalielis in xp̄m cre
dētibus ex ſua bonitate ⁊ hūilitate ⁊ ip/
ſo renitēte ex ſua ſublimitate ceteros cō/
tempnebat. Scda fuit ſui ipſi⁹ ꝑſum
ptio idebita ſicut eñ oēs hoies errāt eo ꝙ
oīa ſcire exiſtimāt. ⁊ ideo veritatē inq
rere contēnunt: ſic ille cernēs ꝙ alios in
ſapiā excedebat ad ꝑitatē fidei xp̄iane ī
ꝓpherij eſ cōtentā aſpicere nō dignabat̄.
Tertia fuit ipſius ſtatus imoderata
reputatio. ſunt eñ aliqui qui ſe tantū re/
putant ꝙ nō credūt aliquē defectū in ſe
cadere poſſe. ita iſte religionē phariſeoꝝ
quā ſuſceperat ita certiſſimā putabat ꝙ
exiſtimabat ipām non poſſe errare. nec
ſe in ipſa ꝑſeuerando in defectū poſſe ca
dere. Et quia videbat ꝙ illa religio cō/
muniter in xp̄m nō credebat. iccirco cre
dere rennuebat. Quarta fuit ſue do/
ctrine dilectio inordinata quia ſicut ali/
qui ſuā doctrinā ita inordinate diligunt
ꝙ nihil aliud audire volūt. ⁊ ex hoc ſpō
te errāt: ita iſte doctrinā iudaicā dilexit
ꝙ ꝓpter nimiū eius zelum errauit. vnde
dicit ad gal. i. Abundātius quidē emu/
lator extis paternarū mearum traditio/ V. conſi
num ⁊c. Quinta conſideratio eſt qua deratio



liter iſtud vas fuit reparatū. quando eñ
p̄cioſa vaſa fracta ſunt ſolent cū diligen
tia reparari. iſtius autē reparatio facta
B fuit in ſua cōuerſione act. ix. In qua
quidem cōuerſione notantur ſeptē act⁹:
quos deus cōuenienter in peccatorū cō/
uerſione vult ꝙ oſtendat. quorū Pri/
mus eſt. ꝙ ſe peccatorē totaliter cogno/
ſcat delicta intendendo ⁊ conſideran/
do. et ideo dicitur ꝙ circumfulſit eū lux
de celo. Secundus eſt ꝙ peccator pa
ueſcat ꝯfitendo non ſolū penā quā pro
pter peccata meruit: ſed etiā quantā glo
riam amiſit. et ideo ſequitur ꝙ in terra
fuit ſcʒ proſtratus tremens ac ſtupens
act. ix ca. Tertius eſt ꝙ peccator pe/
nam eternam timeat. ⁊ ideo ibi ſequitur
Saule ſaule quid me perſequeris ⁊c.
Quartus eſt ꝙ peccator confortet̄ ne
deſperet et ideo chriſtus ſibi apparuit vt
ibidem dicitur. Quintus eſt ꝙ pecca
tor cito peniteat. et ideo ibi dicitur: Do/
mine quid me vis facere? Sextus eſt
vt peccator erudiatur vt ſe cuſtodire ſci/
at ⁊ operari. ⁊ ideo ſequit̄ ſurge et vade
in ciuitatem ⁊ ibi dicet̄ tibi quid te opor
teat facere. Septimus eſt ꝙ peccator
excecetur ne mala aſpiciat. et ideo dicit̄
ibi. Surrexit aūt ſaulus d̄ terra apertiſ
q3 oculis. nihil videbat ſcilicet corrupti
bilis a mundo ſecundū illud qđ ſcribi/
tur ad thi. ij. Si quis ſe mūdauerit ab iſt
erit vas ſanctificatū in nomine domini.
VI. cōſi/ Sexta conſideratio eſt. qualiter illđ
deratio vas fuerit purificatū. oportet enim vas
poſtq̄ reparatum fuerit purificari. ita
poſtq̄ vas electionis fuit reparatum
in ſua conuerſione decuit vt purificare/
C tur in baptiſmi regeneratiōe. In qua
fuerunt quattuor miracula perpetrata
Et primum fuit diuina reuelatio. quia
chriſtus apparuit ananie ⁊ aperuit ſibi
myſterium per reuelationem act. ix. ca.
Secundum fuit oculorum apertio:
quia vt impoſuit manum: ſtatim ſqua/
me ceciderunt ⁊ lumen recepit. Ter/
tium fuit ſancti ſpiritus infuſio: quia
ibi dixit ananias Dominus miſit me
vt lumen recipias ⁊ implearis ſpiritu/
ſancto. Quartum fuit peccatorum
ſuorum plenaria remiſſio. quia in baptiſ
mo fluminis omnia peccata diluuntur
vt teſtatur Petrus act. ij. Iſtam autem
indulgentiam cōſecutus eſt quadrupli/
ci ratione. quarum prima fuit: quia ma/
la operabatur ignorans vnđ dicit. i. thi.
Ideo miſericordiam conſecutus ſum:
quia ignorans feci i incredulitate mea.
Secunda fuit: quia bonum perſeque
batur quaſi pro bono zelans: ſcilicet pro
legis obſeruatione. vnde dicebat actuū.
xvi. cap. Exiſtimabam me aduerſū no
men ieſu agere debere. Tertia fuit. q2 D
chriſtus talem manifeſtauit veritatem
ſue fidei. Unde dicebat̄ a diſcipulis Qui
perſequebatur nos aliquando nunc euā
gelizat fidem ⁊c. ad gal. i. Quarta fu
it quia chriſtus i eo abundātius ſue cle/
mentie bonitatē manifeſtauit. vnde di
citur ad thi. i. Ideo miſericordiam con/
ſecutus ſum vt in me oſtenderet chriſtus
omnem patientiam: ad informationem
eorum qui crediturí ſunt illi. Intelli/
gendum eſt tamen ꝙ circa eius baptiſ/
mum notantur due veritates Qua/
rum prima fuit compunctio carnis. q2
ſtetit tribus diebus ſine cibo ⁊ potu.
Secunda fuit oratio deuota dicēte do/
mino de eo. Ecce eñ orat vt p̄ ipſo ſic
emendato dicat̄ illud prouerb. xxv. Au/
fer rubiginē de argēto ⁊ egredietur vas
puriſſimū. Septima cōſideratio eſt VII. ꝯſi
qualiter illud vas fuit ꝓbatū. Sicut eñ deratio
vaſa p̄cioſa poſtq̄ fuerit purgata ꝑ ignē
ita vas electiōis fuit ꝓbatū in mltiplici
camino tribulatiōis ſcdm ꝙ xp̄s ei ꝑmi
ſit act. iiij. Ego eñ oñdā ei q̄nta oporte
at eū pro noīe meo pati. Intelligēdū E
eſt tamen ꝙ ille apl̄us fuit quadruplici/
ter examinatus. et primo vinculis ⁊ car/
ceribus. ſicut enim alios alligauerat et
carceri mancipauerat: ita fuit ⁊ ipſe mul
tipliciter incarcerat⁹ captus vinculat⁹
⁊ cōpeditus. vt patet in actib⁹ Secun/
do plagis ⁊ verberibus: quia ſicut alios
cedebat ⁊ flagellauerat: ita ipſe fuit ver/

gis ceſus z quiquies plagatus:vt refert
ij.coꝝ.xi. Tertio periculis z terroribꝫ
quia ſicut alios terruerat cõminando
ſpirans minarum z cedis in diſcipulos
domini.ita fuit in mirabilibus pericu/
culis z terroribus in terra z in mari ter/
ritus vt ibidem dicitur. Quarto mor
tis damnationibus. quia ſicut ipſe ec/
cleſiã deuaſtabat. z ipſo fauente fuit ſan
ctus ſtephan⁹ oppſſus lapidib⁹ ita ipſe
fuit ſemel lapidatus ſed virtute diuina
ſaluatus:vt habetur actu.xiiij.Ideo di/
citur eccli.xvij.Vaſa figuli probat for/
nax z homines iuſtos tẽptatio tribula/
tionis. Octaua conſideratio eſt. qua
VIII.cõſideratio. liter illud vas fuit adornatũ. Naz poſt/
q̃ vaſa precioſa ſunt probata ſolẽt orna
ri lapidibus precioſis.iſtud aũt vas ele
ctionis fuit ſingulariter ornatum virtu
te quadruplici ſcilicet Primo virtu/
te auſteritatis corpus caſtigantis: quia
in fame ſiti z frigore z nuditate dño ſuie
bat vt di. i.coꝝ.vij.vnde.ij.coꝝ.ix. dicit:
Caſtigo corpus meũ zc. Scdo virtu
te humilitatis ſubijciẽtis:quia cuz eſſet
maximus in doctrina z meritis:ſeipſuz
minimũ reputabat omniũ alioꝝ. Ideo
eñ inquit:Ego ſum minimus aplorum
zc. Et huic adiuncta fuit virtus pauper
tatis omnia abnegãtis.ideo dicebat. i.
thi.vi.Habentes alimenta et quibꝫ te/
gamur his contenti ſimus. Tertio
virtute pietatis miſerentis: quia tanta
miſeratione mouebatur ad animarum
ſalutem:vt ſicut matres eos continue p
turirendo diceret.Filioli mei quos iteꝝ
parturio donec formet xp̃us in vobis ad
gal.iiij.ca. Et quia penas ſentiebat om
nium ex abundãtia pietatis dicebat.ij.
coꝝ.xi. Quis infirmat z ego non infir/
mor zc. Quarto virtute charitatis ip
ſum ad modũ arboris totaliter accenſi
inflãmantis.de qua dicit Ex abundan/
tia cordis os loquit. Ideo ſemꝑ de xp̃o
loquebat vñ dicebat ad Ro.viij. Quis
me ſeparabit a charitate xp̃i z poſt pau/
ca. Certus ſum q neq; mors neq; vita
zc. Ex quo loco colligit q ipſe iam fue/
rat in gratia confirmat⁹ ſicut ceteri apo
ſtoli in receptiõe ſpiritusſancti:alioquin
certus non fuiſſet ſi peccare potuiſſet.

Nona conſideratio eſt qualiter iſtud IX.cõſideratio
vas fuerit annumeratũ. vaſa eñ ornata
precioſis margaritis ſolẽt in theſauris
regum annumerari cuz ceteris. Et iſto
modo fuit illud vas electionis annume
ratum cum precioſis eccleſie vaſis eter/
ni regis:ſcilicet apoſtolis vnde dicit bea
tus Greg.q ipſe meruit thronũ duode/
cimum poſſidere.loquendo de illis thro
nis quos xp̃s.xij.apoſtolis ꝓmiſit Luc.
xxij. Iſta aũt annumeratio eſt diffici/
lis ad intelligendum.cum ſint.xij. apo/
ſtoli preter ipſum niſi amoueretur vnus
apoſtolus.cum ſanctus mathias anteꝗ
iuda fuerit electus anteq̃ ille conuerſus
z ideo impoſſibile eſt. niſi q aut nume/
rus thronoꝝ ſit multiplicatus z tunc nõ
eſſent.xij.ſz.xiij. Aut q duo ſint in vno
throno:vt puta petrus z paulus. z tunc
eadem ratione omnes. Aut q ſinguli in
xij.thronis z tunc ita bene.xiij.ſicut.xij.
Et ſm hoc intelligi poteſt qd ipſe poſſe
dit thronum.xij. Et quilibet de ordine
apoſtolorum ſi fuiſſent centum:propter
quatuor proprietates duodenarij nume
ri. Quarum prima eſt q duodenari⁹ G
numerus eſt primus abundans quia ꝑ/
mus cui⁹ partes aliquote reddunt pl⁹
q̃ ſuum totuz z illa apoſtoloꝝ perfectio
fuit prima:quia redundauit in munduz
inter omñes ordines ſanctoꝝ iuxta dictũ
dominicum Alij laborauerunt:z vos i
labores eorum introiſtis. Secũda eſt
q duodenarius numerus conſtat ex pri
mo numero perfecto bis ſumpto qui eſt
ſenarius ſicut declarat beatus Aug.ſu/
per geñ.ad litteram.in quo datur intelli
gi q in apoſtolis fuit gemiata perfectio
preceptoꝝ z conſilioꝝ xp̃i. Tertia eſt
quia duodenarius numerus conſtat ex
ternario z quaternario ſuꝑ ſe reductos:
vt quater tria.z ter quater.in quo ſigni/
ficatur q apoſtolica perfectio conſtat in
tribus virtutibus theologicis z quatu/
or cardinalibus. Quarta eſt q duo/



denarius numerus eſt ꝑmus numerus
cõpoſitus ex pluribꝫ numeris:ita q nu/
merus articulatus. eo q ſimplex ꝑtinet
ad diuinitatẽ. numerus autẽ vndenari⁹
qui eſt ꝑmus cõpoſitus ꝑtinet ad xp̃m q
cõſtat ex diuinitate coniũcta hũanitati
ſm dignitatẽ nature create. nũerus aũt
duodenarius ad aplorũ dignitatẽ qui ẽ
immediate poſt xp̃m ſm btm̃ Dion. et ſic
btũs Paulus fuit in throno duodecimo
ſignato ꝑ duodenariũ numeꝝ ſm illud
ad Galath. ij. Qui operatus eſt petro in
aplatu operatus eſt z mihi inter gentes.

Decima cõſideratio ẽ:q̃liter iſtd vas
X.cõſideratio fuit repletũ. ſolẽt eñ,vaſa ꝑcioſa aliqbꝫ
ꝑcioſis repleri:ſed nulluz rõnale vas in
hac vita creaturis repleri põt de cõi le/
ge:q2 citra deũ nullũ ens poteſt quieta/
re appetitũ rõnalem.iſtud aũt vas electi
onis repletũ fuit ſingulari priuilegio qñ
raptũ fuit vſq; ad tertiũ celũ. Et in illo
raptu q̃tuor ꝓconia ſunt notãda. quoꝝ
H ſcꝫ Primũ eſt q in illo raptu vidit de/
um ꝑ eſſentiã ſicut vidẽt ſcti in vita eter
na vt docet expreſſe btũs Aug. Se/
cundũ eſt de eius auditiõe:q2 audiuit ſe/
creta inenarrabilia ſicẽ ſcribit in ꝑallega
to capꝫ:q2 audiuit archana ꝟba que non
li et homini loq. Tertiũ eſt de ipſius
inflammatiõe: q2 ſicut intelligentia ipi⁹
fuit beatifice illuminata ita eius volun
tas fuit btifice inflãmata vt btifice dili
geret ſicut btifice cernebat z clare ſm cõ
munẽ doctrinã.cũ talis dilectio talẽ viſio/
nem ſequat. Quartũ eſt de ipſius me/
morie retentiõe:q2 illius viſiõis fuit po
ſtea nõ immemor cũ de ipa poſtea loque
ret vt patuit ſupra:vñ oportebat omniũ
viſoꝝ in eo ſpecies remanſiſſe depictas.
z ꝑ hoc inducit Dion. de diuinis noibꝫ
dicẽs:q qui vidiſſet aiam pauli vidiſſet
totam celeſtẽ patriã ſm q eſt ordinata:
ſicut in quodã ſpeculo ſpũali. Ex qbꝫ
colligunt q̃tuor puilegia fuiſſe in eius
anima.quoꝝ ſcꝫ Primũ eſt:q2 eius ani
ma fuit inobfuſcabiliter decorata:quia
intelligibilibꝫ ſpeciebꝫ totius celeſtis cu/
rie aſſiſtata ſicut aula in qua depicta ſũt
optima facta. Scdm̃ ẽ q ipa fuit im/
mobiliter q̃etata:q2 vnita.ſ.vltimo fini:
citra qd nullũ humanũ q̃eſcit ſm beatũ
Auguſti.ꝑmo cõfeſſionũ. Tertiũ ẽ q
ipa fuit infatigabilit ſaciata:q2 licet no/
ſter appetit⁹ ꝑ aliqd bonũ finitũ nõ poſ/
ſit ſaciari:tñ bonũ infinitũ ipm ſatiat et
eius capacitatẽ trãſcendit.quia tunc bo/
nũ habebit ꝓ fruitiõis obiecto. Quar
tum eſt q fuit indubitãter certificata:q2
illa que ſunt fidei aꝑte vidit intuitiue:et
ſic certitudinalr cognouit:cũ ois intuiti
ua noticia ſit euidentiſſima. z idcirco de
credibilibꝫ certificatus dicebat.ij. Thi/
mo.ij.Scio cui credidi z certus ſum zc.

Vndecima cõſideratio eſt:qualr il XI.cõſidera.
lud vas fuit cõmunicatũ : ſolẽt eñ vaſa
poſtq̃ repleta ſunt cõicari:z ad illũ finẽ
omne vas replet.illud aũt electiõis vas
fuit cõicatũ q̃drupli. Primo ꝑ actũ ſe
crete reuelatiõis:q2 illa que in celo vidi
cit btõ Dion. z Hiero. reuelauit z pub
licauit archana. z ꝑ hec tota vniuerſalis
eccleſia noticiã celeſtiũ ordinũ ſumpſit.
Vñ dicit Dioni.de diuinis nominibus q
paulus erat cõis ſol ſibi z Hieronymo
ſuo mgro.immo dicit q eſt ſol mundi.

Scdo ꝑ actũ publice ꝑdicationis: q2
infra triginta annos:vt teſtat Criſo. de
laudibꝫ Pauli ab occidente in oriẽs ꝑ/
ueniens hiſpanie euangeliũ predicauit.

Tertio ꝑ actũ ſublimis deſcriptiõis:
quia doctrinã fidei xp̃iane ita deſcripſit
ſubtiliter:vt ei⁹ documẽta licet in ſe cla/
ra tñ difficilia ea magni apli reputabãt.
Vñ btũs petr⁹ dicit in ſcda canonica ſua
iij.cap.q eius epl'e que deſcripte fuerũt
ſm datã ei ſapiam a deo cõtinẽt aliqua
difficilia intellectu. Quarto per actũ
exemplaris cõuerſationis q2 in moralibus
plus mouẽt facta q̃ ꝟba. Ideo cũ nõ/
nulli ſibi detraherẽt dicẽtes q eius epl'e
graues erãt z fortes.potẽtia autẽ ratio/
nis infirma.ij.Coꝝ.x.dicit.Quales ſu/
mus ꝑ epl'am ꝟbo abſentes:tales inde
z pſentes in facto. Intelligendũ eſt tñ
q in tali cõicatiõe legit floruiſſe quatuor
miraculoꝝ genera.ſ.primo demões fu

gando Act.xix.ca. Scdo ſerpētes co
hercēdo ibidē.xxviij.qn̄ viperā illeſus ex
cuſſit in ignē. Tertio egritudines ſa/
nando p perſonalē manuū impoſitionē
oēm. ſ.egritudinē ſanabat:vt ibidē dici
tur. Quarto mortuos ſuſcitādo:quia
dū ſermonē ptraheret mortuuz ſuſcita/
uit ſibi oblatū Act.ij. Idō dixit ad Rom.
xv. Non audeo dicere aliqd eoꝝ que p
me nō effecit xp̄s in ptute ſignoꝝ z pdi/
XII.cō/ gioꝝ que ipe ſcz btūs Paulus apoſtol[9]
ſidera. fecit. Duodecima conſideratio eſt:q̄/
liter illud vas fuit oblatū. Solent enim
vaſa pcioſa offerri magnis pncipibus in
aliquo repoſitorio vnde extrahunt̄ clau
ſo operculo eius. Ex per illū modū fuit
vas electionis ab eccl̄ia militāte oblatū
xp̄o in ſua decollatione: capite eleuato
tanq̄ operculo corpis quod erat repoſi/
toriuz illius vaſis quo ad aiam. In illa
autē oblatione narrat btūs Dioni. quat
tuor notabilia in epl̄a ad Titū. de tran/
ſitu aploꝝ. quoꝝ. Primū eſt de ipſoꝝ
ſeparatione. quādo em̄ ſepati fuerūt in bi/
uio:vt Petrus duceret̄ ad crucē que erat
pena ignobiliū. z Paulus ad decollatio
nem. quia erat nobilis dicit q ligauerūt
colūnas mundi z data ſibi mutuo pace
dixit Petro Paulus. Pax tibi fundamē
tum eccl̄iaꝝ z paſtor ouiū xp̄i. Et petr[9]
D ad Paulū dixit. Uade in pace pdicator
bonoꝝ z meditatio ſalutz iuſtoꝝ. Et cū
ſepaſſent eos. Ego inqt Dioni. ſecutus
ſum magiſtrū meū Paulū zc. Scdm
notabile eſt de Pauli decollatōe. qn̄ em̄
fuit decollatus caput eius dn̄m ihm cla
ra voce expreſſit:vt ibidē habet̄. dicit̄ tn̄
cōiter q illa expſſio fuit trina. z q caput
tres ſaltus fecit cū trina expſſione et in
q̄libet loco ortus fuit vnus fons Ter
tiū notabile eſt de ei[9] appitione. qz eadē
hora vidit Dioni. vt ipſe refert ambos
aplos vrbē igrediētes coronatos manu
ad manū cū ingenti lumie z gl̄ia. et bea
tus paul[9] apparēs Neroni ſic pmiſit ex
terruit eū terribilr̄. Quartū notabile
fuit de Pauli capitz reuelatōe qz piectū
in foſſa fuerat. z idō nō repertū: ſed cū rex

pcepiſſet foueā purgari fuit in agrū pie
ctum cū alijs purgamētis: z quidaz pa
ſtor ponēs ſe ſup baculū ſuū videbat cū/
ctis noctib[9] lumē ſup illō deſcēdere z nū
ciauit ptriarche cū clericꝭ z dicentib[9] oib[9]
caput eſt Pauli. tēptabāt autē illud iun/
gere corpi ſuo qō ptriarcha phibuit cre/
dens alicui[9] alterius martyrz eſſe ne tan
to corpi coniūgeret̄. ſed poſuerūt caput
ad pedes: z tūc per miraculuz caput fuit
collo coiunctū. De illo aūt felici trāſitu
loquebat̄ ad Thi.iiij. Tempus mee re
ſolutionis inſtat zc. Decimatertia cō XIII cō
ſideratio eſt:in q̄ loco fuit illud vas ele/ ſidera.
ctionis repoſitum. ſolēt em̄ pcioſa vaſa
poſtq̄ ſunt oblata pncipib[9] reponi in co/
rū theſauris z q̄to pcioſora in locis re/
ponunt̄ dignioribꝰ. z ideo qz illō vas in/
ter cetera vaſa militantis eccl̄ie fuit pci
oſiſſimū. ideo fuit vt credit̄ in ordine ſe/
raphin repoſitū. Cui[9] ſunt q̄tuor ſigna E
Primū eſt puritas ſincera. Scdm
eſt claritas ſerena. Tertiū eſt viuaci
tas motiua. Quartū eſt charitas in/
flammatiua. que oēs ſūt ſeraphin pprie
tates vt dr̄. vij. celeſtis ierarchie. Et illa
in ipo pfecte floruerūt: qō pz manifeſte
i epl̄is ſuis vt ei cōueniat qō ſcribit̄ Ec/
cleſiaſtici. xliij. Uaſa caſtroꝝ in excelſis
locant̄. Qō etiā nobis cōcedat xp̄s ihs
dei z virginis filius. Amen.

In feſto ſancte Marie magda
lene: Sermo primus.

Aria optimā par
m té elegit q̄ nō auferet̄ ab ea in
eternū zc. iiij. ca. In h̄ pbo ad
laudē Marie magdalene duo pponunt̄
in pbis ppoſitis. Primo vita cōtem/ F
platiua q̄ floruit in hac vita ibi. Maria
optimā zc q̄ vita contēplatiua meliorē
q̄ actiua ſm Auguſti qz illa vacat circa
deū: iſta circa pximū. de q̄ vita cōtēplati
ua ſcribit̄ in Iohāne q xp̄s orans p re/
ſuſcitatōe Lazari eleuatis oculis ſuſpe/
xit in celū. vn̄ nihil aliud eſt vita cōtem/
platiua q̄ ad celum oculorum eleuatio
Scdo ponit̄ vita beatifica qua floru/



it in patria ibi. Nō auferet̄ ab ea que vi/
ta eſt immortalis z incorruptibilis: qz
ibi mors vltra nō erit: quia pma abierit.
Circa ſolennitatē huius dn̄e occurrūt
I. conſi/ ſeptē conſideratōes. quaꝝ ſcz Prima
deratio eſt de eius naturali ppagatione. Circa
quā eſt ſciendū. q ipa fuit de tribu Iu/
da. vnde refert hiſtoria vite ſue q ipa fu
it de genere regali. ſola em̄ tribus Iuda
erat trib[9] regalis: vt patet in veteri teſta
mēto: que trib[9] fuit dotata quadruplici
puilegio inter alia. que quidez puilegia
F cōueniūt btē Marie magdalene Pri
mū fuit q xp̄s fuit de ea natus Math.
pmo. Iudas em̄ ponit̄ in q̄rto gradu ge
nerationis cū dicit̄ Iacob genuit Iudā
z fratres eius in tranſmigratōe babilo/
nis. ſic xp̄s p fidē natus fuit in mēte il/
lius dn̄e: qn̄ eū p fidem cognouit primo.
z eum cognouit in ciuitate ei[9] ſup om̄es
mulieres: qs cōuertit predicādo cū mar/
tha ſorore ſua. vn̄ ad litterā eandē cōfeſ/
ſionē fecerūt quā Petrus: cū xp̄s inter/
rogaret. Credis hec. ſ. q ego ſim reſur/
rectio z vita. Rn̄dit p ſe z pro ſorore ſua
ſicut btūs petr[9] p ſe z p aplis ſuis Ego
credidi q tu es xp̄s fili[9] dei viui. vn̄ pri/
mo fuit confeſſa verā chriſti humanita/
tem cōtra illos hereticos q̄ dixerūt xp̄m
ſuſcepiſſe carnē fantaſticā vt faciūt ange
li cū apparent. cū tamē fuerit pphetatuz
xp̄m naſci de ſemine Dauid ſm carnez
Scdo fuit confeſſa equalē cū pr̄e dei/
tatē dicens. Filius dei viui qui eſt deus
ſic fili[9] hoīs eſt homo. cōtra arriū qui di
xit filiū minorē patre. Tertio fuit cō/
feſſa mundi redemptorē z ſaluatorē qn̄
dixit. qui in hūc mundū veniſti cōtra il/
los q̄ dicūt nos poſſe ſaluari pprijs meri
tis. de qua cōfeſſione in pō. Cōfeſſio ei[9]
ſup celū z terrā qz eccl̄ia tam militās q̄
triūphans confitet̄ has tres veritates.
Scdm priuilegium eſt q ex ea reges
eligebant̄ officiū em̄ regis pprium eſt de/
fenſare. ſic illa domina fuit z eſt defenſa
trix contra diabolū ad confidendū de di
uina miſericordia. immo p eo q xp̄us eiecit
de ea ſeptem demonia eſt nobis confidē

dum de venia peccatoꝝ. et ob hoc chri/
ſtus fuit ei familiaris vt ſuo exēplo pec/
catores non deſperēt de venia. ideo ſuo
modo eſt in aduocatā eligenda p pecca
toribus ſicut regina pro paupibus apō
regem intercedit. Tertiū priuilegiū
eſt q eius ſors fuit in parte auſtrali Io/
ſue. xv. que pars eſt fecundior pter lo/
lis preſentiam. ſic Magdalena poſt cōuer/
ſionē ſuā fuit in opibus virtuoſis fecun
diſſima xp̄m ſemp vel frequenter ſequē
do z ſibi de bonis ſuis miniſtrādo Lu.
viij. Mulieres alique que erāt curate a
ſpiritib[9] immūdis eum ſequebant̄. ſ. ma
ria magdalena et Iohāna et multe alie
z miniſtrabāt ei de facultatibus ſuis: et
tandē pro xp̄o omnia vendidit z ad pe/
des apoſtoloꝝ poſuit. vnde potuit dice/
re ſicut z Petrus. Ecce nos reliquimus
om̄ia z ſecuti ſumus te. Quartū priui/
legiū eſt q ciuitas hieruſalem ſibi in ſortem
accidit que erat ciuitas regalis. interp̄/
tatur autē viſio pacz in qua fuit recepta
Maria magdalena ad quaz vidit eam
aſcendere cū choris angeloꝝ. Martha II. con/
iacens infirma. Secūda cōſideratio ſidera.
eſt de ſua cōuerſione. vbi quatuor decla
rant̄ ad pfectā cōuerſionē ſeu contritio
nem requiſita. Et primū fuit verecū/
dia ſiue confuſio. Secundū fuit in ea G
dolor z contritio. Tertiū fuit in ea de
nota ſupplicatio. Quartum fuit in ea
operis ſatiſfactio. Primo fuit in ea ve
recunda confuſio. ideo ſtans ſecus retro
pedes dn̄i lachrymis zc. Non reſpexit
eum in facie. de quo dicit̄ Eſdre. ix. De/
us meus confundor z erubeſco eleuare
faciē meam ad te. Certe debet plus ho/
mo confundi corā deo z angelis de pec/
catis q̄ coram hominib[9]. Secūdo fu
it dolor z cōtritio. doluit enim quia tam
mentem fedauit q̄ mortem incurrit: tū
quia deteriorem ancillam ſe fecit. tum
quia deum offendit. de qua contritione
dicitur q cepit rigare pedes eius z certe
habundancia autem lachrymarū ſignū
contritionis fuit. de qua cōtritiōe habe
tur in pō. Cor contritū z humiliatū zc.

Tertio deuota ſupplicatio fuit: ſicut
dauid orans miſcdiam eſt cōſecut⁹: hec
ſupplicatio p₃ in oſculo. Quarto ope
ris ſatiſfactio: qr nō ſufficit orare niſi bo
no ope ſatiſfaciat: ſicut nō ſufficit alicui
recōciliari: niſi ſatiſfaciat de dāno dato:
z iō vnguēto vngebat pedes z tergebat
Tergere enī ſm Grego. eſt paupibꝫ pie
ſubuenire: ita q in quatuor in quibus pecca
re cōſueuit z deū offendere ipa ſatiſfecit
Quia pmo offendit in vanis aſpecti/
bus: ꝓpter qđ lachrimabat. Scđo in
tortis crinibꝫ. iō capillis tergebat pedes
ieſu. Tertio in vbis turpibꝫ. iō oſcula
bat. Quarto in vagis diſcurſibꝫ. ideo
ſecus pedes dñi ſedebat cupide audiēs
verbū illi⁹. Et p oibus iſtis tū vocatur
Maria. i. amara mare. qr intantum fuit
amaricata vt pctā q̄ſtū ad penā z culpā
fuerint ei indulta. Vñ xp̄s ei dixit Re/
III. cō/ mittunt tibi pctā tua. Tertia conſide
ſidera. ratio eſt de dilectiōe ipſius ad xp̄m. vbi
oſtendit ſe diligere xp̄m in quatuor gradi
bus dilectiōis. quoꝝ pmus ē fugere om
nē offenſam dilecti iuxta illud. pſ. Qui
diligitis deū odite malū. ſic z ipa poſt cō/
uerſionē ſuā odiuit oīe malū. ſic q cre/
dit q nūq̄ poſtea peccauerit mortaliter
In cui⁹ ſignū xp̄s dixit ei: Uade z am/
plius noli peccare. Scđs eſt compa/
ti dilecto i caſu neceſſitatis: ſic z ipa ſecu/
ta eſt xp̄m tpe paſſionis vna cū xp̄i ma/
tre z ſororibꝫ mřis xp̄i. Tertius ē lau
des dilecti pdicare: ſic z ipa ſeminauit
vbi ſemina in toto regno Marſilie. vñ
cōuertit pncipē marſilie cui vxorem ſu/
ſcitauit a mortuis: ꝓpt quod fere totam
pnciā ad fidē xp̄i cōuertit. Nota hiſto
riam zc̄. Quartus eſt deſiderare ho/
norem dilecti z gloriā. ſic enī ipa deſide/
rauit gliam reſurrectiōis xp̄i: ꝓpter qđ
recedentibꝫ diſcipulis nō recedebat: ſed
amore eius ſuccenſa ardebat deſiderio
ſm Greg. iō ꝓpter eius nimiū amorem
pmo ſibi apparuit. de q̄ deſiderio ſcribit
IIII. cō in pſ. Quemadmodū deſiderat ceru⁹ ad
ſidera. fontes aquaꝝ. Quarta cōſideratio ē
de dilectōe xp̄i ad eā qđ patuit in excuſa
tione q̄drupliti. quaru₃ Prima eſt ad
Marthā qñ accuſauit ea₃ de ocioſitate
quādo dixit: Dñe non eſt tibi cure q ſo/
ror mea reliqt me ſolā miniſtrare: dic er/
go illi zc̄. Tūc xp̄s eius factus eſt aduo
catus zc̄. ſm Augu. excuſans enī eā xp̄s
duo dixit: vnu₃ ex parte marthe dicens:
Martha martha ſollicita es zc̄. Aliud
ex pte marie dicēs: Maria optima₃ zc̄.
Scđo excuſat eā apud ſymonē lepro/
ſum q accuſauit eā de immūdicia qñ di/
xit. Hic ſi eſſet ꝓpheta ſciret q̄ z q̄lis zc̄.
Tūc excuſans eā dixit vnū ex pte ſymo/
nis arguens eū de negligentia. aliud ex
pte marie collaudans eā de amicitia di/
cens: Dimiſſa ſunt ei pctā multa qm di
lexit multū. Tertio excuſauit eā apud
iudā q accuſauit eā de pdigalitate qñ di
xit Ut qd pditio iſta vnguenti. vbi duo
dixit in excuſādo: vnū ex pte apl'oꝝ. Nā
paupes ſemꝑ habetis vobiſcū. aliud ex
pte marie di. Quod habuit hoc fec. mit
tens enī vnguentū hoc in corpus meu₃
ad ſepeliēdū me fecit: id eſt figurā ſepul
ture mee ſeu paſſiōis q̄ iminet. Quar
to excuſauit eā apud patre₃ de duobus.
Primū de obmiſſis. Secūdo de cō/
miſſis. qr ſm apl'm deus intercedit pro
nobis Roma. viij. Si deus p nob quis
cōtra nos. Et infra. De⁹ eſt q iuſtificat
quis eſt q condēnet zc̄. Quinta conſi V. cōſi.
deratio eſt de eius contēplatōe. Ubi eſt
ſciendū q quatuor ſūt adminicula cōtem B
plationis. quoꝝ Primū eſt angeloꝝ ſo
cietas. vñ ſm Dioni. Omne qđ habe/
mus a deo habem⁹ ꝑ miniſteriū ange/
loꝝ: vñ ſicut ſuꝑiores illuſtrāt iferiores
ſic inferiores illuminā: eccl'iaſticā ierar
chiam. Et ipa fuit ſtipata agminibꝫ ange
loꝝ portantiū z eleuantiū eā ſepties in
die in ſeptē horis canonicis. Scđm ē
loci ſolitudo qua₃ ſcti prēs petebant ad
dñm exorandū. ſpūs dñi in locis ſolita/
riis ait btūs Frāciſcus orās in mōte al/
uerne. Tertiū eſt ciboꝝ parcitas quia
nemo pōt bene reficere mentē z ventrē:
qr nemo pōt ſeruire duobꝫ dñis. Et ma/
gdalenā non legim⁹ aliqd comediſſe in



triginta annis niſi ſpūalem refectiōem
nec h̄ eſt deo ipoſſibile vt p₃ de Enoch
z Helya q fere vixerūt in paradiſo. v. mi/
lia annoꝝ ſine pane. Et iō: panē angelo
rū mādu cauit homo qr. i. hec marie ma
gdalene: nihil aliud erat in illo monte:
vt patet in hiſtoria ſua. Quartū admi
niculū eſt libēter audire verbum dei. ſic
ipa fuit ſemꝑ ad pedes ihū audiēs ver/
bum dei: nec ob hoc rñdit aliqd marthe
de ea cōquerēti: qr tunc erat abſorpta au
diendo z attendēdo maria vba dñi. Jō
VI con/ dicit in pſ. Ignitū eloquiū tuū zc̄. Se
ſidera. xta cōſideratio eſt: vbi fuit figurata. Et
dī q in quatuor mulieribꝫ veteris teſtamē/
ti quas ſcriptura reprehendit. Et pmo ꝑ
Berſabee q cōmiſit pctm̄ carnis cū ipo
Dauid: quā ipe Dauid habēs poſtmo/
dum in vxorē amauit eā ſuꝑ omnes ali
C as mulieres z vxores ſuas. z intantū vt
Salomonē filiū eius cōſtitueret regem
vt patet. iij. Regū. Berſabee interptat
pute⁹ ſaturitatis. z Magdalena cecidit
in puteū peccatoꝝ. hāc xp̄s poſtmodum
amauit valde z poſt matrē ſuā plus inter
omnes mulieres. vnde eius amore ibat
ad domū Marthe. z amore eius Mar
tham ſanauit a fluxu ſanguis ſm Am/
bro. z ſuſcitauit Lazarum fratrem eius
Scđo fuit figurata ꝑ Raab q̄ nata i
hiericho ſuſcepit exploratores miſſos ꝑ
Joſue. z ꝑ eā domus patris ſui eſt ſalua
ta: vt dicit Joſ. Raab interptat latitudo
q̄ eſt charitas ſctē Magdalene qua di/
lexit xp̄m. Exploratores ſūt apl'i quib⁹
ſedulo ꝓpriis manibꝫ miniſtrabat. vnde
fuit deuota beati Petro apl'o. qr poſt cō/
uerſionē ſuā beato Maximino vt filia₃
deuote cōmendauit z ꝑ eā ſalua facta ē
domus patris ſui: qr per conuerſionē ſu
am cōuerſus eſt Lazar⁹ z Martha ſa/
nata. vñ hiſtorie ſonant eos poſt beata₃
Magdalenā eſſe conuerſos. Tertio
fuit figurata ꝑ Thamar: de qua genitī
ſūt Judas Phares z Zarā. Geñ. xxxviij
Thamar habuit duos filios de iuda ſo
cero ſuo: z habuit pro arrabone ſui con/
cubitus anulum z armillā z baculum ꝑ
que liberata eſt ab incēdio ignis. Tha/
mar interptat amara: vel commutata
Hec fuit magdalena que fuit amara ꝑ
contritionē: habuit armillā ꝓpter perſe/
uerantiā: z annulū ꝓpter fidem quā con
feſſa eſt: baculū ꝓpter crucē quā amplex
ata eſt in mente eam portādo. Quar
to fuit figurata per Ruth moabitidem.
que. ſ. ſpicas ordei collegit quas cum ex
cuſſiſſet inuenit tres modios zc̄. applica
figurā. De his quatuor habet expreſſe i
generatione xp̄i. Septima conſidera VII. cō/
tio eſt: qualis corona fuit ſibi data. Et ſidera.
dicit q habuit quadruplicē coronā. Et
pmo coronā lapidea₃ ratione martyrii:
quia gladiata gladio mortis xp̄i: fuit eti/
am martyr: ꝓpter amaricationē peccato
rū quam in mente habuit. vnde pſ. Po D
ſuiſti dñe in capite eius coronam de lapi
de pcioſo. Scđo coronā auream que
dat doctoribus. vnde in auro notat ſapi
entia ſm Grego. z ipſa docuit ſapientiā
z ſcientiam fidei xp̄iane. de qua corona
dicitur Eccl'iaſtici. xlv. Corona aurea
ſuꝑ caput eius. zc̄. Tertio coronā flo
ream que dat virginibꝫ: non q eſſet vgo:
ſed poſt conuerſionē ſuā puritatē altiſſi
mam mentis z corpis habuit. de qua ſa
pientia coronem⁹ nos roſis antequā mar
ceſcant id eſt puritate mentis z corpis.
Quarto coronā argentea₃ que debet
victoribus z martyribus: quia vicit mū
dum renuendo nobilitati z facultatibꝫ.
De qua apoſtolus: Non coronabit niſi
qui legitime certauerit. Sed iſta certa
uit inceſſanter per triginta annos in de/
ſerto: vacans orōnibus z meditationi/
bus diuinis. ideo merito debet coronari
gloria. ſ. eterna. Ad qua₃ nos perducat
xp̄s ieſus dei z virginis filius Amen.

De eadem: Sermo ſecundus.

Magna eſt velut
mare cōtritio tua Treno.
ij. cap. Beatus Grego. ſu/
per Lucam dicit ſic: Cogitanti mihi de
marie penitētia flere magis libet q̄ ali/
quid dicere. Cuius inqt vel ſaxeum pe/

ctus ille huius peccatricꝭ lachryme ad
exemplū penitēdi nō emolliāt. Cōſide/
rauit nanqꝫ ꝗd fecit ⁊ noluit moderare
ꝗd faceret. ſuꝑ conuiuantes ingreſſa eſt:
non iuſſa venit. inter epulas lachrymas
obtulit. Diſcite inqͭt diuin⁹ Gregorius
ꝙ dolore ardebat ꝙ flere inter epulas nō
erubuit. In ꝙ quidē oraculo diuiniſſim⁹
Grego. ꝓfigit ante mētis nr̄e oculū con
tritionē btē Marie magdalene tāqꝫ pe
nitendi exemplū ⁊ menſurā. Et qꝛ exē/
plum ⁊ mēſura debet cōtinere oīa exē
plata ⁊ mēſurata. idcirco btē marie ma
gdalene recte dici poteſt illud ꝟbū pro/
ꝑheticū Magna eſt velut ⁊c̄. Sicut enīꝫ
mare cōtinet oēs aquas originalr: ita
amaritudo illius mulierꝭ penitētis con
C tinet oēs nr̄as penitētias exemplariter.

Intelligendū eſt tamē ꝙ ad perfectā
pniam ꝗtuor in figura requirunt̄. quoꝝ.

Primū eſt: vt pnia ſit vniuerſalr dila
tata. pnia em̄ ꝑticularis ⁊ diuiſa nō di/
cit̄ ſalubris. ſic curatio corꝑis nō dicitur
ſalutifera ſi aliqua pars remanet egro/
ta. iō dicebat Ezechias de oībus ꝑteri/
tis vniuerſalr pniam agēs Eſa. xxxviij.
Recogitabo tibi oēs ānos meos i ama/
ritudine anime mee. Scdm eſt vt pe
nitētia ſit internalr ꝓfunda: quia ſicut
medicamentū quod ſolū in ſuꝑficie con
ſiſtit dicit̄ ſubſanare ⁊ non ſalubriter cu
rare: ita penitētia que in ꝓfundo aīe nō
intimat̄ non eſt ſalubris. Ideo clamat
ꝓpheta Dauid in pſ̄. Saluū me fac de
us: qm̄ intrauerūt aque vſqꝫ ad animā
meā. Aque em̄ pnīales nō ſunt ſalutife/
re donec ad intrinſeca aīe fuerint igreſ/
ſe. Tertium eſt: vt pnia ſit penaliter
applicata: qꝛ ſicut in vulneribus vt dicit
Catho. dū ſanat̄ dolor eſt medicina do/
loris. ita in moralibꝫ pene ſunt quedam
medicine. Qui ergo vult ꝑfecte penite/
re ſufficienter puniat ſeipm̄: ſicut ꝓpheta
Dauid dicebat: Qm̄ ego in flagella pa/
ratus ſuꝫ: ⁊ dolor meus in cōſpectu meo
ſemper. Quartū eſt: vt penitentia ſit
affectualiter accepta: quia ſicut nos vi/
dem⁹ in ciuilibꝫ ꝙ nullus reputat ſatiſfa
ctiōeꝫ placatā illā ꝗ eſt violēter extorta
ſꝫ illā ꝗ ē liberalr oblata ita i theologicꝭ
ꝗto pnia ē magꝭ volūtaria: tāto ē magꝭ
ſatiſfactoria. Et ideo dicūt ſancti ꝙ mo
dicū de penitentia plus ꝓficit in hac vi/
ta ꝗꝫ multa in purgatorio: quia illa pena
non eſt voluntarie aſſumpta ſed violen/
ter iflicta. Et ideo dicit̄ Iudicū. v. Qui
ſponte obtuliſtis animas veſtras bene/
dicite dn̄o ⁊c̄. Iſta ſunt quattuor penitē
tie iſignia que marie magdalene in ver/
bo ꝓpoſito attribuūtur. Et ꝑmo ei aſcri
bit̄ ꝙ ipa fuit dilatata vniuerſalit̄: quia
magna. Res em̄ quāto maior: tanto cō/
munior ⁊ vniuerſalior ⁊ pluribꝫ cōmuni
cari poterit. ideo dicit̄ Eſdre. iiij. ꝙ ma/
gna eſt veritas quā inuocat oīs terra.

Scdo qd ei aſcribitur ꝙ ipſa fuit pro
fundata internaliter in illa penitentia:
quia velut mare. ſic em̄ in diuina ſcrip/
tura attribuit̄ celo ſublimitas ita mari
ꝓfunditas. vnde mare ꝓpter ſuā profun
ditatē dicit̄ abyſſus Ion. ij. Abyſſus in/
quit vallauit me ⁊c̄. Tertio ei aſcribi
tur ꝙ fuit applicata penaliter: quia con/
tritio. actus enim cōtritionis eſt pena/
liſſimus quia ab intimis procedens om
nia exteriora cōturbat dicente Ieremia
xxiij. Contritum eſt cor meū in medio
mei: contremuerunt oīa oſſa mea ⁊c̄.

Quarto ei aſcribitur ꝙ fuit accepta/
ta affectualiter quia Tua. Ille em̄ ope/
rationes que alicui violenter inſtigunt̄
non ſunt vere ſue: quia ab eis nō vitupe
ratur nec laudat̄: ſed ille que voluntarie
eliciunt̄ dicūtur vere ſue: quia ei impu/
tantur ad laudē vel ad vituperiū ꝗ non
cōſequunt̄ niſi actū ꝓpriū. Et ideo quia
opus redemptionis humane fuit volū/
tarie a chriſto elicitū. ideo dicitur opus
ꝓprie ſuū. ⁊ ideo Abacuc. iij. dicit̄. Do
mine opus tuū in medio annoꝝ viuifi/
ca illud. Et cū inter ceteros ſctōs hec
mulier xp̄i amantiſſima de actu contri/
tionis commendat̄ a ſanctis. idcirco cir
ca actum contritionis noſtre conſidera/
tionis oculū conuertendo. Primo opor
tet conſiderare actum contritionis ſm̄



ſe: ad ipſum realiter eliciendū. Secū
do ſm̄ applicationem ad penitentiā ma
rie magdalene vt ipam exemplarit̄ imi
temur. Quantum ad primā partem
primo inſiſtendum eſt circa cōtritionis
quidditatem. quem actum debemus ad
remiſſionē peccatoꝝ elicere. Secūdo
circa contritionis qualitateꝫ: vt cerna/
mus qualiter illud debemus perficere.

Quantum ad primū: quid eſt eſt con
tritio. dicit beatus Auguſti. xiiij. de tri/
nita. xv. ꝙ ſicut dolor qui eſt offenſio ani
me ſenſitiue eſt paſſio derelicta ex actu
diuiſionis cōtra corp⁹: ita triſticia quaꝫ
vocat dolorē anime eſt paſſio derelicta
ex actu nolitionis contra animā. Unde
dicit ꝙ triſticia eſt diſſēſio animi ab his
rebus que nobis nolentibus acciderūt.
Ad declarationē autē huius dicti quat
tuor preambula premittunt̄. Primuꝫ
eſt ꝙ in voluntate noſtra ſunt duo actus
contrarij. ſ. volendi ⁊ nolendi. Quoꝝ
primū eſt ad bonū ꝓſequendū. ⁊ ſecun
dum ad malū fugiendū. ſicut enīꝫ in in/
tellectu eſt actus affirmandi ꝓpter veꝝ.
⁊ actus negandi ꝓpter falſum. ita apud
voluntatē velle ꝓpter bonū. ⁊ nolle pro/
pter malū. actus autēꝫ volendi habet ſe
per modū tendentis in obiectū. ⁊ actus
nolendi per modū fugientis ab obiecto
⁊ quia naturalis inclinatio voluntatis
eſt ad bonū ꝓſequendū et malum fugi/
endū. idcirco iſti duo actus cōtrarij da/
ti ſunt voluntati. ꝓ quibus dicebat Sa
lomon. iij. Regū. xi. vel Eccliaſtici. iij.
Dabis ſeruo tuo cor docile vt ſciat diſ/
cernere inter bonū ⁊ malū. ſ. ad eligēdū
⁊ ad fugiendū. Scdm eſt ꝙ illos du/
os act⁹ volūtatis ꝯtrarios cōſequunt̄ in
volūtate due ꝯtrarie paſſiōes: qꝛ actum
volēdi ſequit̄ delectatio. actū aūt nolēdi
ſequit̄ triſticia. vn̄ ſm̄ Augu. Sicut tri
ſticia eſt de illis rebꝫ ꝗ nobis nolentibus
eueniunt: ita delectatio ecōtrario. ꝙ aūt
actū nolendi ſequat̄ triſticia naturaliter
habet̄. i. Mach. iiij. ca. vbi dicit̄ ꝙ Liſi/
as conſternatus eſt animo ⁊ deficiebat
quia non qualia voluit talia facta ſunt.
Et ꝙ actū volēdi ſequat̄ delectatio. dici
tur in pſ̄. Exultent inquit ⁊ letent̄ ꝗ vo/
lunt iuſticiā tuā. Tertiū eſt ꝙ quāto
maior eſt actus volēdi in volūtate: tāto
delectatio eſt maior. ⁊ ꝗto maior actus
nolēdi: tanto maior conſequit̄ triſticia.
cuius ſignū eſt qꝛ in equalibꝫ bonis aliꝗ
inequaliter delectant̄ ſm̄ ꝙ inequaliter
deſiderant illa bona ⁊ in malis equali/
bus inequalr triſtant̄ ſm̄ ꝙ inequaliter
odiunt illa mala. ⁊ ideo ſicut felicitas eſt
ſumme volitiua. ita in ea eſt ſumma de/
lectatio. ⁊ ſicut miſeria eſt ſumme noli/
tiua ita in ea eſt ſūma triſticie ſm̄ beatū
Auguſti. ⁊ quia actū amoris intenſum
ſequit̄ intenſa delectatio: ſic actum odij
triſticia. iō dicit ſponſa Can. ij. Sub vm
bra illi⁹ quē deſideraueram ſedi ⁊ fructus
ei⁹ dulcis gutturi meo ⁊c̄. Quartum
ꝑambulū eſt ꝙ maior voluptas ꝗ poſſit
eſſe in hoīe vel in hoīs volūtate eſt gau
diuꝫ. ⁊ maior anxietas eſt triſticie: quia
nulla voluntas pōt eſſe ſine gaudio: nec
aliꝗ anxietas ſine triſticia: cū ſit afflicti/
ua: cuius eſt ſignū qꝛ res voluptuoſa ſi/
ne gaudio ſumpta nō allicit: nec res ꝗn/
tūcūqꝫ afflictiua ſine triſticia moleſtat.
iō dicit ſapiens Prouer. xvij. ꝙ animus
gaudēs etatē facit floridā. ⁊ ſpūs triſtis
deſiccat oſſa. Iſtis ꝓ ꝑmiſſis ꝑam/
bulis eſt conſiderandū ꝙ ſunt quattuor
actus in aīa nr̄a ꝗ reꝗrunt̄ neceſſarie ad
ablutionē peccati mortalis. ꝗꝝ Prim⁹ Prim⁹ actus A
eſt act⁹ recordatiōis patrati ſcelerꝭ: nul
lus aūt vnqꝫ de pctō penitet niſi pctm̄ ꝑ
petratū ad memoriā reuocet. vn̄ ſcribit̄
epo Epheſi Apo. i. ꝗ lapſ⁹ fuerat. Me/
mor eſto vn̄ excideris ⁊ pniam age. At/
tendendū eſt tn̄ ꝙ in illo actu recordati
onis debēt nob̄ ꝗtuor occurrere: ⁊ diligē
ter cōſiderātibus occurrit pctm̄ ſub ꝗ/
druplici rōe. ſ. Primo vt ꝑemptiuū di/
uine grē: qꝛ in eius aduentu aīa ſpoliat̄
ſpūalibꝫ donis. Scdm vt lucratiuuꝫ
infinite pene: qꝛ pena condigna peccati
mortalis eſt gehenna inextinguibilis.

Tertio vt amiſſiuū glorie: qꝛ nullus
xp̄ns in pctō mortali habet hereditateꝫ

in regno dei. Quarto ⁊ eſt maius om
niū: vt offenſiuū maieſtatis diuine quia
altiſſimus odio habet peccatores ſm ſa
pientis documentū. ideo ꝓpter illā qua
druplicē malitiam quā peccatū impor/
tat voluntas que eſt tali ſauciata plaga
nam peccatū ſi quod eſt. eſt in volunta/
te ſm Augu. clamat ad memoriā dū de
ſiderat penitentiā di. Recordare paup/
tatis mee ⁊ tranſgreſſiōis abſinthij ⁊ fel
lis. Paupertatis inꝗ: quia diuina gratia
ſum ſpoliata. Tranſgreſſionis: quia ꝑ
me fuit diuina indignatio prouocata:
Abſinthij: quia ꝑ talem actum dulcedo
grē fuit amiſſa. Et fellis: quia ꝑ ipſum
amaritudo pene perpetue fuit promiſſa
Et ſequit ibi Threnoꝝ. iij. Memoria
memor ero ⁊ tabeſcet in me anima mea
nulla eīn memoria vel intelligentia illa
quattuor in patrato ſcelere diligēter cō/
ſiderās que non tabeſcat. Scd̄s actꝰ
II. actꝰ eſt oditionis ꝑpetrati crimis: qꝛ niſi pec
catū ad memoriā reductum diſpliceret:
nullus de tali pctō peniteret. vñ ſanctus
Job penitentiā agens dicebat Job. iiij.
Tedet animā meā vite mee: dimittam
aduerſum me eloquiū meū. loqr in ama
ritudine anime mee. dicam deo noli me
B condēnare ⁊c̄. Attende tñ ꝙ res ſolet
odiri quadrupl'r. Et pmo feda: ſicut ho
mo honeſtus deteſtat ſordidū indumen
tum. Scd̄o anxia ſicut beſtie odiunt
aculeū. Tertio oneroſa: ſicut mercen
narius horret magnū pondus. Quar
to nociua qꝛ medicꝰ abhorret cibū mor/
tiferꝝ quis ſit dulcis. ⁊ naute cantū ſyre/
narū. Et iſtis quattuor rōnibus pctm̄ qd̄
ad memoriā reducit ꝑ pniāꝫ habet cau/
ſam odibilē. Et primo quia fedum: ha/
bet imaginē dei in anima relucentē de/
nigrare vnde pctōribus Threno. iiij. di/
cit. Denigrata eſt ſuꝑ carbones facies
eoꝝ ⁊ imago trinitatis in eoꝝ mētibꝫ re
fulgē. pus. Scd̄o qꝛ anxiū ſyndere/
ſis eīn ſic qdāꝫ aculeꝰ ſemꝑ pūgit aīam
exñtis in pctō mortali: vt eā quieſcere non
ꝑmittat. iō dꝛ in pſ̄. Couerſus ſū in erū
pna mea dū cōfigit ſpina. i. aculeus. ſti/

mulꝰ cōſcie. Tertio qꝛ oneroſū. ita eīn
aggrauat aiam vt ipam ꝓſternat ne re/
ſurgere valeat vnꝗ̄ viribꝫ ſuis pꝰ ꝗ̄ cor/
ruit. vñ i pſ̄. vij. Qm̄ iniqtates mee ſu
pergreſſe ſunt caput meū ⁊ ſic onꝰ gra/
ue grauate ſunt ſuꝑ me. Quarto quia
nociuū: ſic eīn toxicū cū dulcedie interfi
cit corpus. ita peccatū cū dulcedine occi
dit aiam que mors eſt vltimū nocumē/
tum. Unde Jacobus in canonica pma
Peccatū cum conſumatū fuerit generat
mortē. Et iō cōcurrentibꝫ iſtis quattuor
cōditionibꝫ in memoria ſatis pōt volun
tas rōnabil'r ipm odire vt intuenti pōt
patere. Tertius actus attritionis pa III. ac/
trati peccaminis. ſicut eīn odiū ſequitur tus
recordationē mali ita triſticia ſequit il/
lam oditionē. Declaratū eīn fuit ꝙ ſic
delectatio natural'r ſequit actū volendi
ita triſticia actū nolendi qui eſt odium
Iſta autē triſticia de malo nolito vocat
attritio: ⁊ de illo actu attritionis ſequit
actus cōtritionis reſpectu peccati recor
dati ⁊ oditi. Dicūt doctores ꝙ pecca
tori cuilibet ꝑtinent quattuor conſide/
randa. Primū ē ꝙ illa attritio nō me
retur remiſſionē peccati mortalis de cō C
digno: qꝛ ex puris naturalibꝫ nullus po
teſt reſurgere a morte anime: ſicut nec a
morte corꝑis que eſt minor. qlibet autē
ex puris naturalibꝫ pōt eſſe attritus. Et
cōſtat ꝙ culpa mortalis eſt mors anime
ergo ⁊c̄. Scd̄m eſt ꝙ illa attritio non
meret infuſionē grē de cōdiguo: qꝛ nul/
lus actꝰ naturalis ē de ſe cōdiguꝰ dono
ſuꝑnaturali cū in hoc errauerit pelagiꝰ
actus aūt attritiōis eſt actꝰ naturalis li
beri arbitrij: ḡ nō pōt eſſe cōdignꝰ dono
grē qd̄ eſt ſuꝑnaturale. Tertiuꝫ eſt ꝙ
iſta attritio meret remiſſionem culpe de
cōgruo qꝛ nō cōgruit ꝙ aliqs ad impoſ/
ſibile obliget: ſꝫ impoſſibile ē alicui me/
reri remiſſionē talis culpe de condigno
ḡ ad tale meritū nō debuit obligari: ſed
ad meritū de cōgruo: ⁊ illud nō pōt eſſe
niſi attritio. Quartū eſt ꝙ illa attri/
tio meret infuſionē grē de cōgruo: quia
cuilibet beniuolo dño dꝫ ſufficere ad eiꝰ



capiendā beniuolentiam: ſi ſeruus offe/
rat ei obſequiū qd̄ poteſt: licet eius gra/
tie nō ſit cōdignū. ⁊ ideo qꝛ creatura nō
poteſt ex puris naturalibꝫ plus deo offer/
re citra pmū niſi actū ꝯtritiōis deus aūt
de cōgruo illū acceptat ꝑ ſuā beniuolen
Nota tiā licet non ſit ei cōdignꝰ. Et ſi dicat
dubiuꝫ qd̄ eſt mereri de cōgruo ⁊ de condigno.
Dicit ꝙ mereri de cōgruo eſt qñ qs non
dat quantum valet pmiū. ſcꝫ qñ qs aliquo
obſequio meret alteriꝰ amorē vel meri/
tū qd̄ maius eſt obſequio Mereri de cō
digno eſt qñ quis intēdit obſequiū eq̄le
IIII merito. Quartus actus cōtritiōis eſt
actus cōmiſſe turpitudinis. qꝛ ſicut attritio ſe
quit oditionē. ita cōtritio ſequit attritio
nē pro eo ꝙ illud qd̄ eſt ſupra naturam.
preſuppōit illud quod eſt ſm naturaꝫ
⁊ actus cōtritionis eſt ſuꝑnaturalis ali
q̄ mō: cū actꝰ attritiōis ſit mere natural'
D De illo actu ꝯtritiōis oportet hic cō/
ſiderare quattuor ꝟitates theologicas. q̄ꝝ
Prima eſt: ꝙ actꝰ attritiōis ⁊ cōtritio/
nis ſunt idē eſſential'r: qꝛ cū actus attri
tionis mereat grāꝫ de cōgruo: nō meret
autē eā ꝑ pmo inſtāti quo elicit: qꝛ tunc
cito qlibet eſſet in grā. ⁊ ſic attritio nō p̄/
ueniret cōtritionē: ſed meret eā poſt cer
tam menſurā a deo prefixā: ſm ꝙ attritio
eſt intēſior vl' remiſſior: ⁊ tūc attritio fit
cōtritio ꝑ ſolā grē cōiunctionē: ſic eadēꝫ
eſt plenitudo hoīs i tenebris ⁊ in luce ex/
iſtentis. ſꝫ qñ eſt in tenebris nō delectat
niſi ponat in lumine. Scd̄a ꝟitas eſt:
ꝙ actus attritiōis ⁊ cōtritiōis differunt
accidental'r ſic oculus hoīs dormientis
q eſt ſine viſione: ⁊ oculus vigilātis qui
eſt cū viſiōe adiūctus. ita attritio eſt grā
adhuc ꝑuata. ſed cōtritio qñ eſt grē ſoci/
ata. Et iō ſicut dñs nō habet acceptum
idē ſeruitiū qd̄ facit ei ſeruꝰ qñ eſt in grā
eius ⁊ nō in eius grā: ita eſt de actu attri
tionis ⁊ cōtritionis: qꝛ reſpexit deus ad
Abel ⁊ ad munera eius. ad Cayn aūt ⁊
F ad munera eius non aſpexit Geñ. iiij.
Tertia ꝟitas eſt ꝙ actus iſte cōtritio
nis meret remiſſioneꝫ mortalis culpe ⁊
infuſionē gratie non ſolū de cōgruo ſed

de condigno. qꝛ quicūꝗ pōt mereri de
condigno illud qd̄ eſt maiꝰ: pōt multo/
magis illud qd̄ eſt minꝰ: cū ibi minor di/
gnitas requirat. actus aūt aīe in grā ex/
iſtentis meret de cōdigno gl'iam: ḡ mul
tomagis grām ⁊ culpe carentiā q̄ ſūt or
dinata ad beatitudinē tanꝗ̄ ad finem.
Quarta ꝟitas eſt ꝙ actus cōtritiōis
non eſt cōdignus tātis pmijs ex natura
ſua: ſꝫ ex ſola ordinatōe diuina: qꝛ nulla
natura inferior pōt eſſe cōdigna ſuꝑiori
ſe. ſꝫ ſpūalia corꝑalibus nō poſſunt cō/
ꝑari. ⁊ iō qꝛ natural'r actus cōtritiōis eſt
inferior actu btifico ⁊ grā nō pōt eſſe al
teri cōdigna ex ſua natura ſꝫ ex inſtituti
one diuina. ſic ſi rex aliqs inſtitueret vt
pciū equi eſſet marcha auri tūc pciū il/
lud eſſet cōdignū ex inſtitutōe regia nō
a natura: cū vnus equus ſit melior omi
auro. ⁊ qꝛ illū actū habet acceptū ſuper
omne ſacrificiū. iō dicebat Azarias in
orōne ſua Dañ. iij. nō eſt in corꝑe hoc ſa Scd̄a
crificiū ſed in aīo cōtrito ⁊ ſpū humilia ꝑs pnci
to ſuſcipiamur dñe indq̄ a te ⁊c̄. Cir/ palis.
ca ſcd̄am ſermōis ꝑticulā inſiſtendo oc/
currūt quattuor cōſiderationes. quarum.
Prima eſt: q̄lis eſt eiꝰ neceſſitas. Se
cūda eſt: q̄lis eſt eiꝰ oportunitas. Ter/
tia eſt: q̄lis eſt eiꝰ ꝯgruitas. Quarta ē E
q̄lis eſt eiꝰ vtilitas. Quantū ad pmū
de cōtritione dꝛ ꝙ illud eſt ſimpl'r neceſ/
ſariū ſine q̄ finis neceſſariꝰ haberi nō po
teſt: ſic medicina vel ſanitas nullo mo/
do haberi pōt ⁊c̄. ſed qꝛ felicitas que eſt
finis vltimus hominis nō poteſt habe/
ri ſine contritiōe: cū hoīes per peccatum
ipam amittant. ⁊ peccatū amittere non
poſſunt niſi ꝑ contritionē: ergo eſt ſum/
me neceſſaria. Ipſius autem neceſſitas
declarat dupliciter. E pmo in ſacramē/
to regenerationis ſiue baptiſmi: quod ſa/
cramentū regenerationis eſt ſūme neceſ/
ſariū inter omia ſacramenta dicēte dño
Joh. iij. Niſi qs renatus fuerit ⁊c̄. tñ cō
tritio eſt ad ſalutē magis neceſſaria: qꝛ
nullus adultꝰ recte ꝑ baptiſmū ſine cō/
tritione poteſt ſaluari. quia ſi fictus ac/
cedit ad ſacramentū nō ſuſcipit: qꝛ rem

ſacramēti non ſuſcipit ſi obicem ponat:
poſtea ꝑo ſola cōtritio ipm̄ ſaluat. Et ſi
ſacrm̄ baptiſmi ficte ſuſcipe non poſſit:
B ſola cōtritio ipm̄ purgat. Scd̄o in ſa
cramēto confeſſionis: qꝛ ſacrm̄ pnie eſt
poſt ſacrm̄ baptiſmi ſūme neceſſariū ad
ſalutē. cū dn̄s dicat Lu. xiij. Niſi pniam
egeritis ſil' om̄es ꝑibitis. Et tn̄ cōtritio
eſt magis neceſſaria ad ſalutē: q̄ȝ illō ſa
cramentū: cū illud ſine contritōe nihil ꝑ
ficiat. Et tn̄ in caſu neceſſitatis ſola con
tritio ſufficit ſine illo ſacr̄o imo ante illō
cōfert grām qn̄ ꝑuenit. Tertio in ſa/
cramēto cōionis qđ eſt ad neceſſitatem
ſalutis tꝑibus ꝛ locis determinatis. cū
deus dicat Joh. vi. Niſi mādncaueritis
carnē filij homis. ꝛ tn̄ cōtritio eſt ampli
us neceſſaria. qꝛ ſine determinatōe loci
vel tempis imꝑata eſt. in oībus alijs ex/
cuſat impoſſibilitas vel inopportunitas.
In contritione aūt nulla cadit excuſa/
tio. ita q̄ ſi peccator ſine ipa moriat' ne/
ceſſario dāpnat'. Et rō tante altitudinis
ſacri hui⁹ ꝑcipue eſt: qꝛ ſemꝑ contritio
eſt in ꝑtāte volūtatis nr̄e ꝑuia attritōe.

Quarto in myſterio nr̄e redemptio/
nis qđ fuit ſūme neceſſariū ad humanā
ſalutē dicēte caypha ꝑ ſpm̄ ꝓphetie ſibi
ad horā traditū Jo. xi. Expedit vt vn⁹
homo moriat' ꝓ ꝓplo ꝛc. Et tn̄ in illo ſa/
cramento actus cōtritionis aīe xp̄i quo
fuit in cruce cōtritus de pctīs nr̄is ma/
xime dicit' fuiſſe ſalubris: qꝛ paſſio aīe ē
fortior q̄ȝ paſſio corꝑis: ꝛ ad merendūȝ
efficatior indulgentiā q̄ȝ paſſio corporis
q̄ aūt xp̄s fuerit cōtritus habet' Math.
xvi. Triſtis eſt aīa mea vſq̄ȝ ad mortēȝ.
ꝛ illa triſticia de pctīs nr̄is fuit. fuit eti/
am ſūma grā q̄ eſt contritio ꝑfecta. et a
ꝑtute illius cōtritionis xp̄i hn̄t virtutēȝ
om̄es vie contritionis ad delendū pctā.
vn̄ dic̄ xp̄s Eſa. lxi Spūs dn̄i ſuꝑ me ꝛc̄
ſequit'. miſit me vt ſanarē contritos cor/
II conſidera. de ꝛc̄. Quantū ad cōtritiōis oportu/
nitatē eſt aduertendū q̄ medicina ē val
de optima qn̄ eſt vallata circumſtātia q̄
druplici: ꝛ Primo qn̄ eſt facilima: qꝛ
alique medicine ſunt ita difficiles q̄ ho

mines ꝑeligerēt infirmari ꝛ qn̄q̄ȝ mori
quēadmodū dr̄ Mathi. v. q̄ illa muli/
er quā xp̄s curauit fuerat multa a medi
cis ꝑpeſſa ꝛc̄. Scd̄o qn̄ eſt celerrima: A
qꝛ diutine cure nō ſolū grauāt īfirmū ſȝ
attediāt medicū. ſic̄ dic̄ ſap. Eccliaſtici
iiij. Languor ꝓlixior grauat. ſ. medicuȝ

Tertio qn̄ eſt integerrima: qꝛ quādo
ſanat' vnū membrū alio in languore re/
manente totū corpus infirmū remanet.
ꝛ iō non eſt medicina optima. Et ideo
xp̄s illū cecū quē illuminauit corꝑaliter
voluit illuminare mentalr̄ Joh. ix. ne vi
deret' cura ꝑtialis. Vn̄ dicūt ſcti q̄ xp̄s
nunq̄ȝ curauit aliquē in corꝑe qn̄ ipſuȝ
prius curauerit in aīa. Quarto medi
cina eſt optima qn̄ ē ſaluberrima. ſūt em̄
nōnulle medicīe q̄ licet morbū ꝑſcindāt
tn̄ ſtati ſanitatē ꝑfectā nō conferūt. et iō
medicina tūc eſt optima qn̄ ipa ſumpta
mox ſanitatis eſt redditiua. ſic̄ fuit illa
medicina q̄ mūdatus fuit Naamā a le/
pra. vbi dicit' q̄ reſtituta eſt caro eius ſi
cut caro pueri. iiij. Regū. xiij. ca. Hūc
aūt iſta medicina cōtritionis q̄ inſtitu/
ta eſt ad curādā plagā pcti mortalis. eſt
. ſ. primo facillima. qꝛ ſicut dic̄ Augu. in
li. de li. arbi. Nihil eſt tā in ꝑtāte volun
tatis ſicut actus ei⁹: cui⁹ ſignū eſt. qꝛ li/
cet aliq̄ creatura poſſit nos cōpellere ad
remanendū vel īpedire ad eundū. nulla
tn̄ creatura pōt nos īpedire aut cōpelle/
re ad volendū vel nolendū. ꝛ qꝛ actū vo
lendi ſequit' attritio: ꝛ ita contritio. ꝛ iō
nil eſt tā in nr̄a ꝑtā te ſicut cōtritio. et ſic
illa medicina eſt facilima. Scd̄o ē ce
lerrima. qꝛ non tardat ꝑ horā vel momē
tū: ſed in eodēȝ inſtanti q̄ applicat' ſanat
ſic̄ ſol emittit radiū ſuū ſubito ꝛ ī inſtā/
ti. Tertio ipa eſt integerrima. qꝛ im/
poſſibile ē vnū vuln⁹ pcti mortal' ꝑ con
tritionēȝ ſanari qn̄ oīa ſanent': cū diuina
indulgentia non ſit diuiſa. Quarto qꝛ
eſt ſaluberrima: qꝛ non ſolū plagam cu/
rat: ſed ꝛ gratiāȝ que eſt vita ꝛ perfecta
ſanitas anime inducit. ꝛ demū in poſte
rum a peccatis preſeruat. Ideo dicit pſ̄
Sanat contritos corde ꝛ alligat contri



tiones eoꝝ. Sanat cōtritos corde q̄ȝ tū
ad pctōꝝ purgationē: ꝛ alligat contritio
III. conſidera. nes eoꝝ q̄ȝtum ad peccatoꝝ ꝑſeruationē

Quantū ad congruitatē contritionis
eſt aduertendū q̄ contritio que eſt inſti/
tuta per penitētiā peccati mortal' eſt pe
na congruentiſſima: quia ſicut maxima
infirmitas indiget maxima cura. ita ma
xima culpa remittit ſm̄ iuſticiā diſtribu
tiuā maximā penam. vnde Deute. xxv.
Pro menſura peccati erit plagaꝝ mod⁹
et quia pctm̄ mortale eſt maxima culpa
in quo. ſ. offendit' maieſtas infinita. Iō
ꝓ ꝑncipali pena eſt inſtituta ei. ſ. contri/
tio que eſt maxima pena. q̄ autē cōtritio
ſit penaruȝ maxima ꝓbat'. quia includit
triſticiā attritionis: que quidēȝ triſticia
dicit' eſſe pena penaꝝ. Iſtius autēȝ pene
C magnitudo declarat' quadruplr̄. Et
ꝑmo qꝛ ſumit. ſ. originē in inferno. Pe/
na em̄ demonū eſt maxima. cū peccatuȝ
angeli fuerit maximuȝ: vt teſtat' diuina
ſcriptura in Ezechiele. ꝛ maxime culpe
debet' maxima pena: ꝛ tamē pena ſenſus
q̄ eſt in demonib̄ nō eſt niſi triſticia. non
em̄ poſſunt ab igne calefieri vel combu/
ri: cum ſint ſpūs nec dolore ſenſibili im/
mutari: cū ſint intellectus ſeꝑati: nec pa
tiunt' in natura vel intellectu: ſed ſolū in
voluntate q̄ peccauerūt in qua non pōt
eſſe aliquod afflictiuū niſi ſit triſticia.

Secundo ſumit originem in purga/
torio: quia ſicut docet beatus Auguſti.
In iſto mūdo nō eſt aliq̄ pena ita mag/
na ſicut illa de purgatorio q̄ infligit' ani
mabus ſeꝑatis a corpore. ille autem nō
poſſunt pati ab igne in ſua eſſentia cum
ipe ſint immateriales: ꝛ ignis in agēdo
in eas non poſſit inducere aliquā quali/
tatē corporeā: ſed affligunt' in voluntate
ꝛ non in intellectu: quia in ipo non po/
nit' aliqua paſſio afflictiua. ꝛ ſic in volū/
tate cui⁹ pena eſt triſticia. Tertio ſu/
mit originē in hac vita: quia in iſta vita
cū ſit. ſ. vltimū ꝛ maximū ſupliciū mors
contingit q̄ aliqui eligunt mortē vt fu/
giant triſticiā cū tamē ad vitandā mor/
tē maiorē penā accepient. illud autē de/

clarat' in illis qui interficiūt ſeipos ꝑ tri
ſticia cum mortē ſibi ꝓcurant vt aliquā
euadāt triſticiā: ſic̄ patet de Saul. vt tri
ſticiā illuſionis fugeret. i. Reg. xxxi. ca.

Quarto ſumit originē in ꝑadiſo. qꝛ
ſic̄ ait Ricardus de ſctō victore. ſi pena
īferni aſſumi poſſet cū amore ꝛ volūtate
nō eſſet pena. ita pōt argui q̄ ſi felicitas
ꝑadiſi ſi poſſet eē cū triſticia ꝛ diſplicētia
nō eſſet glīa. cū nullū violentū aut diſpli
cēs delectabile eē poſſit. Et iō triſticia ē
maxima pena q̄ tantā felicitatē abſorbe
re pōt: quā abſorbere nō potuit maxima
xp̄i ꝛ crudeliſſima paſſio: licet em̄ triſta/
ret' nō tn̄ de obiecto btīfico. Et ꝓpt' h̄ illa
maxia pena fuit inſtituta cōueniētiſſime
a deo ꝓ tali culpa ꝛ tāta. ꝛ ita decēs eſt:
vt tali pena īflicta de⁹ pctōri fiat placa/
tus ex q̄ penā debitā ſuſtinet. iō dr̄ in pſ̄
Cor cōtritū ꝛ humiliatū de⁹ nō deſpici/ IIII. conſidera.
es. Quantū ad q̄rtū q̄ eſt cōtritionis
vtilitas eſt aduertendū q̄ actus cōtriti/
onis eſt pctōrib̄ ſūme ꝑtuoſus ſiue fru/
ctuoſus ſicut act⁹ remiſſiōis ſūme ē vti
lis debitorib̄. Iſtius aūt act⁹ vtilitas
q̄druplr̄ declarat'. Et ꝑmo: qꝛ ꝑ ipſȝ eter D
na pena totaliter dimittit'. quāto em̄ eſt
maior pena condempnationis: tāto ma
ior eſt actus ſolutionis ꝛ redemptionis.
ꝛ ideo cū pena inferni illata cōtra pctm̄
mortale ſit infinita: infinite vtilitatis ē
actus quo illa pena totaliter dimittitur
iſte autē eſt actus contritionis. per vni
cum enim actū contritionis pena infer/
ni eterna que pro omnib⁹ peccatis erat
debita totaliter eſt dimiſſa. Secūdo
quia per ipſum pena purgatorij maxi/
me diminuitur. licet em̄ in actu contritio
nis pena inferni totalr̄ dimittat'. tn̄ ad
penā temꝑalē purgatorij aīa obligat': ſi
cōtritio nō ſit tanta q̄ ſatiſfaciat ad to/
tū euacuādū. pena aūt purgatorij dimi/
nuit' ꝑ penā hui⁹ mūdi. qꝛ triſticia ē pe/
na penarū vt patuit. iſta tn̄ frequentata:
maxie diminuit iſtā penā ꝛ totalr̄ anihi
lat. Tertio per ipſā grā diuina ſꝑ au/
getur. quia ſecundum beatum Augu/
ſtinum. charitas ſemper meretur au/

geri:vt aucta mereaꝛ pfici. ita quilibet
actus elicitus ex potētia caritate infoꝛ/
mata: dum tñ ſit meritoꝛius mereꝛ cha/
ritatis augmentū. ꝛ ꝑ conſequēs gratie
q̄ aut omnino ſunt idē aut ſunt adeq̄te.
actus aūt cōtritionis nunq̄ȝ eliciꝛ niſi a
potentia elicitiua in q̄ eſt. ergo quilibet
actus augēt grām ꝛ facit deo eſſe gratū
maxime ꝛ dilectū: qđ debēt hoīes ſuper
oīa bona deſiderare. Quarto qꝛ ꝑ
ip̄am glia eterna ſemꝑ accumulaꝛ. quia
ꝑmus actus cōtritiōis mereꝛ de cōgruo
illā felicitatē eternā ſi actus ꝑ gratiaȝ ꝛ
charitatē ſit foꝛmatus. ꝛ q̄libet ſequens
ip̄m mereꝛ illius felicitatis augmentuȝ
ſm aliquē gradum. ꝑ quo plura merita
habēt maioꝛē gliam. ꝛ ſic cum habens
quēlibet illoꝝ graduū eſſet ꝑfecte beat⁹
ſicut minimus gradus charitatꝭ grati/
ficat. Et iđ q̄libet actus cōtritionis tan
tum valet q̄tū regnū eternū ſm aliquē
gradū: cū ei rependaꝛ de cōdigno. vnde
ſicut vigilia q̄ eſt triſticia ante feſtū leti/
cie ponitꝛ. ita triſticia ante felicitatē indu
citꝛ ſm illud Ezech. vij. Egreſſa eſt tri/
ſticia: floꝛuit ꝟga: qꝛ per illius cōtritiōis
receſſum aīa remanet floꝛida tota grati
oſa ꝛ finalr̄ beatitudine cādida. Cir
ca ſcđam partē ꝑncipalē inſiſtendo cir/
ca actum contritionis ad ꝑniam illius
ſancte aduertendum eſt ꝙ Maria ma/
ria magdalena fuit noīata ꝛ cognomia/
ta noibus cōuenientibꝫ actui cōtritiōis
Iſtud autem nomen Maria habet ſm
Hiero: quattuoꝛ interp̄tationes. quarū
.ſ. ꝑma eſt ſumma maris. i. maris colle/
ctio ſm illud Gen̄. i. cap̄. Congregatio/
nes inquit aquarum appellauit maria.
Ubi ſciendū eſt ꝙ deus creauit elemen
tum aque rarū. ꝛ ex omni parte terre di/
ſperſum. Et poſtea dixit. Congregētur
aque q̄ ſub celo ſunt in locū vnū vt appa
reat arida. Et tunc illam congregatio/
nem aquaꝝ appellauit maria. Et per
illū modū aīa noſtra quādo extra ſeipſā
eſt diſꝑſa ꝑ ſenſibilia occupans vniuer/
ſam ſuꝑficiem terre: tunc non poteſt eſſe
contrita: quia actus cōtritionis eſt de in

Scđa ps principalis

D

terioꝛibꝫ culpis q̄ latent in aīa q̄bus in/
tenta eſſe non pōt dū fit extra ſeip̄am: et
qn̄ in locū vnū cōgregātur ꝛ ad ſe regre
diunꝛ infra ꝓpꝛiū locū tunc ſuas cernēs
maculas q̄bus inquinaꝛ ꝯtrita ꝛ perter
rita efficiꝛ maria. ſic hec ſctā glioſa poſt/
q̄ȝ a mūdi pōpis ad ſe fuit conuerſa fuit
facta ꝑfecte contrita ꝛc. Scđa eſt ſtel
la maris. cuius talis eſt ſitus in celo: ꝙ
circa ip̄am q̄ dicitꝛ ſtella maris. i. polum
articū voluunꝛ ſemꝑ ſeptē ſtelle ꝓꝑ' q̄s
illa regio dicitꝛ ſeptētrionalis. Et ſm il/
lum modū fit aīa contrita per reuelatio
nem ſeptē virtutū: que ꝯtrarianꝛ ſepteȝ
peccatis moꝛtalibus: quia oppoſita iux/
ta ſe poſita magis relucēſcūt. et ideo ſcri
bitur littera nigra in carta alba. Et iđo
anima cum recogitat illaꝝ virtutū pul/
chꝛitudinem deteſtatur peccatoꝝ oppo/
ſitoꝝ moꝛtaliuȝ turpitudinem: et ſic effi
citur contrita. Et quia per illum modū
conuerſa fuit hec mulier dicitur Mat.
xv. ꝙ iſta eſt Maria de qua xp̄us eie/
cit ſeptem demonia id eſt ſeptē peccata
moꝛtalia ſm btm̄ Auguſti. Tertia ē
illuminata. nulli autem poteſt aduenire
cōtritio niſi ꝑ illuminationē. Natura lu
minis eſt̄ eſt vt res pulchꝛa qꝛ q̄to plus
illuminaꝛ tanto plus decoraꝛ ꝛ res tur/
pis ecōtrario: vt patet in abhoīabilibꝫ.
que ſi clarificenꝛ faciunt euertere ſenſuȝ
et ideo cū peccata de ſui natura ſint tur/
piſſima vt teſtaꝛ diuia ſcp̄tura: q̄to ma
gis noticia aīe clarificaꝛ: tāto pl⁹ pecca/
toꝝ turpitudo percipiꝛ. Et inde eſt ꝙ ſa
pientes verecundanꝛ de multis de q̄bus
ſtulti non percipiunt nec erubeſcunt. cū
tamē erubeſcentia non ſit niſi de turpi.
ꝛ ſic generatur contritio. Et vlteri⁹ na/
tura lucis eſt vt illa que in tenebꝛis ap/
parent pulchꝛa: quandoq̄ȝ facit appare/
re turpia vt apparet in vermiculis: et in
aliquibus lignis putridis nocte lucen/
tibus. Per hunc modum lux ſpiritu/
alis qua anima illuſtraꝛ facit pctā abho
minari q̄ in tenebriꝭ paſſionū apparebāt
placabilia. Quarta ē mare amaꝝ. Iſta
aūt amaritudo marꝭ cauſaꝛ ex hoc ꝙ ra



dij ſolis cōtinue cōtingētes ſuꝑficiē illi/
us aque extrahere habent inde vapoꝛeȝ
ſubtilē cū dulcedine: ꝛ humoꝛē groſſum
ꝛ terreſtrē qui remanēt faciūt amaꝝ q̄ſi
deſiccando. Et ꝑ illū modū radij ſolis
q̄ ſunt attractus ſpūſſcti q̄ continue con
tingūt mentē eiuſdē hoīs bonis inſpira
tionibꝫ dicēte ap̄lo. Nemo pōt dicere do/
min⁹ ihs niſi in ſpūſctō q̄ q̄tidie extra/
hit hui⁹ mūdi ꝛ carnis dulcedinē de aīa
nr̄a qꝛ quāto plr̄ tales inſpiratōes multi
plicanꝛ: tāto ea q̄ ſūt in mūdo min⁹ dul
cia ſunt: ꝛ cū illa dulcedo eſt penit⁹ ſeꝑa
ta: tūc ſequiꝛ amaritudo ꝑfecta de pctis
qꝛ q̄diu manet dulcedo mūdi in aīa nō
pōt in ea amaritudo penitētie eſſe. cum
iſta ſint cōtraria. Iđ diciꝛ. i. Regum. i. ꝙ
cū eſſet Anna amaro animo oꝛabat dn̄ȝ
flens largiter qꝛ fletus cōpunctiōis non
pōt ꝓcedere niſi de radice tenere amari/
tudinis. Non ſolū aūt illius glioſiſſi/
me ſctē nomē ſed etiā cognomē cōuenit
aīe penitenti ſeu cōtrite ſm eius q̄dru/
plicē interp̄tationē quā ponit Hiero. in
interp̄tationibꝫ ſuis. Prima eſt ꝙ ma
gdalena interp̄taꝛ magnifica. magnificē
tia aūt eſt ꝟtus aīe que cōſiſtit i magni/
tudine ſumptuū ꝛ donoꝝ. nūc autē tria
ſūt bonoꝝ genera. ſ. foꝛtune q̄ ſunt mini/
ma ꝛ ſunt extra nos. Alia bona coꝛporꝭ
que ſunt circa nos q̄ ſunt maioꝛa. Alia
bona aīe q̄ ſunt intra nos q̄ ſunt maxia.
Anima eñ cōtrita eſt magnifica: qꝛ li/
beralr̄ condonat non ſolū bona foꝛtune
pctā elemoſynis redimēdo. ſic dedit cō/
ſiliū Dan̄. iiij. Nabuchodo. di. Peccata
tua elemoſynis redime. ꝛ bona coꝛpoꝛis
carnē macerādo. ſed ꝛ bona aīe affectio
nes iracūdie totalr̄ remittēdo: ſicut dīc
dn̄s in Math. Si dimiſeritis hominibꝫ
pctā eoꝝ ꝛc. Scđo interp̄taꝛ ꝑmuni/
ta. ille eñ q̄ ꝑegat ſe ad actū conuerſio/
nis q̄ fit ꝑ contritionē debet ſe diſpone/
re ad pugnā tētationis: vt talis anima
ſit ꝑmunita: ſicut cū q̄s detineꝛ violēter
ſub dn̄io crudelis tyranni ꝛ diſponit re/
bellare vt de captiuitate exeat: opoꝛtet
ip̄m ſe foꝛtiſſime diſponere ad reſiſten/

E

dum. ꝛ tūc facit maxime ſuū conatū. vñ
dicit Sap̄. Accedēs ad ſeruitutē dei ꝑ/
para aīaȝ ad tēptationē Eccaſti. ij. ca.
Tertio interp̄taꝛ turris. aīa eñ con/
trita ad modū turris debet eſſe firma: ne
a ſuo ꝓpoſito auertaꝛ. qꝛ ſi poſt peractā
penitentia reuertaꝛ ad vomitū in duplo
diſplicet ꝛ flagellū iteraꝛ: vñ ſicut egro/
tus totalr̄ dū ſanaꝛ a ꝯtrarijs cauere de
bet ne recidiuet: ſic ꝛ talis aīa cauere de
bet recidiuū ꝓpter qđ diciꝛ ad Hebꝛeos
vi. ꝙ impoſſibile eſt eos q̄ ſemel illumia
ti ſunt et poſtea: ꝑlapſi rurſus renouari
ad penitentiā qꝛ illud nō pōt fieri niſi ꝑ
ꝟtutē diuinā. Quarto interp̄taꝛ decle
ſiatrix. nulla eñ eſt ſpecialis amicitia q̄
ita poſſit aīam defendere a pctō ſicut cō/
tritio frequētata: qꝛ triſticia nō ſolum re
pellit tēptationē ſibi cōtrariā: ſed ꝛ con/
tingentē ſm dicta philoſophoꝝ. vñ exꝑi
mur ꝙ manēs triſtis non pōt in aliqua
alia re delectari: quia vitia ꝛ tēptatiōes
aīam decipiunt per modū delectatiōis:
vñ ad repellenda talia eſt cōtritio ſūme
ydonea. ſicut pueriles tēptationes ma/
xime ꝑ timoꝛes repelluntꝛ. vñ dicitur Ec
cleſiaſtici. xi. Melioꝛ eſt ira vel triſticia
riſu: quia ꝑ triſticiā malus anim⁹ et de/
linquēs coꝛrigiꝛ. Et iđ qꝛ illa ſctā muli/
er omnibus contritis exemplar fidelibꝫ
cōuenienter fuit appellata Magdalena.
cui xp̄s ꝑmo apparuit in ſua reſurrectōe
Mar. vlti. Sed quia ſm doctrinam
bti Aug. li. de quātitate aīe Magis eſt
curandū de rebus q̄ȝ de noibus. idcirco
facta illius mulieris ſunt ꝓfunde cogi/
tanda qualr̄ in eius cōtritōe fuerit oꝛdi
nata. quod deſcribiꝛ Luc. vij. Rogabat
ih̄m q̄dam phariſeus ꝛc. Et ſequiꝛ Ec/
ce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix ꝛc
In illo aūt ꝓceſſu remouet euāgeliſta
ab illa ſctā muliere q̄tuoꝛ ipedimenta q̄
obſiſtunt cōtritioni. cū dicit Ecce muli/
er q̄ erat in ciuitate peccatrix. Primū
eñ impedimentū eſt. conſcia indurata.
ſunt eñ aliq̄ aīe dure intantū ſic ſepa
vt nulla cōpunctōe aut inſpiratōe vale/
ant immutari. ſicut fuerūt iudei ab ini/

tio dure ceruicis quib₃ dr̃ in Ezechiele.
Auferã cor lapideũ de carne vr̃a ⁊ dabo
vobis cor carneũ. ⁊ tales nõ sunt idonei
ad cõtritionẽ: sed ad eternã reprobatio/
nẽ. q2 dicit Ecclasti. i. ca. Cor durũ ma/
le habebit in nouissimo. Et illud impe/
dimentũ remouet euãgelista ab illa scã
cũ dic̃ Mulier ⁊c̃. Mulieres em̃ habẽt
cor magis ductile: ⁊ facil⁹ ad penitenti
am trahunt q̃3 viri. habẽt etiã cor mobi
le: ⁊ h̃ ex corpis dispositiõe: sicut infãtes.
Et iõ rarius inueniunt idurate: sed ma
gis benigne ꝓpter qd̃ dic̃ Sap̃. Ubi nõ
est mulier ingemiscit eger. Scd̃m im
pedimentũ est cõsuetudo firmata. cõsue
tudo em̃ diutina peccãdi ita firmat ha/
bitũ malũ vt vertat in necessitatẽ peccã
di ⁊ impossibilitatẽ cõterendi qñ consu
mate ⁊ ꝑfecte est radicata: sic̃ cib₃ mal⁹
cũ possit non sumi. postq̃3 ẽ sumpt⁹ neces
sario nocet. ⁊ queãdmodũ egritudines
inueterate dicũtur incurabiles. Ideo dr̃
Jere. xiij. Si põt mutare ethiops pellez
suã aut pardus varietatẽ suã: ita ⁊ vos
bene facere poteritis cũ didiceritis ma/
lum. Et illud impedimentum remouet
cũ dicit. erat in p̃teritoimꝑfecto. Que.s.
erat nondũ em̃ erat viciũ iueteratũ: sic̃ i
illis quos pctã dimittũt. q2. xxx. annis
vixit in maxima pñia postq̃3 fuit ad deũ
E cõuersa. Tertiũ impedimentũ ẽ disse
sio ꝓuocata qñ. s. est pugna inter rõnez ⁊
passionẽ. ⁊ inter vires sensitiuas ⁊ intel
lectiuas ꝯtra bellũ intestinũ. de q̃ apl̃s
dic̃ q̃ caro cõcupiscit aduers⁹ spũm ⁊ spi/
rit⁹ aduersus carnẽ. hec em̃ sibi inuicez
aduersant vt nõ q̃cũq3 vult3 illa faciatis
ad Galath. v. Istud aũt ipedimentũ re/
mouet cũ dic̃. in ciuitate. s. hierl'm q̃ di/
cit visio pac3. qñ em̃ aia ẽ pacata ⁊ rixa
passionũ est sedata tũc ẽ ad cõtritionem
ydonea. q2 passiões incitãt ad ꝯrias de/
lectatiões. Quartũ impedimentũ est
innocẽtia existimata. q2 qñ aliq̃s cũ pec/
cator sit existimat se falsa opinione inno
centẽ tũc nõ põt ad pñiaz flecti. sic̃ infir/
mus nõ vult recipe medicinã qñ existi/
mat se nõ esse egrotũ: vt p3 in freneticis

⁊ ita fatuus q2 se reputat sapientẽ refu/
tat disciplinã. ⁊ de ist3 dr̃ Jere. ij. Dixi/
sti absq3 pctõ. ⁊ innocẽs ego sum ꝓpterea
ego tecũ in iudicio contẽdã. ⁊ q2 in diui
no iudicio ostendet abhoiabilis. sequit
q̃3 vilis facta es. Et illud ipedimẽtũ au
fert cũ dic̃ pctõr: q2 nõ reputabat se inno
centẽ. Istis aũt exclusis impedimentis
euacuata ponit q̃ttuor actus illi⁹ mulie
ris ad ꝑfectã pñiam reducẽtes. quoꝝ. s.
ꝑmus est act⁹ diligẽtissime inuestigati/
onis vt cognouit q̃ xp̃s accubuit i
domo pharisei. Isti⁹ rei noticiã non ha
buisset nisi viã ⁊ ꝓcessũ xp̃i diligẽter inue
stigasset. Et ꝑ illũ modũ volẽtes veram
pñiam facere debẽt diligenter agere vt
sollicite req̃rãt ꝑ quã viã meli⁹ possint
misericordiam inuenire: sic̃ illi q̃ sũt a gr̃a ali/
cui⁹ ꝑncipis freni deiecti: queãdmodũ
semei cũ ꝓuocasset regẽ Dauid ad irã:
diligẽter q̃siuit q̃liter a⁹ gr̃am inueni/
ret. iiij. Re. xix. ca. Scd̃s fuit act⁹ cõue
niẽtis ꝑparatiõis. postq̃3 em̃ iuenit qd̃ q̃/
rebat sufficiẽter ꝑparauit se ad faciendũ
qd̃ intẽdebat. Et iõ sequit q̃ attulit ala/
bastꝝ vnguẽti vt nõ veniret vacua s3 ad
obsequiũ p̃parata: sic̃ in lege scptũ erat.
Nõ apparebis vacuus in cõspectu regis
et meo. Et ꝑ illũ modũ d3 facere qui
vult ꝓ̃ penitere: ex q̃ nouit modũ q̃ pe/
nitẽdũ est oportet se ad illũ sollicite ꝑpa
re offerẽdo vnguentũ alabastri. i. volũta
tis bonũ ꝓpositũ cõtinẽtis. volũtas em̃3
sic̃ alabastꝝ ẽ vas p̃ciosũ qd̃ est gr̃e con
tentiuũ ⁊ ꝓpositũ bonũ ẽ vnguentũ sua/
uissimũ in q̃ de⁹ sũme delectat c̃ꝑuis nõ
ꝑficiat. vñ dictũ fuit ad dauid ore diuio
ij. Regũ. vij. Qr cogitasti edificare tẽ/
plũ noi meo bene fecisti. h̃ ipm mẽte ꝑ
tractãs: attamẽ tu nõ edificab̃ ⁊c̃. Ter
tius fuit act⁹ erubescẽtis occultatiõis:
postq̃3 em̃ p̃parata venit faciẽ xp̃i erubu
it cõscia sibi de pctis. ⁊ iõ sicut ꝓ̃cundi
nõ audẽt in faciẽ respicere s3 querũt se oc
cultare. Et ꝑ hoc dicũt sapiẽtes q̃ natu
ra intendẽs se occultare sanguinẽ ad fa
ciẽ mittit cũ erubescit. Et iõ hec cũ3 ve/
nisset stetit retro: vultũ xp̃i non sustinẽs.



Et ꝑ scd̃m modũ q̃ vult verã pñiam
agere d3 in cõspectu dei oĩa ꝓspicientis
vehemẽter erubescere: q2 ꝓ̃cũdia ẽ pas
sio quã incurrit aspect⁹ de aliq̃ turpi ma
xime in cõspectu honestoꝝ. ⁊ q2 feditas
pctĩ est turpissima p̃ñtia vult⁹ diuini ho
nestissima: debet pctõr dũ penitet vehe/
mẽter erubescere. iõ aĩe peccatrici q̃ sine
ꝓ̃cũdia venit ad pñiam ⁊ ad p̃sentiam
dei dicit Jere. iij. Frons mulier3 meretri
cis facta est tibi ⁊ erubescere noluisti ⁊c̃
Quartus fuit act⁹ humiliatiõis incli
nãtis. postq̃3 em̃ erubuit semetip̃am hu/
miliauit. Et dic̃ euangelista q̃ posuit se
secus pedes dñi hũiliter ꝓsternẽdo. Et
ꝑ illũ modũ q̃ vult ꝑfecte penitere deb3
seip̃m ꝓfunde hũiliare. q2 ꝯria ꝯriis cu
rant q2 oẽ pctm̃ ꝓcedit ex supbia q2 nul/
lus peccat mortalr̃ nisi ex inobediẽtia ⁊
cõtumacia diuinoꝝ p̃ceptoꝝ. ille aũt sũt
sp̃es supbie ⁊ passiões ⁊ ꝓles: vñ Nume
roꝝ. xv. Aia q̃ ꝑ supbiã peccauerit peri/
bit de ꝓplo suo: qm̃ rebellis fuit aduers⁹
deũ. ⁊ cõsumat3 istis q̃ttuor actib₃ ad ve
rã pñiam disponẽtib₃. describit euãgeli
sta ordinatissime q̃ttuor obseq̃a q̃ illa ve
nerabil' mulier exhibuit circa pedes dñi
F Et primũ fuit pedu3 ablutio. lachry/
mis inq̃t lauit pedes eius. Scd̃m fu/
it abstersio. iõ ibidẽ dicit. Et capillis su
is tergebat. Tertiũ fuit pedũ deoscu/
latio. vbi dr̃. Et osculabat pedes eius.
Quartũ fuit pedũ inunctio. ibi. Et vn
xit vnguẽto ⁊c̃. Et illa q̃ttuor obseq̃a si/
gnificãt q̃ttuor mysteria q̃ in ꝓ̃a penitẽ/
tia ꝑmissa vera contritione sequuntur.
Quoꝝ primũ est confessio pura que si
gnificat ꝑ actũ ablutiõis: q2 cõfessio pu/
ra sordes mẽtis abluit: sic̃ aq̃ mũdat in/
quinamẽta carnis. iõ dr̃ in ps̃. Confite/
bor aduersũ me iniusticiã meã dño et tu
remisisti impietatẽ pctĩ mei ⁊c̃. Et quia
in ꝓfluuio lachrymaꝝ nõ solum pctã re/
mittunt: s3 etiã elõgant. iõ sequit. verũ/
tamen i diluuio aq̃ꝝ multaꝝ ad deũ nõ
approximabũt ⁊c̃ Scd̃m ẽ satisfactio
ꝑfecta de pctis iã cõfessis: illa significat
ꝑ actũ abstersionis. q2 licet ꝑ actũ cõfes/

sionis abluat a culpa: ita ꝑ satisfactionẽ
q̃ fit in pñia dimittit pena et abstergit.
vñ Prouer. ij. Uulnus ⁊ liuor vulneris
.i. oꝑa lesiua ⁊ anxia satisfactiõis abster
gũt mala. i. penas ad q̃s aia remanet ob
ligata ꝑsoluẽdo i alio mũdo duri⁹ si nõ
vult in isto. Tertiũ est recõciliatio cõ/
sumãda post ꝑfectã satisfactionez. ⁊ illa
significat ꝑ actũ osculatiõis. q̃ igit mu/
tuo recõciliãt se osculari solent. Scribit
em̃. ij. Re. xiiij. q̃ rex Dauid qñ recõcilia
uit sibi absolõ osculat⁹ est eũ: ⁊ ita p⁹ ple
nã satisfactionẽ aia deo recõciliat ita q̃
si corpus moreret cõfestim assumeretur
Quartũ est cõsolatio amena: q2 post
actũ satisfactionis est delectatio sincera
Ista significat per actu3 vnctionis que
est delectatio. ⁊ illud est de natura omis
actus virtuosi vt dimittat delectationẽ
post tristiciã cum sit difficilis sicut actus
malus dimittit tristiciã post delectatio/
nem. Et ideo datur vna regula in diui/
na scriptura q̃ angelus bonus apparẽs
in ꝑncipio turbat: ⁊ in fine letat. sic̃ ha/
betur Danielis. ij. Malus autẽ angel⁹
in principio delectat et in fine offendit:
sicut in paradiso etiam. Et quoniã per/
fecte reconciliatus cũ christo iugiter de/
lectat. ideo dicit in Apocal. iij. Sto ad
hostiũ et si quis aperuerit mihi intra/
bo ⁊ cenabo cum illo ⁊ ip̃e mecũ. Ista
autẽ vehementi delectatione alterata fu
it hec sacra mulier: que tanq̃3 spũaliter
inebriata nullam verecũdiã in cõspectu
hominũ patiebat: omnia peccata sua nõ
secretando: sed publicando in cõspectu3
conuiuantiũ ingrediens in alienam do/
mũ sine licentia irruens quasi importu/
no beneficio. sic̃ dicit Aug. in sermone.
Hac ꝓ̃o pacta penitẽtia hec mulier fuit
sanctissima. idcirco introducit eã euan/
gelista vt ꝑfectione quadruplici illumi G
natã ⁊ Primo vt ardẽtissime diligẽtẽ
q2 q̃nto plus peccauit tãto plus ei xp̃us
dimisit. ⁊ tanto plus christus eam dilex
it et ipsa christum. s̃m parabolã christi
de ipsa ad phariseum Luce. vij. vñ chri/
stus illi subiũxit. Dimissa sũt ei peccata

multa qm̄ dilexit multū. Scđo vt al-
tiſſime contēplantē: quia duz ſoror eius
Martha intēta eſſet vite actiue: iſta cō
tēplatiue. Martha inqt ſatagebat circa
frequēs miniſteriū: Maria aūt ſedens
ad pedes dn̄i audiuit verbū illius. Nec
mirū: qꝛ magnitudo dilectiōis inducit
neceſſario celſitudinē contēplationis: qꝛ
quāto res plus amaƚ: tāto frequēti[9] ad
memoriā ꝛ cōſiderationē reduciƚ. Et iō
qꝛ ei[9] vita erat ſic in cōtēplatione ſubli-
mata. dicit de ea ſaluator Lu. iiij. Ma-
ria optimā partē elegit. id eſt ſummā q̄
non auferet ab ea. Tertio vt clemen-
tiſſime miniſtrantē. ſequebaƚ em̄ poſtea
xp̄m ꝛ miniſtrabat ei de facultatibꝫ ſuis
vt habeƚ Marci. xv. ꝛ ipa vltra omnes
alias ſequētes xp̄m appropinquāte paſ
ſione corpus xp̄i recreauit ꝛ confortauit
vngēdo quod tam diſſolui incipiebat: ob
horrorē mortis imminētis vt hƚ Mar.
xxvi. Vñ dixit dn̄s iude arguenti ipſam
Bonū op[9] opata eſt in me ꝛc̄. Quar-
to vt fideliſſime pſeuerātē. tpe em̄ paſſi
onis a xp̄o et a ſua matre nūq̄ diſceſſit.
cū om̄es apl̄i fugiſſent. ꝛ vltra oēs tem-
pore reſurrectionis ſepulchꝝ frequēta-
bat plorans ꝛ ſuū dn̄m querens: vt dicit
euāgeliſta Johes q cū Petrus ꝛ alij cu-
curriſſent ad monumentū nunciante ea
abierūt iterꝫ ad ſemetipſos Maria autē
ſtabat foris plorās. Et quia ſapiētia in-
creata q̄ eſt xp̄s dicit Prouer. viij. Ego
diligentes me diligo. idcirco verſa vice
euāgeliſta introducit ſm̄ q̄druplicē be-
nignitatē xp̄m ad illā ſctām mulierez ſe
A habuiſſe. Primo em̄ vt liberalr idul-
gentē Luce. vij. qn̄ dixit ei pacta illa pe
nitentia. Remittunƚ tibi pctā tua. Et il-
lam remiſſionē intelligimus nō ſoluz q̄
ad culpā: ſed etiā quo ad penā: ita q ſi
ſtatim mortua fuiſſet confeſtim ſine pur
gatorio ad ſinū abrae euolaſſet: vbi erāt
tunc ſcti. cuius dicti ratio eſt qꝛ cū culpa
om̄is ſufficiēter remittaƚ p confeſſionez
ꝛ cōtritionē ꝛ ipa pars fuerit ſufficienter
ↄtrita. ꝛ xp̄s q intueƚ omnia mentaliter
cōfeſſa ſequiƚ q non ſolū ei tunc pctā di-
miſit: ſed etiā ſalutē eternā donauit. Et
ideo dicit ibidē. Fides tua te ſaluam fe-
cit: vade ꝛc̄. Scđo vt ipam dulcit ex-
cuſantē qn̄ accuſata fuit a ſorore ſua Lu
ce. iiij. Martha martha ꝛc̄. Et ſequitur
Maria optimā partē ꝛc̄. vbi dicit Au-
guſti. Quō non putam[9] eā timuiſſe ne
diceret ei dn̄s. Surge ꝛ adiuua ſororez
tuā? Excuſata inqt eſt ſedit ſecurior ꝛc̄.

Tertio vt efficaciter ptegentez. cum
em̄ fremerēt in eā quidā diſcipuli ꝓpter
fractionē alabaſtri p̄cioſi vnguēti dixit
eis ieſus oſtendens q gratiſſimuz eius
haberet obſequiū Mar. xiiij. Amen di-
co vobis vbicūq̄ predicatū fuerit euan
geliū iſtud ꝛc̄. Quarto vt eā indicibi
liter conſolantē in ſacramēto ſue reſur-
rectiōis: vt oſtendiƚ quadruplr ratione.
et Prima eſt q ante om̄es ſibi appa-
B ruit Mar. xv. Surgens ihs primo mane
apparuit pmo Marie magda. Secū-
da quia ipam more ſolito eā allocut[9] fu-
it: vt qđ non cognoſcebat videndo: cog-
noſceret audiendo qn̄ dixit Maria noli
me tangere Marci. x. Tertia eſt quia
ſe palpandū pbuit: licet em̄ tūc ei dixerit
Noli me tāgere. tn̄ Mat. xxviij. etiā in
alia apparitione diciƚ q ipa ꝛ altera ma
ria tenuerūt pedes eius. Quarta ē: qꝛ
ei officiū angeli cōmiſit qū dixit. Vade
ad frēs meos ꝛ dic eis aſcendo ꝛc̄. Jo. ij
vn̄ ipa gauiſa gaudio dn̄ice reſurrectōis
ꝛ preconio ſue aſcēſiōis pmo apl̄is nun-
ciauit: vt ibidem habetur. Ad qđ gau-
dium xp̄us ꝛc̄

De eadem: Sermo tertius.

# R Emittuntur tibi

peccata tua Lu. vij. ca. Qꝛ
ſicut ex teſtimonio facre ſcriptu
re didicimus q rei q̄ magnis debitis ſūt
obligati habēt q̄druplicē ſolaciū gradū.
A Primus eſt qn̄ debitū crudeliter
exigiƚ nō cū oppreſſiōe ꝛ violentia: ſicut
ille q tenens ſuffocabat eū cū dixit. Red
de qđ debes. Et qꝛ ſtatim nō ſoluit mi-
ſit eū in carcerē Lu. xviij. ca. Scđs ē:
quando debitū differt: ſicut rogabat ille
dicēs patientiā habe in me ꝛc̄. luc. xviij.
Aug. dicit q nō poſtulabat niſi dilatio-
nem. Terti[9] eſt qn̄ debitū diminuitur
ſicut ppl̄s iſrl̄ rogabat roboā vt alleuia-
ret eoꝝ iugū tributorū ad qđ obligaue-
rat eos ſalomō. iij. R. xviij. ca. Quart[9]
eſt qn̄ debitū totū dimittiƚ ſic̄ illud luc.
xviij. ca. Miſert[9] eſt dn̄s ſerui illi[9] et oē
debitū dimiſit ei. ꝛ hec ē ſūma gr̄a q̄ cre-
ditori pt fieri. Et iō qꝛ maria magda
lenā erat multis debitis obligata gratiſſi
mū pnie obtulit obſequiū xp̄o vt dic̄ euā
geliū hodiernū. ꝓpter qđ de tali obſeqo
abūdāter remiſſionē a xp̄o audiuit. Re-
mittunƚ tibi pctā tua. qđ figuratū fuit. ij
R. xix. vbi dꝛ q dđ. maxima offenſā pro
modico obſeqo dimiſit ſemei. Scđm
ergo pmiſſa i h verbo tria cōmēdabilia
ad pſonā hui[9] mulieris ptinētia deſcri-
bunƚ. Et primo indulgētia cōmiſſi ſce
leris ꝛ hoc cuz dꝛ Remittunƚ. Scđo
beniuolentia collati muneris. quia tibi.

Tertio ſarcina depoſiti ponderis qꝛ
pctā tua. Primū cōmēdabile eſt idul-
gentia cōmiſſi ſceleris: cū dꝛ Remittunƚ
de hoc pōt accipi illud luc. vij Dimittū-
tur ei peccata multa: qm̄ dilexit multuz
Sic̄ em̄ ignis eſt cōſumptiu[9] macule in
vaſe argēteo: ita flāma charitatis eſt ↄſū-
ptiua pctī anie puer. x. Charitas opit
multitudinē pctōꝝ. i. petri. iiij. Scđm
cōmēdabile eſt beniuolētia collati mūe-
ris. ꝛ hoc ibi cū dꝛ. Tibi. Caſus datiu[9]
ſiue donatiu[9] ſignat liberalitatem chri-
ſtus em̄ poſtq̄ dimiſit culpam dedit ei
grām ſic ꝛ de collatiōe grē plenitudinis
fuit verbis expſſuz p eundē caſum dicē-
te angelo luc. i. Virtus altiſſimi obum-
brabit tibi ꝛc̄. Tertiū cōmēdabile eſt
ſarcina depoſiti ponderis. ibi: pctā tua.
Multū. em̄ cōmēdabile eſt qn̄ graue pō
dus deponiƚ ſꝫ multomagis pōdus pctī
qđ adeo graue erat qđ totū humanū ge-
nus nō ſufficiebat ad portandū: donec il
lud grauamē depoſitū a xp̄o fuit Joh. i.
Ecce agn[9] dei ecce q tollit pctā mundi.
Quia pctā nr̄a ipe ptulit ſup lignuz vt
pec. mor. iuſticie viuam[9] cui[9] li. ſa. ſum[9]

Quia ergo hic fit mētio de pctōꝝ pō-
dere dicam[9] de pctōꝝ remiſſiōe. Oc-
currunt em̄ decē cōſideratiōes circa iſtā
materiā. Prima eſt qđ eſt pctm̄ Diciƚ I. conſi-
aūt ſm̄ ſacrā ſcripturā q pctm̄ eſt diuie deratio
maieſtatis offenſa dicēte apl̄o. philip. iij
ca. q electum oportet eſſe ſine offenſa. i.
ſine peccato. Notandū q pctm̄ in ſcri
ptura compaƚ q̄druplici detrimēto. Et
pmo detrimēto macule deturpātis quia
quāto macula ſcꝫ nobiliori ſbiecto impi-
miƚ tātomagis ꝓpter ipam tale ſubiectū
vilificaƚ ſicut lepra magꝭ dehoneſtat pn
cipez q̄ ruſticū: ita pctm̄ q̄nto nobilio-
ri nature imprimiƚ: tanto plus p illud i-
ficiƚ. vnde peccatū qđ in appetitu ſenſiti-
uo veniale eſt. in intellectiuo eſt mortale
ꝛ qđ in appetitu humano eſt remiſſibile
in angelo fuit irremiſſibile Ideo dicitur
de ſalomōe eccleſiaſtici. xlix. Dediſti ma-
culam in gloria tua. quia cū eſſet pnceps
pclariſſimus pl[9] ipm q̄ aliū deturpauit

Scđo detrimēto plage ſancientis qꝛ
ſicut plaga infert corpori cōtinuā ſtimu-
lationem doloris ita peccatū anime aſſi-
duam punctionem meroris vnde Aug.
ſup Matt. dicit q ſicut mali in die iudi
cij cruciabūtur in manifeſto: ita nūc cru
ciantur in occulto. qꝛ illa plaga nō eſt cu
rabil p naturā Hiere. iij. Inſanabiƚ fra
ctura tua peſſima plaga tua ꝛc̄. Ter-
tio detrimēto egritudinis moleſtātis qꝛ
ſicut egritudo deprauat naturā vt ſp ap
petat nociua ꝛ cōtraria: ita peccatū depꝛa-
uat animā vt ſp mortifera appetat. Vñ
cū voluptates ſint ei mortifere ꝛ delicie
ſpirituales ſalutifere: anima poſt obnox-
iam plus in illis q̄ in iſtis pōt delectari
ſicut quidā dimittētes fontez aque viue
foderunt ſibi ciſternas diſſipatas: vbi q̄
ſitiunt aquam corruptam de quibꝫ con-
q̄ritur Hiere. ij. di. de ioram hec eſt egri
tudo peſſima de qua diciƚ iterum Hie-
re. ij. Reliquerunt fontem aque viue et
foderūt ſibi ciſternas diſſipatas que cō-
tinere non valēt aquas. ꝛ. ij. paralip. xxi.
Tu aūt egrotabis peſſimo languore ve
ri donec egrediantur vitalia tua paula-
m

tum per singulos dies. Quarto detri/
mēto mortis terminātis. qꝛ sic̄ ex separati
one. s. aie a corpe moriꝛ corp⁹: ita ex sepa
tiōe dei ab aia moriꝛ aia. ꝛ ideo tanto est
peior mors aie q̄ corpis quāto de⁹ ē me
lior ipa aia. de⁹ aūt nō sepaꝛ ab ipa anima
nisi p mortale peccatū. ysa. lix. Iniquitates
vre diuiserūt inter vos ꝛ deū vrm. Se
II. cōsi/deratio cūda ꝯsideratio est. q̄ntū malū est pctm̄
mortale. ondiꝛ aūt magnitudo ei⁹ ex q̄/
tuor. s. Primo respiciēdo ad celsitudinē
sūmi opificis. qꝛ q̄nto maior ē dignitas
E psone q offendiꝛ: tāto maior est culpa. sꝫ
qꝛ p pctm̄ inhonoraꝛ de⁹ q infinite exce/
dit dignitatē cuiuscūq̄ creature. iō eius
offensa est infinita. ꝛ sicut peccatū est in/
finitū malū ita ei debeꝛ ifinita pena pro
eo. vñ ezech. xviij. Aia q̄ peccauerit ipsa
morieꝛ. s. eternaliter. Scđo respiciēdo
ad magnitudinē vniuersi morbi sic̄ dicit
anselm⁹ in libro. Cur de⁹ hō p saluando
toto vniuerso xp̄s fact⁹ est hō. et iō null⁹
deberet peccare mortaliter ꝛ cū in malis
cū min⁹ malū sit eligendū. ꝛ min⁹ malū
sit annihilatio toti⁹ vniuersi q̄ peccare
mortaliter. ꝛ tāta sit in malo vniuersi an
nihilatio quāta est entitas in bono. ma/
ior erit malitia pcti q̄ annihilatio vni/
uersi. Iō xp̄s luce. xvi. facili⁹ est. i. minus
malū celū ꝛ terrā trāsire. i. annihilari. q̄
de lege vnū apicez cadere qꝛ q in vno of/
fendit factus est oim reus. Tertio re/
spiciendo ad redēptionē generis hūani:
qꝛ scđm magnitudinem obligatiōis est
mēsura redēptiōis cū solutio illa sit de/
bito adequata nūc aūt p redēptiōe vni⁹
peccati Ade necessariū fuit infinitū p̄ci/
um dare scꝫ dei filiū ita q p minori p̄cio
satisfieri nō potuit. sicut dicit Leo pap̄.
ideo illud debitū erat infinitū. Ideo de⁹
pater introduciꝛ sic eloquēs michee. vi.
Nunqđ dabo filiū meū p̄mogenitū pro
scelere tuo: fructū vētris mei p pctō tuo
quasi dicat imo p alienis pctis. Quar
to. respiciēdo ad habitudinē hitus virtu
osi. qꝛ phi non fuerūt certi de imortalita
te aie ꝛ posuerūt virtutē fortitudinis in
eo q̄ pelegit mortez actui vitioso. vñ po/
fuerūt peccatū maius maluz q̄ mortem
absq̄ spe resurrectionis. vñ sancti liben/
tius exposuerunt se eterno supplicio: q̄
mortali pctō. Et ideo mortuo i peccato
mortali daꝛ pena eterna. et nequaq̄ pu/
nit vltra cōdignū. vnde machabeoꝝ. vi.
Eleazarus doctor legis diuie p̄clarissi/
mus respondit. s. p̄us velle mitti in infer/
nū q̄ trāsgredi legē dei. hec cōsideratio
inducit ad phorrēdū pctm̄ qđ est tantuz
malū ꝛ ad cōmendandā diuinā iusticiā
q̄ vni peccato mortali dat penā eternam
condignā. Tertia cōsideratio est q̄n/ III. cōsi/deratio
ta est turpitudo peccati. Et hoc declara
tur via quadruplici. Et p̄mo respiciēdo
ad diuinaꝝ imitationū puatione. Unđ
dicit Aug. q quādo hō peccat mortaliꝛ
deleꝛ quodāmō imago dei seu trinitatis
ab aia vt sic diceret difformis puella ad D
imaginē alicui⁹ spōsi facta. si deleta illa
imagine fieret ad formā bruti. Ideo dic̄
ps. de peccato primi hominis. Homo cū
in honore esset nō intellexit: cōparat⁹ est
iumentis insipiētib⁹ ꝛ similis factus est
illis. Scđo respiciēdo ad diuinoꝝ iu/
diciorꝝ reprehensionē. qꝛ sicut claudēs fe/
nestrā ponit obicem radijs solis. ita pec
cans radijs diuie grē. Et ideo sicut nul
la domus pōt esse plena radijs lucis pri
uata: ita nec aia p peccatū obtenebrata.
qꝛ sicut lux est causa plenitudinis: ita te/
nebra est causa turpitudinis. Ideo tur/
pitudinē peccati dñs comparat tenebre.
Mat. vi. Uide lumē qđ i te est. i. qđ ap
paret int⁹ an tenebre sint. i. pctm̄. Ter
tio respiciendo ad donoꝝ spūaliū expoli
ationē. qꝛ cū deus in baptismo aiam or/
net spūalib⁹ bonis: p pctm̄ statim oibus
expoliaꝛ. ideo sicut turpe erat figurā re/
gis nudare ꝛ suis ornamentis spoliare:
ita ꝛ animā spoliare ornamētis spūalib⁹
Ideo de tali anima dicitꝛ ezechielis. xvi.
Transiui p te. eras nuda ꝛ cōfusiōe ple/
na ꝛ abieci te sicut abijcit mulier imme/
recunda: ꝛ sic patet anie turpitudo ꝛc̄.
Quarto respiciēdo ad figurā vilium
inductoꝝ. qꝛ ex q̄ anima cecidit p pctm̄
nō pōt resistere suggestionib⁹ inimici. et



ideo occurrunt ei fantasmata turpia et
imaginatiōes reꝝ turpiū sensibiliū que
imprimuntꝛ ei ad modū picturaꝝ. Ideo
sicut deturpaꝛ domus quādo turpibus
imaginib⁹ pingiꝛ. ita aia quādo p pec/
catuz maculaꝛ. ideo dicitꝛ treno. iiij. Fa
cies eoꝝ sup carbones denigrate. i. ima/
ginis ꝑe sup̄ior. qꝛ p̄us fuerat virtutib⁹
ꝛ donis ornata. Istius aūt turpitudinis
cōsideratio iducit nos ad pcti abhomi/
nationē qđ tā vile est vt aiam ipō detur/
patā spūs angelici detestenꝛ q eā intuiti
ue cernūt sicut oculi nři reꝫ fedā detestā
tur ꝛ imundā iō dꝛ isa. xxxiij. q̄ angeli pa/
IIII. cōsi/deratio cis sic vidētes aias deturpatas amare
flebūt. Quarta cōsideratio est. q̄liter
pctm̄ cōmittiꝛ. Et dī q qdruplicitꝛ. ꝛ de/
A claraꝛ h̄ qdruplr. Primo p viā iusticie si
cut cōtingit in regētib⁹. cū eñ in nob̄ sint
aliq̄ ꝑtutes intellectuales scđm q̄s assimi
lamur angelis. et aliq̄ aniales in quib⁹
assimilamur brutis: iter istas occurrēte
aliq̄ bono delectabili fit aliq̄ discordia.
qꝛ virtutes aniales desiderant illđ p̄sēq̄
eo q videaꝛ corpi expediēs. intellectua/
les vero dicūt illud fugiēdū qꝛ retrahit
a deo. volūtas aūt cū sit dña i toto regno
aie. ꝛ corā ea ista q̄stio vētileꝛ habet illā
determinare. ꝛ p pte viriū sensitiuaꝝ ad
uocata est prudētia carnis. de q dic̄ apo
stol⁹. q est mortifera. Pro pte aūt intelle
ctualiū prudētia spūs: q̄ scđm eūdez est
vita pax ꝛ pietas ꝛc̄. Prudentia carnis
aliquādo dicit q bona delectabilia p̄se/
quēda sunt. qꝛ ad hoc facta sunt. Alia ve
ro dicit q est magis intendendū legi di/
uine q̄ alicui delectatiōi corpee. Cū au
tē volūtas est iniusta determiat p pte p̄/
ma. ꝛ tūc peccatū cōmittiꝛ p̄mo indelibe
rato cōsensu. sicut aūt cōtingit iniustum
principē corrumpi muneribus: sic volunta
tem oib⁹ oblectationib⁹ a sensu sibi obla
tis. Et qꝛ p modū iniusticie pctm̄ iniqui
p̄ncipis cōmittiꝛ. iō scriptura oēm pctō/
rem appellat iniustū. ij. thi. ij. Iustis non
est posita lex q̄ dirigiꝛ grā. sꝫ iniustis. i.
peccatorib⁹. Scđo p viā fraudulētie
sicut ptingit negociantib⁹. qꝛ sicut frau/
dulenti mercatores q̄n volūt vēdere vi/
lia p pciosis: vt auricalcū p auro: in sup
ficie deaurant ea occultantes vilia: ita
imaginatio offert intellectui bona sensi
bilia desup colorata ꝛ non manifestat di
uinam offensam ꝛ turpitudinez mali in
eis latentem. ꝛ tunc volūtas se ad illa bo
na cōuertit ꝛ acceptat ea nō considerans
mala in eis occlta. qꝛ scđm dio. de. di. no.
Null⁹ opaꝛ aliqđ malum aspiciēs. ꝛ tūc
pctm̄ cōmittiꝛ ꝛ tūc nec volūtas decipiꝛ
nisi spōte. qꝛ nō pmittit totā pfundari in
ingrendo malū vt ostdat q ibi lateat ve
nenū. sed dimittit eum in cōsideratione
supficiei. sicut hō nimis allect⁹ ad aspe/
ctū pulchri vini non vult q inquiraꝛ de
eius sapore: vel an ibi sit venenū. Et q̄a
pctm̄ p modū fraudulētie cōmittiꝛ dicit
apls. ij. cor. iij. Timeo ne sic̄ sps seduꝫ
it euā astutia sua. ita sensus vři corrūpā
tur a simplicitate q̄ ē in xpo iesu. Sicut
eñ serpēs venenosus est: ita appetit⁹ sen
sitiu⁹ est versus intellectiuū. Tertia
via est p modū intestine pugne. qꝛ passi/
ones sensitiue q̄ iure naturali in ciuitate
aie debēt subijci insurgūt cōtra vires rō
nis quib⁹ debeꝛ p̄ncipaꝛ. sicut solet isur/
gere vulg⁹ ꝯtra p̄ncipē in ciuitatib⁹. itra
q̄s p̄ncipaliter sunt ista: cōcupiscētia ti/
mor ꝛ auaricia. ꝛ q̄n eis nō resistiꝛ a viri
bus sensitiuis ꝛ intellectiuis tūc p̄ualēt
ꝛ cōsumaꝛ pctm̄ scđm cōsumatiōnē cōcu
piscētie aut ire. ꝛ illa pugna dī lex mēbro
rū. de q apls. Ro. vij. Uideo aliā legē in
mēbris meis repugnātē legi mētis mee.
Sꝫ intelligēdū est q iste passiōes isur
gētes q̄nq̄ nullā hāt resistētiā: sic̄ in ho
minib⁹ depuatis ꝛ bestialib⁹. q̄nq̄ puaꝫ
sicut in hoib⁹ nō tpatis totalr q̄nq̄ ma/
gnā: sꝫ finalr nō pōt vincere sic̄ in cōtinē
tib⁹: q̄p p̄sonā assumit apls ro. vij. c. Nō
qđ volo hoc facio bonū: sꝫ qđ nolo malū
hoc facio ꝛc̄. Quarto per modum ob/
sidionis. scilicet circumposite quia debe
mus imaginari totum istū mūduz nos
circumstantem iugiter expugnare ca/
strum anime nostre dicente Johan. in ca/
nonica sua. ij. Omne quod est in mūdo

aut eſt concupiſcentia ⁊c. que omīa ani/
me inimicantur. tunc aūt peccatū cōmit
titur: quando ex ſenſibiliū rerum incita
tione conſentit̄ malo. Sed nota ꝙ cō
tingit ciuitatē munitiſſimā ſicut eſt ani
ma expugnari dupliciter. Et primo
quia aut porte male cuſtodiunt̄ et ingre
diuntur inimici. ⁊ hoc eſt quādo ſenſus
exteriores nimis aperiunt̄ rebus ſenſibi
libus vnde dicit̄. Intrauit mors per fe/
neſtras noſtras Hiere. ix. ca. Scdo
quia ciues ꝑ intraneos ſuos traduntur
hoc ↄtingit in illis q̄ hn̄t habitus vitio/
ſos quibus inclinatur homo ad illa na/
turalia ꝓſequenda que ſunt hoſtilia. Et
ideo q2 ſic ſcd̄m doctrinam apoſtoli nos
circumdat peccatū ſicut dixit dominus
ad chayn. Si male egeris. ſ. in cuſtodia
animе tue: ſtatim peccatū in forib9 ade-
V. conſideratio rit gen̄ iiij. Quinta conſideratio eſt q̄
liter peccatū euitat̄ ne cōmittat̄. Eſt aūt
intelligendum ꝙ quando bellū mortale
inſurgit contra aliquā multitudinē ha/
B het quadruplicē viā ad euadendū mor/
tem. Prima em̄ via eſt hoſtes inuadē
do. quia ſunt nōnulli milites ita ſtrēnui
ꝙ aggreſſus hoīm non expectāt. Exem/
pluʒ de Iuda machabeo ⁊ fratrib9 eius
qui anteꝗ̄ hoſtes ad eos venirēt aggre/
diebantur eos. ⁊ ſic eos vincebant; ⁊ ta/
les multū timent̄ ab hoſtibus: ita eſt in
anima. Naʒ ſunt multi ita ꝑfecti qui nō
expectāt inſultus paſſionū. ſed ſic carneʒ
domant ꝙ nō reſurgunt motus. ſicut he
roici ⁊ iſti ex moribus vident̄ filij dei et
hos ſicut xp̄um demones pertimeſcunt
Ma. viij. di. Veniſti ante tempus tor/
quere nos ⁊c. Ita demones pertimeſcūt
tēptare viros perfectos ⁊ heroicos a qui
bus vincunt̄. vnde fuit ſententia antiq̄ꝝ
viroꝝ ⁊ doctoꝝ ꝙ demon victus ab aliq̄
non audet eum plus tēptare de eodē ge/
nere criminis. Scd̄a via eſt hoſtibus
reſiſtendo. quia quando p̄mo inuadunt
ſic̄ Ioſue cuʒ filijs iſrael reſtitit amalech
venienti cōtra eū vt dicitur in exo. xxvij.
⁊ per iſtū modū reſiſtunt tentationibus
paſſionum homines temperati et quāto

virilius pugnant citius vincunt ⁊ tāto
reſiſtentes minus timent. q2 ipſis timo/
rem incutiūt ⁊ minus infeſtant̄. quia ho
ſtes non timent remiſſos bellatores: ſed
magis eos inſequuntur Iacobi. iiij.
cap̄. Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a vobis.
Iſta aūt reſiſtentia virtute orationis ꝑ/
ficitur: ſicut orante Moyſe vincebatur
amalech. quia oratio eſt ſingulare refu/
gium in temptatione. Tertia via eſt
ab hoſtibus fugiendo. quādo em̄ homo
videt ꝙ non ſufficit hoſtibus reſiſtere ſi
vult vitam ſeruare: debet ab hoſtib9 fu/
gere ſicut fugiebat dauid a facie ſaulis.
i. R. ij. in multis locis. Et per hunc mo
dum illi qui ſentiūt ſe ita infirmos ꝙ nō
poſſunt temptationibus reſiſtere: debēt
oportunitatem peccandi ſicut pericula
mortis fugere. ⁊ ſe a vanitatibus ſeque/
ſtrare ⁊ non ſe interficiendi inimicis in/
gerere. ſicut iezabel vltro ſe ingerebat
hieu occidendaʒ. iiij. R. ix. Et per hunc
modū ſequentes ſe ingerunt ſpectacul̄.
affatibus ⁊ iocis mulieꝝ cōtra q̄s ij. pe.
i. cap̄. Fugite inquit eius que in mundo
eſt concupiſcētie corruptionē. Quar/
ta via eſt ad amicos ꝓ auxilio obtinēdo
fugere. quia ſicut gabaonite fugerūt ad
ioſ chananeis impugnantibus eos. ioſ.
xix. ita ꝑ illum modū illi q̄ tentationib9
nequeunt reſieſtre per ſe. debent ad cele/
ſtia contemplanda recurrere q̄ ſunt ami
ca anime ſicut terrena inimica ⁊ per hoc
eij ciūt ſenſibilia inimica anime que ani
mam iugiter impugnant. eo ꝙ eis tota/
liter ſunt contraria. ſicut intrantibus fi/
lijs iſrael terrā ꝓmiſſionis chananei ſūt
expulſi extra terrā ꝓmiſſiōis. vnde quia
meditatio diuinoꝝ eſt ſpecialе cōtra me
ditationeʒ terrenoꝝ refugiū dicēte Hie
ro. Ama ſtudiū ſcripturarū ⁊ carnis vi/
tia nō amabis. Vn̄ apl'us aduerſus ho
ſtes ſpūales occupationib9 nos armat.
eph. vi. Induite vos armaturam dei vt
poſſitis reſiſtere aduerſus inſidias dia
boli. Et iſtis adiūgit̄ q̄nta via. ſ. recur
rendo ad dominuʒ ſicut ſeruus recurrit
ad dn̄m ſuum q̄n impugnat̄ vt defendat̄



ab hoſtibus: ita ⁊ nos exemplo apoſtoli
i. coꝝ. x. Ne magnitudo reuelationū ex/
tollat me datus eſt mihi ſtimulus car/
nis ſcʒ qui meū corp9 affligat. Et ſequit̄
ꝓpter qd̄ ter dominum rogaui vt auferre
tur a me. Et dixit mihi. ſufficit tibi gra/
VI. cōſideratio tia mea ſaule tanꝗ̄ domini. Sexta cō
ſideratio eſt. qualiter peccatū firmatur
Et eſt intelligenduʒ ꝙ quadruplici mo
do peccatum firmat̄. ſ. primo per primi/
tiuam impreſſionem ſicut homo quādo
ab infantia aſſueſcit ad peccanduʒ. quia
dicit Aug. i. de ci. dei. Impreſſiones que
fiunt in prima iuuentute vix deleri pn̄t.
vnde tob. i. docuit filium a iuuētute ſua
timere deū ⁊ recedere ab omni peccato.
quia periculū eſt in mora. puerb. xxiij.
Noli ſubtrahere a puero diſciplinam: ſi
em̄ percuſſeris eum virga non morietur
Et ſequit̄ cum virga eum percutis ani/
mam eius ab inferno liberas. q2 ꝑiculuʒ
eſt in mora. Scd̄o per dilatā ↄuerſati
onem q2 ſicut vulnus cui mox non appo
nitur remediuʒ fit incurabile. ita plaga
anime ſi celeriter nō curat̄ vt dicit Gre.
Peccatum qd̄ per penitentiam nō diluit̄
mox ſuo pondere ad aliud trahit. Ideo
eccli. v. dicit̄ Ne tardes cōuerti ad dn̄m
⁊ ne differas de die in diē q2 q̄to maior
eſt mora tanto maior eſt ſarcina. quia di
cit beatus Franciſcus. ꝙ ſi diabolus pt
accipere capillū de vno homine facit in
eo trabem creſcere. Tertio per repen
tinaʒ recidiuationē q2 ſicut aliquis licʒ
cito conuertatur inde ſtatim poſt cōuer/
ſionem prolabatur: ſicut ſymon magus
qui ſtatim poſt infidelitatis dimiſſioneʒ
prolapſus eſt in hereſim vt dicit Aug. ꝓ
pter qd̄ eius peccatum fuit obſtinatum
⁊ nunꝗ̄ deletū. ſicut plage poſt curatio/
nem renouate cito putreſcunt. Iſti ſunt
ſemen qd̄ cecidit in petram vel viaʒ in q̄
non ꝑmanent effectus ↄtritionis Mat.
xiij. ca. Quarto ꝑ q̄tidianā tranſgreſ/
ſionē: q2 ſicut ex actibus bonis generat̄
virtutis habitus. ita ex malis vitioſus.
⁊ iſti inclinant̄ ad malum ſicut graue de
orſum. ita vt homo vix reſiſtere poſſit. vn̄

talis habitus vitioſus non ſtatim corrū
pitur ſed permanet ⁊ quaſi neceſſitat ho
minē ad peccandū. ſicut in poteſtate no/
ſtra eſt cibum ſumere. ſed eo ſumpto nō
eſt in poteſtate noſtra vt noceat vel ꝓfici
at: ita eſt de mente depranata per hitus
vitioſos. vnde vix poſſumus facere ꝙ a
peccato diſcedat ⁊ operetur bonum. vnd̄
Mat. vij. Non poteſt arbor bona fruct9
malos facere: nec arbor mala fruct9 bo/
nos facere. Septima conſideratio eſt VII. conſideratio
qualiter peccatum obfirmatum radicat̄
vnde occurrunt quattuor remedia ne ꝓ/
cedat. Et primū eſt. ſic̄ in diſciplinis. vn̄
q̄n intellectus eſt durus ⁊ quaſi indiſci/
plinabilis paulatiʒ deducitur a facilib9
ad difficilia que prius nō poterat cape/ D
re: vt patet in eadē ſcientia ⁊ in diuerſis
ita peccatum quādo per multos malos
habitus eſt radicatuʒ debet homo dedu
ci per leuia donec ſucceſſiue ꝑueniat ad
ardua. ſicut docet diony. de eccleſiaſtica
ierarchia dicēs ꝙ debemus ad ſumma
ab infimis deuenire per media in actib9
virtuoſis. quia opera nature non ſunt re
pētina ⁊ ideo curatis ab infirmitate nō
ſtatim eſt ſolidus cibus adminiſtrand9
i. coꝝ. iij. Quaſi paruulis in chriſto dedi
lac vobis non eſcam. quia perfectorum
eſt ſolidus cibus vt dicitur ibidē. Se
cundo ſicut in mechanicis: vt quādo ali
qua ligna ſunt difficilia ⁊ tortuoſa ad re
ctificandum plicantur ad partem oppo/
ſitam donec reducantur ad medium. ita
debet eſſe in moralibus: vt quando ali/
quis inclinatus eſt nimis ad vnam dele
ctationem debet niti ad triſticiam oppo/
ſitam donec reducatur ad regulaʒ rectā
⁊ iſte eſt velociſſimus mod9. quia tales
operationes ſunt maxime contrarie illū
moduʒ docet Aug. quem etiā tenet apo
ſtolus. ij. coꝝ. vij. di. Si contriſtaui vos
in aliquo non me penitet. ⁊c. Tertio
ſicut in ciuilibus in quibus legiſlatores
adeo graues penas imponūt vt triſticia
pene excedat delectationeʒ que in legis
tranſgreſſiōe fit. quia ſi eſſet equalis nō
ſufficeret ad cohibendum. Nam quādo

vires nature ſunt rebelles: ita ꝙ ſubijci non poſſunt: debent penis fortiſſimis affligi. ita ꝙ triſticia peccati delectationē excedat. Et hunc modum eradicandi peccatum tenuit deus in veteri teſtamēto: penas intimando vt habetur deutero. quaſi per totum. Quarto ſicut in medicinalibus: vt quando aliquod mēbrum eſt inſanabile ne ab ipo totum corpus inficiatur abſcindatur: ita in anima quando vires ſunt ita depravate in nobis: ꝙ ſunt totaliter incurabiles: debent a nobis abſcindi totaliter: vt ab eis anima rationalis totaliter ſeparetur abnegando totum actum eis: in quo delectari poſſent. Et hoc fuit remedium ſanctorum patrum fugientium ad deſertum. et illum modum induxit nobis chriſtus Math. v. cap. dicens Si oculus tuus ſcandalizat te erue eum ⁊ proijce abs te.

VIII. conſideratio

Octaua conſideratio eſt. qualiter peccatum a deo remittatur. Et dico quantum ad culpam facillima eſt remiſſio. quia in contritione. ſecundum illud pſal. Cor contritum ⁊ humiliatum ⁊c. Et huius affirmatio habetur. ij. Re. xij. vbi dicitur ꝙ dd ſtatim cuʒ dixit peccaui dixit ei nathan propheta ex parte dei. dominus tranſtulit a te peccatum tuū.

B

Quantum ergo ad penam peccati ad quam remanet obligatio dura: poſt gratie infuſionem ſunt quattuor remedia. quorum ſcilicet Primum eſt lachrimarum effuſio in amara contritione ⁊ compunctione. quia ſicut aqua lauat exteriores ſordes: ita lachryma que originatur a radice mentalis compunctionis lauat interiores ſordes peccati. Iſta ablutio prouenit ex triſticia peccati: que eſt contraria delectationi que fit in illo. quia contraria contrarijs curantur. pſal. Laboraui in gemitu meo ⁊c. Et iterum exaudiuit dominus vocem fletus mei ⁊c. Iſtō fuit remedium peccati petri: poſt ſcilicet tertiam negationem. Luc. xxij. Qui egreſſus foras fleuit amare. Secundum eſt penitētie executio. in carnis maceratione quia ſicut dicit Grego. ſecundum q̄titatem culpe debet eſſe magnitudo pene: vt ſint digni fructus penitentie deutero. xxv. Pro menſura peccati erit plagarum modus. Unde ſi quis penitentiam ſibi adequatam perficeret ſtatim euolaret poſt mortem. quia non conſurget duplex tribulatio in idipſum. naū. i. cap. Tertium eſt amoris accenſio in charitatis inflammatiōe. quia ignis eſt purgatio rubiginis vaſorum. Ideo fuit preceptum numeri. xxxi. ca. ꝙ omnia que tranſire poterāt per flammam ignis purgarentur quando eſſent contaminata. ita per charitatis ardorem purgantur peccata anime prouer. x. Uniuerſa delicta operit charitas. ⁊ i. pe. iiij. ca. Quartum remedium eſt pietatis exhibitio in miſericordie condeſcenſione. quia miſericordiam facientes inueniūt miſericordiam ante dñm ſcōm illud Math. v. Beati miſericordes. Et quoniam illud eſt ſingulare remedium ad placandam irā dei in vltionem peccati ideo dan. cernēs ſententiam diuine vltionis ſupra regem dñm ſuum daniel. iiij. ca. dixit. Conſiliū meum placeat tibi o rex. peccata tua eleemoſynis redime ⁊ iniquitates tuas ī miſericordijs pauperum ⁊c. Hec quattuor remedia habuit maria magdalena. Et primo quia lachrymas ſic copioſe effudit: vt ex illis rigaret pedes domini.

Secundo ardore charitatis ignite concaluit: ideo dicitur Luc. vij. Quoniam dilexit multum. Et Gregorius dicit ꝙ diligebat ardentius q̄ apoſtoli.

Tertio operibus miſericordie circa chriſtum floruit. quia chriſto de facultatibus ſuis continue miniſtrabat Mat. vltimo. Et circa ſepulturam ſuam ſumme ſollicita fuit. vnde Raphel numerās miſericordias Tobie poſuit iter eas ſepulturam mortuorum. Quarto corpus ſuum duriſſimis penitentijs afflixit. quia poſtq̄ venit in marſiliam cū ſororibus domine noſtre ⁊ lazaro fratre ſuo qui fuit primus epiſcopus marſilie ⁊ maximino ⁊ martha poſt regis marſilie cōuerſionem ⁊ infinita eius glorioſa acta



aſcendit in antrum ⁊ ſpelunce aſperitatem vbi cūctis mortalibus ignota pluſ q̄ xxx. annis vſq; ad felicem cōſumationem perſeuerauit. Ideo bene dictum fuit de ea Remittuntur ei peccata multa quia dilexit multum.

IX. cōſideratio

Nona conſideratio eſt. qualiter peccatum poſt remiſſionem a recidiuo preſeruabitur. Circa quod occurrunt quattuor documenta diuine ſcripture: quorum primum eſt per ſollicitam obſeruationem. quia quando aliquis ex negligentia ſua perdit fortalicium ſuum: ſi eum recuperare poterit diligenter cuſtodit illud ne iterum decipiatur.

C

Cum igitur anima. ſcilicet noſtra ſit quoddam inexpugnabile fortalicium ſi bene cuſtodiatur nunq̄ ſuperari poterit prouer. iiij. Omni cuſtodia ſerua cor tuū. q2 ex ipſo vita procedit. Si enim periculum vite eſt cuſtodientibus caſtrum: diligentius cuſtodiunt propter periculum quod imminet. Iſta autē cuſtodia fit per frequentationem pure confeſſionis. ſicut cum incenditur aliqua ciuitas: volens domum ſuam defendere a periculo ignis: ſtatim cum aliqua ſcintilla ſuper domum ſuam cadit extinguit illam: ne ſi multe tales cōgregate fuerint exurgat flamma. ita homo animam ſollicite cuſtodiens: mox vt ſentit aliquam ſcintillam: remorſum q; peccati: ad confeſſionem recurrat ſcōm illud apoſtoli. i. cor. x. Qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. i. ſollicite ⁊ diligenter cuſtodiat ſe

Secundum eſt per initialem trepidationem: quia qui nimis confidunt: frequenter ex ſua fiducia tardati cadunt: ſicut patʒ de goliad a facie. dd. i. Re. xvij. qui autem timent magis ſe cuſtodiunt. Roma. ij. Noli alta ſapere ſed time Iō timens ſepe debet recurrere ad diuinuʒ auxilium. Tertium eſt per aſſiduam in bonis operibus occupationem. quia eadem potentia limitata non poteſt pluribus eſſe intenta. Et ideo quando occupatur circa honeſta nō datur locus euagandi circa illicita. ſicut in naturalibus quando aer eſt bene conuerſus ad radios ſolis non poteſt infrigidari a radijs lune. Iō Hiero. dicit. Semꝑ aliq̄d boni facito ⁊c. q2 diabolus qñ inuenit hoiem ocioſum ſemꝑ dat ſibi negociū. Iō eccleſiaſtici xxxiij. dicitur Multa mala docuit ocioſitas ⁊ luce xviij. Oportet ſemper orare ⁊ nunq̄ deficere quia etiā licet boni actus faciant ad cuſtodiā anime: maxime tamē actus orōnis deuote. Uñ dio. Oratio eleuat animā ſicut turris quāto altior tanto eſt ſecurior. nā facit vt deuʒ ad ſe trahat de ſummo: ⁊ tamen trahendo ad deum aſcendit vt aſcendens ſcalam ad ſe trahere videt̄ ⁊ tñ trahēs ſtante ſcala eleuat̄. ⁊ hoc etiā apparuit i bea. franciſco ⁊ alijs multis ſctis qui in orōe a terra ſunt eleuati. Quartuʒ eſt per rigidam corporalium virium ſubiugationē. q2 natura ſeruorum eſt ꝙ niſi rigide ſubijciantur ⁊ affligentur ſunt rebelles ⁊ contumaces. Ideo prouer. xxix. Qui delicate a puericia nutrit ſeruū ſuum poſtea inueniet eū contumacē. Uires aūt beſtiales ſunt a natura ſeruituti dedite ⁊ ſi rigide non domentur vel eis dominetur rebellant. qui vero rigide dominatur nō moleſtatur ab eis. Ideo apl's. i. cor. ix. cap. dicit: Ego ſic pugno non quaſi aerē verberans: ſed caſtigo corpus meū ⁊ in ſeruitutem redigo ne forte ⁊c. Iſtis ergo conſilijs obſeruatis quilibet poteſt cuʒ diuino auxilio a peccato preſeruari. quia non patitur nos deus tēptari ſupra illud quod poſſumus ſuſtinere: ſed facit etiam cum temptatione prouentum. i. corin. x.

catio debiti in eccleſia non fit ante peni/
tentie ſacramentum. vnde ante ipſū nul
lus obligatur ad penam in hac vita. er/
go nō cadit talis eccleſie remiſſio donec
peccata fuerint per eccleſiam iudicata.
Et ob hoc videtur dari indulgentia ve/
VIII. ꝯſi re penitentibus ⁊ confeſſis ⁊c. Octa/
deratio ua cōſideratio eſt. quando proficiūt iſte
indulgentie. Dicitur autem ꝙ proficiūt
eo tempore cum homo poteſt mereri cū
propter opera meritoria ſemper aſſignē
tur. De quo tempore dicitur Johan. ix.
Me autem oportet operari: opera eius
qui miſit me donec dies eſt. Et quia alio
tempore talia non proficiunt. ideo ſequi/
tur. venit nox in qua nemo poteſt opera
D ri. ⁊c. Intelligendum eſt tamen ꝙ cir
ca iſtam conſiderationē occurrunt quat
tuor veritates quaꝝ. Prima eſt. ꝙ ta/
les indulgētie proſunt exiſtentibus in
hac vita. quia ipſi ſunt in plena iuriſdi/
ctione eccleſie. ⁊ ideo ſicut eccleſia poteſt
eos ad penam obligare: ita a pena abſol
uere. Secunda veritas eſt ꝙ non pro
ſunt exiſtentibus in alio mundo. quia il
li ſunt extra iuriſdictionem eccleſie. cū
ſint extra terminos vie. vnde chriſtus nō
dedit poteſtatem eccleſie ligandi atqȝ
ſoluendi niſi ſuper terram. Tertia ve
ritas eſt. ꝙ proſunt ꝓ iſta vita. quia per
tales indulgentias remittitur peniten/
tentia quā hic perficere oporteret: ſicut
ex carū forma. cum dentur ex iniunctis
penitentijs. Quarta veritas eſt ꝙ pro
ſunt pro alia vita quando dantur exiſtē/
tibus in hac vita. quia illud quod eſt re/
miſſum legitime in curia inferiori. non
pōt legitime exigi in curia ſuperiori. Et
cum dantur iſte indulgentie: remittunꝰ
pene debite in eccleſia exiſtēte ab eo qui
in eccleſia accepit plenitudinem poteſta
tis. Sed ex iſtis veritatibus accipiūtur
duo catholica documenta. Primum
eſt ꝙ nullus prelatus poteſt cōcedere in
dulgentias iam defunctis. quia nō ſunt
ſub eius iuriſdictione. Secundum eſt
ꝙ nullus poteſt lucrari indulgentiam ꝑ
ſuis ꝑdeceſſoribus defūctis quia illi nō
ſunt ſub auctoritate indulgentias confe
rentis. cuius ſignum eſt. quia circa mor
tuorum ſubſidia eccleſia non vtitur mo
do poteſtatis ſed humilitate ſupplicati/
onis. vt dicit beatus dioniſius. Nona IX. cōſi/
conſideratio eſt vbi proficiunt iſte indul deratio
gentie. Dicitur ꝙ quattuor loca diſtin/
guit ſacra ſcriptura vbi conueniunt me/
rita ponderari. Primus locus eſt iſti/
us mundi de quo dicitur in pſ. Statui E
ſti in loco ſpacioſo pedes meos. quia hic
datur ſpacium ad bene operandum.

Secūdus locus eſt purgatoriū de quo
dicitur Job. xxviij. Auro locus eius in q̄
conflatur. quia ille non eſt niſi ad purgā
dum electos. Tertius locus eſt infer
ni. de quo deutero. xxxij. cap̄. dicitur: In
loco horroris ⁊ vaſte ſolitudinis in figu
ra. quia licet ibi ſint multi: tamen nō ſūt
aliquo ordine vel amicitia federati.

Quartus loc⁹ eſt paradiſi. de q̄ Exo.
xxxiij. Eſt locus apud me: cum domin⁹
voluit Moyſi ſuam eſſentiam reuelare

Nunc autē ad propoſitum ſecundū
illa quattuor loca hic ponūtur quattuor
documenta. quoꝝ ſcilicet. Primū eſt
ꝙ iſte indulgentie non proſunt exiſtenti
bus in paradiſo. quia vt patuit directe
reſpiciunt penas. ibi autem nulla eſt pe/
na. immo felicitas ſumma: non quin me
rita in actibus bonis quibus adiūgitur
indulgentia ibi proficiant. quia indulgē
tie introitum illius felicitatis accelerāt.
ſed ex quo ibi ſunt nulle talium indigēt
pro quo ſtatu dixit dominus Moyſi:
Ego oſtendam tibi omne bonum. Se/
cundū eſt ꝙ nihil proſunt exiſtentibus
in inferno. quia ſi ibi proficerent tantum
poſſent multiplicari ꝙ ipſi poſſent a pe/
nis liberari. Cuius oppoſitū dixit chri
ſtus. Aut quam dabit homo commuta/
tionem pro anima ſua. Non tamen vide
tur inconueniens ſi pro illo ſtatu hic pro

ficiant ſicut pro ſtatu purgatorij. quia ſi quis perficiat penitentiam pro peccatis preteritis ⁊ poſtea damnetur per peccatum ſuperueniens: non punitur inferno pro peccatis preteritis. de quibus ſufficientem penã portauit: ſicut dicitur in pſ. Deus non punit bis i id ipſum. ita eadẽ ratione ſi lucratus fuiſſet de illis penis indulgentias. vnde ſi quis poſt plenam indulgentiã peccaret vnico peccato quo damnaretur non puniretur in inferno niſi de illo ſecundum premiſſa ꝛc. Tertium documentũ eſt ꝙ iſte indulgentie non proficiũt in purgatorio exiſtentibꝫ quia pena que eſt eis limitata per ſuperiorem iudicem non poteſt per inferiorẽ diminui vel tolli exquo quis moritur ad certam penam in purgatorio damnatur diuino iudicio ⁊ non humano. Et ideo videtur ꝙ non poſſit ipſum a tali pena liberare quis ſua auctoritate: niſi fuerit abſolutus prius ⁊ tunc proficiunt ꝓ purgatorio ⁊ non in purgatorio. Quartum documentum eſt ꝙ indulgentie iſte ſolum proficiunt in hoc mundo quia dãtur ſecundum auctoritatem militantis eccleſie: que non eſt niſi in hoc mundo. nec eius auctoritas directe ſe extẽdit ad aliud ſeculum niſi quantum in hoc mũ-

Queſtio

do remittitur vt fuit oſtenſum. Intelligendũ eſt tamen ꝙ ſolet fieri queſtio Si princeps eccľe militantis poſſit purgatorium totaliter euacuare. quia ibi videtur eſſe quedam portio militantis eccleſie. quia nõ ſunt in termino. Et illud non obſtat quia non ſunt in ſtatu merendi aut demerendi. tum quia illud poteſt dupliciter intelligi. aut quantum ad penas de preterito iniunctas. ⁊ ſic non videtur. quia ille ſunt iniuncte auctoritate diuina ⁊ non tolluntur humana. aut q̃ntum ad iniungendas. ⁊ tunc poſſet diuinum iudicium preuenire ſoluẽdo. ne deus iterato requirat qui dedit talem poteſtatem ſuper terram vt ſi ſtatueret. quicunq; vltimo momento ſue vite eſſet in ſtatu gratie ꝙ eo ipſe conſequatur plenã indulgentiam. tunc cum nullus deſcendat ad purgatorium niſi in gratia cõſtitutus ⁊ tunc hic eſſet plenarie abſolutus ⁊ ſic nunq̃ vllus deſcenderet ad purgatorium ſed confeſtim euolaret quod eſt mirum. licet appareat verum ex dicto chriſti aſſumptio ſcilicet Quodcunq; ligaueris ꝛc.

X. conſideratio

Decima conſideratio eſt quare iſte indulgentie proficiunt. Dicit autem ꝙ proficiunt ſecundũ qđ eſt ordinatum a deo ad ſupportandam humanam fragilitatem ⁊ infirmitatem ⁊ ad declarandam diuinam benignitatẽ. de quibus dicitur ſapi. xi. Miſereris omnium. quoniam omnia potes. Et iterum. Parcis omnibus. quia tua ſunt omnia qui amas animas. Intelligendũ eſt tamen ꝙ circa iſtam conſiderationẽ occurrunt quattuor documenta quorum ꝑmum eſt ꝙ tales indulgentie non proficiunt quando dantur pro rebus illicitis vt ſi quis daret indulgentiam euntibus ad iniuſtum bellum aut ad inhoneſtũ lucrum vel locum. immo nocent tam cõferenti q̃ ſuſcipienti peccantibus mortaliter ⁊ committentibus ſacrilegium. q̃a ſacra auctoritas a chriſto collata applicatur licitis ⁊ nõ illicitis. Vñ. ij. cor. xiij dicit apoſtolus ꝙ poteſtatem dederat ei dominus non ad deſtructionem fideliũ ſed ad edificationem. F. Secundum eſt ꝙ tales indulgentie proficiunt quando dantur pro bonis operibus: vt pro peregrinatiõe vel pro elemoſynis. quia cui licitum eſt remittere penas: licitũ eſt recipere ſatiſfactionem quantumcũq; paruam. ⁊ ideo cũ ibi fiat aliqua ſatiſfactio proficit pluſq̃ ſi fieret nulla. quia in tali bono opere non ſolum remittitur pena: ſed augetur gloria. Tertiũ documẽtum eſt: ꝙ tales indulgentie de bonis meritorijs non proficiunt ſecundum exceſſum talis meriti. vnde quandocunq; datur maior indulgentia pro minori merito non proficit ad diminuendam penã per modum talem ex merito operis: ſed auctoritate dantis ⁊ per idem tunc proſunt minus bonis ſicut magis bonis.

Quartum eſt ꝙ iſte indulgentie proficiunt abſolute date: quãuis non ſint alicui bono operi adiuncte. quia habẽs plenam poteſtatem in cõmmunitate poteſt ibi debitum ſine aliqua ſolutione relaxare ſicut quodcunq; preciũ recipere. alioquin indulgentie date in mortis articulo non valerent ꝛc. Sed remanet dubium ex premiſſis. quia ſicut penitentia de preteritis peccatis mortalibus facta in ſtatu culpe ſecundum aliquos proficit. ita videtur ꝙ indulgentia que datur ad remiſſionem talis pene in tali ſtatu poſſit proficere ſi daretur abſolute pro q̃cunq; ſtatu ab eccleſia que non ſolũ bonis ſed etiam malis multiplicia beneficia preſtat ſcđm illud quod dicit. Qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos ⁊ malos ꝛc. Qui nobis concedat hic in pñti gratiam: ⁊ in futuro gloriam. Amen.

## In feſto aſſumptionis marie virginis. Sermo. L

Leuata ẽ magnificentia tua ſuper celos ꝛc. pſ. viij. Quia magnificentia regia conſiſtit in larga diſtributione donorum. ⁊ dona ſupernaturalia fuerũt a rege regũ virgini marie largiſſime diſtributa: ideirco cõuenienter dicitur de ipſa magnificentia diuina ꝙ eleuata eſt ꝛc. Et ſcđm hoc huiuſmodi magnificentie aſſumptio ipſius marie virginis dupliciter deſcribitur in his verbis. Primo quantũ ad ſolium in quo fuit inchoata cum premittitur: Eleuata ſcilicet de valle huius miſerie. omne enĩ qđ eleuatur in imo ſtetit. Secundo quantum ad terminum ad quem fuit exaltata. cuĩ ſequitur ſuper celos ꝛc. De quibus duobꝫ dicitur Iob. ij. Ad preceptum tuum eleuabitur aquila. i. mater domini propter ſublimitatem ſui volatus quantum ad primum. Et ponet in arduis nidum ſuum. i. in ſublimitatibus celorum quantum ad ſecundum. Circa primum eſt intelligendum ꝙ cuĩ dicitur eleuata eſt Iſta eleuatio fuit primo in ſtatu patriarcharum ſubtiliter figurata per illũ aſcẽſum quando aſcendit abraham de egypto cũ ſara ſponſa ſua: ⁊ venit ad terrã ꝓmiſſiõis i loco vbi prius fixerat tabernaculũ. Iſte abraam q̃ dictus fuit pater multaꝝ gentium ⁊ ſignificat xp̃m a quo om̃es gentes regenerationis grãm acceperunt ſcđm illud Ioh. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ꝛc. Iſte aſcẽdit de egypto huius ſeculi cum ſara ſponſa que figurat matrem domini. tum q2 ſicut illa concepit angelo nũciante ⁊ ſic maria. tũ q2 cum eſſet ſterilis vt habet in geñ. ꝯcepit virtute ſpiritusſcti. tum q2 genuit filium quẽ pater eius duxit ad imolandũ Cum illa ſara. i. cũ virgine matre noſtra xp̃us aſcendit. quando ipſam in celũ aſſumpſit vbi eſt terra ꝓmiſſionis vbi priꝰ erat tabernaculũ. q2 a mũdi cõſtitutione ꝑparauit digniſſimũ habitaculũ matri ſue iuxta illud io. In domo patris mei manſiones multe ſunt. Scđo in ſtatu põtificũ ſpiritualiter ſignata numeri. ij. vbi dicitur. Eleuabit tabernaculũ teſtimonij per officia leuitaꝝ quando filij iſrael per deſertũ venerunt ad terram promiſſionis. Iſtud tabernaculũ erat ſimilitudo matris domini. tum ſicut in illo repoſitũ erat ſancta ſanctoꝝ: ſic in virgine erat repoſitũ ſcđm Danielẽ ille qui eſt ſanctus ſanctoꝝ. tum q2 ſicut in illo erat archa federis: ſic in virgine humanitas xp̃i in qua humana natura fuit ineffabiliter cõfederata. Illud tabernaculũ eleuauerunt leuite. i. angeli qui tabernaculo celeſti deſeruiũt in ſua aſſumptiõe iuxta illud. Sanctificati ſũt ergo ſacerdotes ⁊ leuite. Tertio fuit in ſtatu regũ ardẽter deſiderata. vñ dđ clamat. Surge dñe in requiẽ tuã tu ⁊ archa ſanctificatiõis tue ꝛc. Iſta archa eſt mat dñi de q̃ dicit apoca. xi. Viſa eſt archa teſtamẽti eius in tẽplo eiꝰ. Iſta ſurrexit in requiẽ dñi qñ aſſũpta eſt ad dexterã filij vñ dr in can. Veni de libano ſoror mea ſpõſa. i. de ſtatu inocẽtie in q̃ ſtetit i hac vita Coronaberis. ſ. corona aurea ꝓpter ſetiratẽ. q2 illa debet oibꝫ ſctis i apoc. Corona aureola ꝓpter virginatẽ vbi eius per-

ſona figuratꝰ in tabula de lignis ſethim imputribilibus que habebant aureolã ꝛc. Corona lapidea in eius martyrio cuius animam gladius pertranſiuit. Corona ſtellea propter doctrine veritatem quia eam de myſterio verbi informauit vt luce ꝛ Joh. i. ſcḋm Hieronymum. De qua corona dicitur Dan. xij. Qui ad iuſticiã erudiũt plurimos. Quarto fuit in ſtatu prophetarum certitudinaliter prenunciata. yſ. iiij. Leuabit dominus ſignum ꝛ congregabit profugos Iſrael. Iſtud ſignum prenunciabat matrem domini. quia illud ſignum fuit in ſyon ſublimatum vt dicit yſa. ſic mater domini fuit ſublimata in ciuitate ſpeculationis diuine. fuit etiam ad gentes exaltatum. ſic mater domini ad agilitateꝫ gentium eſt aſſumpta. Fuit ſuper montẽ caliginoſum vt dicit yſa: ſic mater domini eſt aſſumpta ad terrendos demones illius montis habitatores. Et quando hoc ſignum fuit eleuatum per aſſumptionem congregati ſunt profugi. qꝛ peccatores ſunt deo reconciliati iuxta illḋ ezechielis. xi. Congregabo vos de nationibus ꝛc. Circa ſecunduꝫ principale eſt intelligenduꝫ. ꝙ ſicut poteſt colligi ex dictis beati ambroſij in exameron. cum dictis ceterorum doctorum. xij. ſunt celi diſtincti virtute diuina mirifice fabricati.

B Quorum primum dicitur celum aereuꝫ. ꝛ ſupra illud fuit mater domini eleuata per virtutem humilitatis. ſicut enĩ hoc celuꝫ eſt ceteris infimius: ſic virtus humilitatis fecit matrem domini ancillam ſe dicere cum eſſet domina. vnde dixit Luce. ij. Reſpexit humilitatem ancille ſue. ꝛ iterum. Ecce ancilla domini.

Secundum eſt celum olympicum de natura ignis ſup̄ qḋ fuit ſcilicet eleuata per virtutem liberalitatis. ſicut enim illud celum conſumit terreſtria in corpora ſubtilia conuertendo: ſic liberalitas conſumit temporalia in ſpiritualia commutando. Hac virtute floruit mater domini. quia illas oblationes trium magorum ſtatiꝫ pauperibus pie creditur erogaſſe. iuxta conſilium filij di. Omni petenti te tribue. Tertium eſt celum lune ſupra quod fuit hodie eleuata per virtutem virginitatis. ſicut enim luna propter ſuam influentiam frigidam extinguit inordinatum calorẽ: ſic virginitas omne incendium carnalitatis. ideo virgo in cant. dicitur pulchra vt luna ꝛc.

Quartum eſt celũ mercurij ſupra qḋ fuit eleuata per virtutem patientie. ſicut enim mercurius dominatur aquis ſecũdum ptolomeuꝫ: ſic virtus patientie tribulationibus ipſas ſcilicet vincendo. de quibus in pſ̄. Aſſumpſit me de aquis multis. Hãc habuit mater domini q̃n do fuit de regno iudeorum fugata: vnde regredi non eſt dedignata propter ſalutem eorum vt habet in Mat. Quintum eſt celum veneris ſupra qḋ fuit eleuata per virtutem charitatis. ſicut eniꝫ venus cauſat amicitiam ſic charitas eſt amicicia pura ꝛ amicitie cauſa. Hanc charitatem habuit mater domini vltra omnem puram creaturam. ideo de ea dicitur in cant. Aque multe non potuerũt extinguere charitatem. Sextum eſt celum ſolis ſupra quod fuit eleuata per virtutem ſapientie. ſicut enim ſol illuminat ad videndum ſenſibilia. ſic ſapiẽtia illuſtrat ad cognoſcenduꝫ intelligibilia. Hanc ſapientiaꝫ habuit mater domini quia conſeruabat omnia verba hec conferens in corde ſuo. vt patet in Luca. de ſupercaeleſtibus. Septimum eſt celuꝫ martis: ſupra qḋ fuit eleuata per virtutem magnanimitatis Mars enim inducit ad actum fortitudinis quam habuit mater domini in tempore paſſionis duꝫ apoſtolis fugientibus ipſa iuxta cruceꝫ remanſit. ꝛ tunc fides noſtra dicitur in ipſa ſola matre dñi remanſiſſe. Octauũ eſt celum iouis ſupra quod fuit eleuata per virtutem temperantie. quia ſicut iupiter eſt in qualitate temperatiſſimꝰ ſic mater domini fuit in ſenſibus temperatiſſima. quia ſumme intellectualibus dedita. vnde de ipſa dicitur in luca. Maria optimam parteꝫ elegit que ꝛc. Nonum eſt celum ſaturni: ſupra quod fuit eleuata per virtutem paupertatis. ſicut enim ſaturnus eſt maliuolus omnibus iſtis inferioribus. ſic mater domini ꝑ virtutem paupertatis omnia iſta inferiora contempſit. vnde filium pannis inuolutum in preſepio reclinauit. quia nõ erat ei locus in diuerſorio. Decimum eſt celum firmamenti ſupra quod fuit eleuata per virtutem miſericordie. ſicut enĩ hoc celum habet influentiam generaleꝫ ad omnia inferiora: ſic mater domini per ſuam miſericordiam influit tam iuſtis q̃ꝫ peccatoribus remedia. vnde i pſ̄. xxxij. Miſericordia domi plena eſt terra illa. ſcilicet de qua dicitꝰ in pſ̄. lxxxiiij. Benedixiſti domine terram tuam. Et yſ. Aperiatur terra ꝛc. Undecimum eſt celum criſtallinuꝫ ſupra quod fuit exaltata per virtutem perſeuerantie. motus enim illius celi eſt ſumme diuturnus ſecundum ptolomeuꝫ. ſic mater domini. quia ſola ab inſtanti ſue natiuitatis vſq ad finem preter filium fuit ſine peccato. Ideo dicitur in actibus ꝙ apoſtoli erant perſeuerantes cuꝫ maria matre ieſu. licet non tantum ipſi quantum ipſa. Duodecimum eſt celum empireum ſupra quod fuit eleuata per virtutem beatitudinis ꝛ glorie. quia ſicut hoc celum eſt maius in gloria ſeculi huius omni alio celorum. ſic maior eſt felicitas virginis q̃ꝫ omnium aliorum ſanctoruꝫ. vnde mulieri dicẽti chriſto Luce. xi. Beatus venter qui te por. ꝛc. Chriſtus confirmauit dicens: Quinimo beati q̃ ꝛc. Qꝛ autem ſuper omnes aſcenderit probatur. quia aſcendens ſedet ad dexteraꝫ filij. De quo dicit apoſtolus ꝙ aſcendit ſuper omnes celos vt adimpleret oĩa. ꝛc.

E Circa illud vltimum celum eſt intelligendum ꝙ in ipſo ſunt. xij. manſiones. Et primo eſt eleuata ſupra primaꝫ in qua ſunt ſancti ſine ſuis proprijs meritis: ſed merito paſſiõis chriſti. Et mater domini plus habuit de meritis q̃ꝫ aliqua creatura. ideo dicitur gratia plena.

Secundo eleuata eſt ſupra ſecundaꝫ que eſt angelorum ꝛ ſanctorum ad illuꝫ ordinem aſſumptorum. quia iſti mittuntur ab archangelis. quod non decet virginẽ cũ dignior ſit. Tertio ſupra tertiam que eſt archangelorum ꝛ ſanctorũ quia iſti per virtutem perficiuntur quibus ſacra virgo eſt perfectior in donis ſpiritualibus ꝛ alijs. Quarto ſupra quartam que eſt virtutuꝫ. quia virtutes reguntur a principatibus mater autem domini per neminem regitur: cum ipſa ſit regina omnium. Quinto ſup̄ quintam que eſt principatuum. quia principatus conferuntur per poteſtates ſic ꝑncipantes firmius diuinas illuminationes recipiunt. Mater autem chriſti fuit pluſq̃ꝫ in gratia confirmata. Sexto ſupra ſextam que eſt poteſtatum. q̃a iſti ſunt ſubiecti dominationibus. Mater autem domini nulli debuit eſſe ſubiecta quia nobilior eſt in gratia. Septimo ſupra ſeptimam que eſt dominationum quia dominationes thronorum iudicijs regulantur: Mater autem domini a nemine regulatur. quia ipſa eſt prima regula morum. Octauo ſupra octauaꝫ que eſt thronorum. quia iſti cherubin illuſtrantur. Mater autem domini plus fuit ſapientia plena ipſis: cum ipſam totam conceperit ſapientiam ſcilicet chriſtum. Nono ſupra nonam que eſt cherubin. quia iſti a ſeraphin inflammantur. Mater autem domini plus habuit de charitate q̃ꝫ ſeraphin pro quanto fuit plus deo cõiuncta. Decimo ſupra decimam que eſt ſeraphin quia maior fuit virginis humilitas q̃ꝫ ſuperbia luciferi qui ab huiuſmodi ſublimitate ordinis corruit. vnde virtutis bonũ excedit peccati malum ſcḋm beatum dionyſium.

Undecimo ſupra vndecimam que eſt ierarchie ſupercaeleſtis in qua beatus dionyſius ponit ſolas perſonas diuinas. Et ideo ad hanc non aſcendit niſi chriſtus ad cuius dexteram eſt mater ſed nõ equaliter. Et ideo cum non aſcenderit ad duodecimam nec remanſerit in decima. oportet ꝙ ponatur in vndecima mã

ſione. Iſte duodecim manſiones figu
rate ſunt in apoc. per duodecim funda/
menta ciuitatis hieruſalem ex.xxi. ordi/
nibus lapidum precioſorum. vbi vnde/
cimū fundamentū erat iacinct⁹ q̄ eſt co/
loris celeſtis deſignatus per virginita/
tem ꝓpter celi incorruptibilitatē. Quaꝫ
vndecimam manſionem poſſidet virgo
benedicta in patria. Cuius meritis
gratiam mereamur in preſenti ꝛ in futu
ro gloriam. Amen.

De eadem. Sermo.II.

# D preceptuꝫ tuū

eleuabitur aquila ꝛ ponet in
arduis nidū ſuuꝫ Iob.xxxix.
cap̄. Quia ſm hieronymum mater dn̄i
in ſua aſſumptione fuit ſuper omnes ali
os ſanctos exaltata: ſicut ſuper omnes
alias aues volat aquila iccirco ad deda
rationem prefate feſtiuitatis conuenien/
ter verbum propoſitum eſt aſſumptum.
In quo quideꝫ verbo dei genitrix dupli
citer introducitur cōmendāda. ꝛ ſcilicet
Primo vt a terrenis infimitatibus ex/
altata cum premittitur. Ad preceptum
tuum ele. aquila. Secundo vt in cele/
ſtibus ſublimitatibus collocata. cum ſe
quitur. Et ponet in arduis ꝛc̄. i. in ſum/
mis ſublimitatib⁹ que ſunt difficiles ad
aſcendendum De quibus duabus ſolē/
nitatibus inducitur illud pſ̄: Eleuata
eſt magnificentia tua quantum ad pri/
mum. Super celos quantum ad ſcd̄m.
Dicitur enim mater domini magni/
ficentia dei quia ſuorum donorum deus
magnitudinem maxime in ea demōſtra
uit. Magnificentia eñ conſiſtit in ſum/
ptuum magnitudine. Quia igitur de
eleuatiōe ſancte dei genitricis eſt iſta ſo/
lennitas: iccirco circa ipſam duodecim
I. q̄ſtio queſtiones formantur quarū. Prima
queſtio eſt. quid eſt eleuatio. Et dicitur
ꝙ eleuatio eſt alicuius trāſlatio de loco
inferiori ad locū ſuperiorē ſicut dicit̄ ele
uata gl̄ia dn̄i in ezechiele ſup̄ terraꝫ. Sꝫ
illa trāſlatio quandoqꝫ fit virtute ꝓpria
ſicut in xp̄i aſcenſione. aliquando virtu/
te aliena. vt in virginis aſſumptione. id̄
prima dicit̄ aſcēſio. ſcd̄a dicit̄ aſſumptio
Ideo de iſta ſꝫa aſſumptiōe inducit̄ illd̄
ꝓſagiū qd̄ habet̄ geñ. vii. vbi dicit̄ ꝙ aq̄
eleuauerunt archam in ſublime a terra.
Iſta aūt archa fuit mater dn̄i bn̄dicta
qꝛ ſicut in illa fuit recondita. ſ. omniū vi/
uentiū eſca: ſic in ꝟginis vtō fuit ꝓpara/
tus cibus omniū exiſtentiū in gratia xp̄i
q̄ de ſeipſo ait io. vi. Caro mea vere eſt ci
bus. Et ſicut per archam fuit totus mū
dus a naufragio liberatus in diluuio: ſic
per virginem cognoſcitur ſaluatus a fi/
nali incendio. Iſtam archaꝫ eleuauerūt
aque in ſublime in ſua aſſumptiōe. i. ꝑpli
celeſtis ierarchie. qꝛ aque multe populi
multi ſunt vt dicit̄ in apoc. Sed quedaꝫ
iſtarum aquarum iſtam archam ſic ele/
uantium aſcenderūt de abyſſo: quedam
de celo teſte ſcriptura. qꝛ non ſolum illi q̄
in aſcenſione exierūt obuiam xp̄o: ſed il/
li qui aſcenderunt cum eo de inferno vir
ginem eleuauerunt in ſublime ꝛc̄. Se II. que/
cunda queſtio. Si mater dn̄i fuit eleua/ ſtio
ta. Et dicit̄ ꝙ nullus fidelis dubitat de A
hoc. vt patet ex pn̄ti ſolēnitate. ꝛ ꝯfirmat̄
iſta veritas ex quadruplici teſtimonio
ſacre ſcripture. quoꝝ. Primum eſt can.
iii. vbi ſapiens preuidens illam eleuati/
onem querit in ꝑſona angeloꝝ quaſi ad
miranti͡um ꝛ dicentium. Que eſt iſta q̄
aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi
ex aromatibus mirrhe ꝛ thuris. Sicut
eñ virgula talis fumi ſine violentia aſcē
dit ad regionem ignis ſicut ad ꝓprium
locum: ſic mater domini eleuabatur ad
celum empirreum qd̄ propter eius ſplē/
dorem maximum dicitur igneuꝫ: tanq̄
ad locum ſue ſanctitati maxime cōſonū.
Scd̄m eſt can̄. v. vbi dicitur. Que eſt
iſta que ꝓgredit̄ quaſi aurora cōſurgēs
pulchra vt luna ꝛc̄. Dicit̄ eñ in ſua aſſū/
ptione quaſi aurora. qꝛ cū per ipſam tota
celeſtis curia illuminet̄ ſcd̄m diony. de
angelica ierarchia. principiuꝫ illius cla
ritatis fuit in eius aſſumptiōe tanq̄ au/
rora. Eſt aūt pulchra vt luna. qꝛ totā ſuā
claritateꝫ recipit a ſole iuſticie. Sed eſt



electa vt ſol. qꝛ ſimilata xp̄o. Sed terri/
bilis vt caſtroꝝ acies ordinata hoſtibus
qꝛ iccirco fuit tranſlata vt eius precibus
a fidelibus ſuperent̄. Tertiū eſt cant.
vii. vbi dicit̄. Que eſt iſta q̄ aſcendit de
deſerto delitijs affluens innixa ſup̄ dile/
ctum ſuū. qꝛ beata virgo aſcendens de h̄
mūdo deſerto innixa ſup̄ xp̄m fuit glori/
ficata anteq̄ aſſumpta. ꝛ ideo delitijs af
fluens. Quartū eſt apoc. xii. vbi dicit̄.
Signum magnū apparuit in celo mlier
amicta ſole. qꝛ virgo imediate tūc iuxta
ſoleꝫ diuinitatis fuit collocata Et luna
ſub pedibus eius. Ita vt tota ierarchia
celeſtis a ſole iuſticie ſit illuſtrata. Et in
capite eius corona ſtellarū. xii. i. duode/
cim felicitatib⁹ quas tūc mater dn̄i acq̄/
ſiuit: quas enumerat beatus anſel. de ſi/
III. que militudinibus. Tertia queſtio eſt. q̄/
ſtio liter mater dn̄i fuit eleuata. Dicit̄ ꝙ int̄
ceteras ſimilitudies fuit eleuata ad mo
dū aquile quadrupliciter. Et primo. q̄a
ſicut aquila eleuata dicit̄ reſpicere ſoleꝫ
irreuerberatis oculis ſup̄ om̄ia anialia
ita mater dn̄i ſola in celū aſſumpta reſpi
cit diuinitatē quantū a pura creatura ē
B viſibilis ꝛ plus. Scd̄o qꝛ ſicut aquila
tm̄ aſcendit donec calorē ſolis pōt ſuſti/
nere: ſic mater dn̄i tm̄ fuit glorificata do
nec plus cape non potuit. ꝛ ideo ſic ſola
fuit gratia plena. Tertio qꝛ ſicut aq̄la
euolans collocat nidū ſuū in arduo loco
vt nullus adire poſſit: vt patuit in verbo
thematis: ſic mater dn̄i collocauit nidū
māſionis ſue in tam arduo loco vt nulla
pura creatura ad ip̄m vnq̄ aſcēdere po
tuerit. teſte btō Hiero. Quarto ꝙ ſic̄
aq̄la dicit̄ euolare vſqꝫ ſup̄ tertiū inter/
ſtitiū approꝑinquās vſqꝫ ad ignē: ſic ma
ter dn̄i vſqꝫ ad tertiā ierarchiā ad igneꝫ
deitatis fuit approximata. Idō dicit ſapi.
prouer. iii. ꝙ difficilis eſt via. ſ. aq̄le in ce
lo. i. in aere. qꝛ inacceſſibilis eſt virginis
altitudo in loco vbi collocata dicit̄. ſ. ad
IIII. q̄/ dexterā filij. Quarta queſtio eſt ſi iſta
ſtio eleuatio fuit in ſacra ſcriptura figurata
Et dicit̄ ꝙ ſic q̄druplici figura. Et p̄/
ma fuit de fōte ꝑadiſi. Scd̄a de nube
tabernaculi. de q̄ dicit̄ nūeri. x. Tertia
fuit de archa teſtamēti. i. paralip. xv. ca.
Quarta fuit de virga Moyſi. exod.
xiiij. Iſtas figuras require in ſermōe ſe/
quenti qui incipit. Erit i nouiſſimis die
bus. ꝛ ſunt prime quattuor figure ibi po
ſite. Quinta queſtio eſt. Si iſta eleua V. q̄ſtio
tio fuit in ſacra ſcriptura ꝓnūciata. Et
dicit̄ ꝙ ſic: vt q̄druplici teſtimonio decla
ratur. ꝛ Primo fuit a ſctis deſiderata. C
vñ ait pſ̄. Surge dn̄e in requiē tuā tu ꝛ
archa ſanctificationis tue. Dicit̄ aūt do/
mina archa ſctificatiōis diue. qꝛ ꝑ eius
inhitationē fuit. q̄. plene ſctificata. Se
cundo fuit a ꝓphetis ꝓnunciata. vñ yſ. ij.
Erit in nouiſſimis dieb⁹ ꝓparatus mōs
domus dn̄i. i. mater eius i qua fuit edifi/
cata humanitas xp̄i q̄ eſt templū diuini
tatis ſcd̄m apl̄ꝫ in vertice mōtiū. i. ange
loꝝ iuxta illud pſ̄. Montes. i. angeli in
circuitu eius ꝛ eleuabitur ſuper omnes
colles id eſt ſanctos ꝛ fluent ad euꝫ om
nes gentes propter vniuerſale refugium
matris chriſti. Tertio fuit a videnti/
bus enarrata. vnde yſ. xi. Leuabit domi
nus ſignum i nationib⁹ ꝛ congregabit ꝓ
fugos iſrael. Illud ſignum fuit virgo be
nedicta: in cuius anima tanq̄ in vexillo
fuerunt omnia inſignia regis altiſſimi
picta. Quarto fuit regibus aſſimila/
ta vt patet iij. R. ij. de ingreſſu berſabee
ad regem ſalomonem. Sexta queſtio VI. que
eſt quo tempore fuit mater domini exal/ ſtio
tata. Dicendum quod in. l. anno preter/
mittendo quattuor annos infantie qui/
bus viuitur ſine vſu rationis communi
ter. quia. xij. anno vt referunt hiſtorie fu/
it ei angelus miſſus ꝛ triginta tribus an/
nis vixit cum chriſto ꝛ noueꝫ annis poſt
paſſionem. ꝛ ſic in ſumma ſi infantia nō
numeretur erunt anni. l. Iſte annus di/
citur iubileus. a ſumma leticia: a quo
quidem anno fuerunt quattuor priuile/
gia populo fidelium collata. quorum
Primum eſt quia in eo regis feſtiui/
tas celebrabatur cum ſonitu tubaruꝫ q̄/
rum vſus erat in iubileo. Scd̄um eſt
qꝛ debita remittebant̄. Tertiū eſt q̄a

hereditates recuperabantur. Quar/
tum eſt. quia libertates reddebãtur eis
qui in ſeruitute fuerant: ſic in tempo/
re ſcilicet virginalis aſſumptionis.
Primo fuit mirabilis ſolẽnitas in ce/
lis facta. ſi enim angeli gaudent de con/
uerſiõe vnius peccatoris q̃to magis ga
uiſi ſunt angeli de illa aſſũptione. Se
cundo fuerũt debita relaxata. quia ſicut
xp̃us eſt aduocatus noſter pro peccatis
noſtris apud patrem vt ait io. Aduoca/
tum habemus apud patrem xp̃m iuſtũ
ꝛ ipſe eſt ꝓpiciatio pro peccatis noſtris:
ita virgo ꝓ nobis apd̃ xp̃m vt ait Bern
D ardus. Securum acceſſuꝫ habes homo
apud deum. vbi hades matrem ante fili
umꝛ filium ante patrem. mater oſtendit
filio pectus ꝛ vbera. filius oſtẽdit patri
latus ꝛ vulnera. nulla poterit ergo eſſe
repulſa: vbi ſunt tot charitatis inſignia.
Tertio fuit hereditas reddita. quia
tota ſcilicet hereditas patrie nobis fuit
collata: dum mater domini que eſt ſoror
noſtra fuit regina totius celeſtis regni
effecta. Quarto fuerunt libertates do
nate: quia iugum inimicorum fuit eius
precibus a nobis ſublatuꝫ. ſicut precibꝰ
regine heſter intrantis ad regem aſſue/
rum. Iſte fuit ille annus quãdo miſſus
fuit iohes predicare annuꝫ placabilem
VII. q̃/ſtio. domino. yſ. lxi. Septima queſtio eſt.
quo die fuit mater domini eleuata. Di/
citur autem ſm̃ q̄ colligitur a ſanctis q̄
in die dominico. que dies fuit ſanctifica
ta ſuꝑ omnes alios propter quattuor. et
Primo quia illa die fuerũt angeli cre
ati. Scd̃o quia illa die fuit chriſtꝰ na
tus. Tertio qꝛ illa die xp̃s reſurrexit.
E Quarto quia illa die fuit miſſus ſpi/
ritusſanctus: vt patet in act. Et ideo nõ
eſt mirandũ ſi propter tot ꝛ tanta ſolen/
nia cultus ſabbati ad diem dominicum
eſt mutatus. vt ſit nobis illa dies valde
veneranda qua mater domini eſt aſſum/
pta. In qua fuerunt angeli nouiter illu/
minati per animam virginis ſicut cum
creati. Et ſicut natiuitatem xp̄i illa die
annunciauerũt: ſic eum laudauerunt il/
la die ex nouo munimine ſuſcepto. Et ſi
cut xp̃us ab inferis tunc rediȷt ad mun/
dum: ſic cum mater aſcendit nũc de mũ
do ad celuꝫ. Et ſicut illa die ſpiritusſan/
ctus apoſtolos inflammauit: ſi nunc an
gelos anima virginis ſecundum actus
ierarchicos. vt dicit beatus diony. ideo
illa dies dicitur celeberrima leuit. xviȷ.
cap̃. Octaua queſtio eſt: in quo ſtatu VIII. q̃/ſtio
fuit mater domini eleuata. Et dicitur q̄
quattuor inueniantur ſtatus ſecundum
q̄ fuit diuinitus inſtitutũ vt aliquis ele
uaref. quoꝝ ſcilicet Primus fuit in ſta
tu innocẽtie. in quo fuerũt eleuati enoch
ꝛ helyas adhuc viuentes vita mortali vt
creditur. Secundus fuit in ſtatu grẽ F.
de lege communi: in quo aſcendunt ani/
me ſeparate teſtimonio chriſti Terti/
us fuit in eodem ſtatu de gratia ſingula
ri iam reſurrectione ↄſumata. ſicut chri/
ſtus. Et iſto modo credit̃ de beata vir/
gine quã xp̃us mox reſuſcitauit ꝛ ſecũ in
corpore ꝛ anima tulit. quod probat̃ mul
tipliciter. Primo quia chriſtus dicitur
a ſanctis filius virginis. ꝛ ipſa dicitur
theotocon ſecunduꝫ Hieronymũ ꝛ dam.
nullus autem eſt filius anime ſeparate:
nec ipſa ſcilicet mater: cum generare nõ
poſſit. Secundo quia anime ſepara/
te retardantur a gloria propter inclina/
tionẽ ad corpus. vt dicũt theologi: ꝛ ta/
mẽ plus habent de gloria q̄ꝫ angeli qui
nullatenus retardentur. Tertio quia
illa gratia ſanctis qui cum chriſto ſur/
rexerunt videtur eſſe conceſſa. ſi enim in
puluerem rediȷſſet ſine peccato ſecundã
mortem perſoluiſſet. cum dominus non
puniat bis in idipſum. argue ergo a mi
nori. Quarto ſecundum Bernarduꝫ
Sicut filius oſtendit pro nobis patri la/
tus ꝛ vulnera: ſic mater filio pectꝰ ꝛ vbe
ra. Unde dicit beatus Hierony. q̄ eius
mauſoleum fuit vacuum repertum. Et
ideo Iohannes in apoc. deſcribit eam.
velut mulierem quod non conuenit ani
me ſeparate. Et Aug. Tam precioſuꝫ
theſaurũ. ſ. corpus virginis dignum eſt
accipere celum q̄ꝫ terram ſuum habere.



IX. que/ſtio. Nona queſtio eſt cum quibus virgo
beata eſt aſſumpta. Et dicitur q̄ ſpecia/
G liter. Primo cõmitantibꝰ apoſtolis q̄
omnes eius ſepulture interfuerũt ꝛ om/
nes cum pluribus diſcipulis predicaue
runt ibidem vt inducit Diony. de di. no.
loquens ad thimo. Nos vt noſti ꝛ ipſe ꝛ
multi ſanctorum noſtrorum fratrum cõ
uenimus ad viſionẽ corporis vite prin/
cipis q̄d deum ſuſcepit. Aderat autem
ꝛ frater domini Iacobus ꝛ petrus ſum/
ma ꝛ prouectiſſima theologorum ſum/
mitas. Poſtea viſum eſt poſt viſionem
vt vniuerſe ierarche laudarẽt ſicut vnuſ/
quiſq̄ʒ erat ſufficiẽs infinite virtutis bo/
nitatem thearchice infirmitatis hec dio
ny. Secundo cum ſanctis de hoc mũ
do euolantibus. quolibet enim die cre/
duntur aliqui euolare vt illi qui nouiter
ſunt baptiſati decedentes. Tertio cũ
ſanctis de purgatorio aſcendentibus ſi/
cut ſingulis diebus credunt̃ aliqui euo/
lare. ꝛ creditur q̄ eis fuerit facta aliqua
ſpecialis gr̃a ſicut in reſurrectione chri/
ſti. Quarto cum angelis miniſtranti/
bus qui ſtant in hoc mundo qui cum ſu/
is cuſtoditis redibãt: Et nota q̄ quat
H tuor ſocietates nobiles ei obuiam vene/
runt. Et prima fuit perſonarum diuina/
rum ierarchie ſuperceleſtis beatiſſime
trinitatis que inſeperabiliter comitãtur
ſecundum Augu. de trini. Secunda
fuit chriſti. quia ipa innixa erat ſuper di
lectum ſuum vt patuit ſupra. Tertia
fuit ſanctorum angelorum aſſiſtentium
quia ſi throni ꝛ dominatiões occurrerũt
beato Martino: vt cantat eccleſia: mul/
tomagis marie virgini chriſti matri.
Quarta fuit animarum beatarum et
corporum glorificatorum cum chriſto
aſcendentium in die aſcenſionis. quia
iſti comitantur vbiq̄ʒ chriſtum ſecundũ
Hierony. Et ideo vidit Iohã. in apoc.
q̄ cum chriſto ibant ſancti cum leticia
inenarrabili cantantes canticum no/
X. q̃ſtio uum. Decima queſtio eſt de quo loco
maria fuerit aſſũpta. Et dicit̃ q̄ de val/
le Ioſaphat. quia ibi fuit ſepulta vt te/
ſtatur beatus Hierony. in medio. Iſta
eſt illa vallis in qua iudicandi ſunt vi/
ui ꝛ mortui vt habetur Iohelis iȷȷ. cap̃.
Omnes congregabo in valle Ioſaphat
ꝛ ibi diſceptabo cum eis. Sicut enim iu
dex multorum cauſas determinaturus
conuocat omnes ad domũ hominis ma
ioris ꝛ nobilioris propter honorem eius
vt patet daniel. xiȷȷ. de domo Ioachim.
ita chriſtus volens matrem ſuam glori/
ficare omnes coadunabit vt fiat ſepul/
chrum radix yeſſe glorioſum vt dicit yſ.
Iſte aũt locus fuit conueniens aſſum/
ptioni matri eius quadruplici ratione.
Et prima eſt quia in pricipio illius val/
lis fuit hieruſalem ſita in cuius fine fuit
chriſtus ſepultus vt ſepulchrum matris
et filiȷ non diſtarent. ſicut Ioſeph ꝛ Ra
chel. Secunda eſt. quia ex vno latere I
iſtius vallis eſt mõs oliueti de quo chri/
ſtus aſcendit in celum vt ait euangeli/
ſta de monte oliueti. in pede aũt huius
montis fuit inchoata eius aſſumptio. ſi
cut in eius vertice chriſti aſcenſio. quia
ſolus chriſtus preeminet virgini in p̃na
Tertia ratio eſt. quia ex latere illius
vallis mõs ſyon eſt collocatus. in quo vi
dit Iohannes in apoc. ſ. agnum ſtanteꝫ
ꝛ cum eo ꝛc̃. habentes nomen eius ꝛ no
men patris eius ꝛc̃. Et cantabant ꝛc̃. q̄d
fuit impletũ in aſſumptione matris xp̄i
quando chriſtus cũ celeſti curia venit ob
uiam eius matri. Quarta ratio eſt qꝛ
illa vallis ẽ coniũcta cũ monte ſynai: vt
colligitur ex dictis apoſtoli dicentis: q̄
hieruſalem coniungitur cum ipſo mõte
in quo fuit lex moyſi data que fuit in vir
gine conſumata. Undecima queſtio XI. que/ſtio
eſt per quẽ locum fuit mater domini ele/
uata? Dicitur aũt q̄ ſicut xp̃us ſuꝑ om
nes celos ſecundũ apoſtolũ ſic beata vir
go. vnde cuꝫ decẽ ſint celi ſecundũ theo
logos om̃es pertranſiuit beata virgo re/
tinens virtutem cuiuſlibet ꝛ eorum pro
prietates. Primo enim tranſiuit orbẽ
lune inferiorem: quia ſicut luna contra
ſolem ſemper eſt clara: ꝛ ex parte oppoſi/
ta ſemper eſt obſcura: ita ſuperior por/

cto anime virginis contra ſolem iuſticie
directa eſt plena gloria ⁊ inferior qua de
nobis procurat miſericordia. Scḋo
tranſiuit celum mercurij. quia ſicut mer
curius. teſte ptolomeo influit ad ſcientiā
ſic mater dñi doctores ſanctos inſtruxit
vt lucā Ignacium dyoniſiam dorotheā
⁊ Johannem. Tertio tranſiuit celuꝫ
veneris. quia ſicut venus influit ad ami
citiam ⁊ amoreꝫ teſte ptolomeo: ſic ma/
ter domini impetrat nobis charitatem
⁊ gratiam ⁊c. excedens omnes alios ſan
ctos ī pulchritudine. ſicut illa ſtella oēs
alias. Quarto tranſiuit celū ſolis: q̄a
ſicut ſol illuminat corpora ſupercelestia
ita mater domini poſt xp̄m om̄ibꝰ ſan/
ctis radios ſue lucis cōicat: quoꝝ verū/
q̄ ꝓbat̄ per diony. Quinto tranſiuit
celū martis. q̄r ſicut mars influit ad vi/
ctorias dans bellatores: ſic mater domi
inuocata in temptationibꝫ inimici vincē
di virtutem largit̄: teſte eccl̄ia. Sexto
trāſiuit celū iouis qui influit ad beniuo/
lentiā ſicut fuit dictuꝫ de venere. Se/
ptimo tranſiuit celū ſaturni q̄ influit ad
triſticiā. eo ꝙ dicitur planeta maliuolus
q̄r in ꝯuerſione peccatoꝝ qui infiniti ſūt
matris chriſti p̄cibus cōuertunt̄. influit
em̄ eis triſticiā ⁊ diſplicētiā de peccatis
i. cōtritionē: ſicut pie mr̄ filios corrigēs.
Octauo trāſiuit firmamentū. q̄r ſicut
in illo celo ſunt ſtelle fixe. ita ornatꝰ oim
ſanctoꝝ ſunt deſcripti in v̄gine: ſicut om
niū angeloꝝ in lucifero. teſtibus Iſido/
ro ⁊ dyoniſio. Nono trāſiuit celū cri/
ſtallinuꝫ qḋ dicit̄ primū mobile. q̄r ſicut
illud primo voluit̄ vt alios celos voluat
ſic per actū ierarchicū a xp̄o virgo p̄mo
ad deū cōuertit̄ ⁊ ſucceſſiue om̄es alios
ad ip̄m cōuertit. Decimo tranſiuit ce
lum empirreū: reſidēs in eius ſuperiori
parte cū xp̄o. q̄r ſicut illud dicit̄ influere
maxime ad dominū vitam. ſic mater do
mini ad fidē ⁊ gratiā ꝑ quas anima vi/
uit ideo ꝑ ipſa bene dicit ps̄. Eleuata eſt
XII. q̄/ſtio magnificētia domi ſuꝑ celos ⁊c. Duo
decima queſtio eſt ad quē locuꝫ fuit ma
ter domini eleuata. Et dicitur ꝙ ad celū
empirreum. vt patuit. Sed in dicto celo
ſunt. xij. manſiones. Quere in predicto
ſermone: Eleuata eſt magnificentia in
fine ad litterā C ⁊ ibi plenarie inuenies
Rogemus ergo ⁊c.

De eadem Sermo. III.

## Rit ī nouiſſimis

diebus preparatus mons do
mus domini in vertice mon/
tium: ⁊ eleuabitur ſuper colles ⁊ fluent
ad euꝫ omnes gentes ⁊c. yſ. ij. ca. Sicut
quondam in monte moria qui eſt locus
viſiōis in area ornan iebuſei fuit domꝰ
domini edificata per regem Salomonē
ſic in nouo te. in monte ſyon que eſt mat
domini. iuxta illud ps̄. Nūquid ſion di/
cet homo fuit domus dñi. i. humanitas
xp̄i in qua habitat plenitudo diuinitatꝫ
corporaliter ſm ap̄lm in archa vteri vir
ginalis ſupernaturaliter fabricata. icir
co propheta egregius diuino radio illuſtra
tus huius mōtis exaltationē. i. beate vir
ginis aſſumptionē in verbo ꝓpoſito ana
gogice intellecto deſcribit. In quo q̄dē
verbo mater domini quadrupliciter in/
troducitur. Et p̄mo vt a vetuſtate pecca
ti vniuerſaliter ſegregata. cuꝫ premittit̄
Erit in no. di. i. in principio noui te. in q̄/
bus diebus p̄ma nouitas fuit ꝙ natura
humana in ſacra virgine permanſit ſine
omi ſ. labe peccati. ideo dicit: Erit. quia
vbicunq̄ eſt peccatuꝫ ibi eſt non eſſe. de
q̄ nouitate accipitur illud aggei. ij. Ma
gna erit gloria huius nouiſſime domus
magis q̄ prime. Iſta domus nouiſſima
eſt eccleſia militans. cuius gloria eſt ma
ior q̄ prime. i. ſinagoge. quia ſine pecca/
to omni viuere ſicut fuit mater domini
priuilegium retroacti ſceleris penitꝰ nul
li eſt cōceſſum. Scḋo introducit̄ ma/
ter dei in gratia ſuꝑnaturaliter ꝯſumma/
ta: cū ſequit̄ p̄paratus mons dei in ver/
tice montiū. i. in gratia ornatus ſuꝑ cel/
ſitudinē oim ſanctoꝝ. de quibus dicit̄ in
ps̄. lxxxvi. Fundamenta eiꝰ in montibꝰ
ſanctis. q̄r omnes ſancti ſūt q̄ntū ad gr̄e



ratione gr̄e ſub pedibꝰ virginis ꝯſtituti.
Tertio introducit̄ mater dei vt ī glo
ria paradiſi ſuꝑmūdialiter exaltata. cū
ſequit̄: Et eleuabit̄ ſuꝑ colles. i. ſanctos
angelos. de q̄bus dicit̄ gen̄. xlix. ca. Do/
nec veniat deſiderium colliū eternoꝝ ac
cipiendo eternitatē ꝓ euo. de quibꝫ dicit̄
abacuc. iij. Incuruati ſunt colles mun/
di ab itineribus eternitatis eius: quādo
ſcꝫ aſcēdebat ad filiū eternitatē ꝑcipien
dam. Quarto introducitur mater dei
vt ad ꝓtectionē ꝑ̄ ſuꝑmiſericorditer i
clinata. cū finit̄. Et fluēt ad eū om̄es gē/
tes. ſ. ꝯfidentes de ipſius patrocinijs. de
quibus habet̄ yſ. vi. Ambulabūt gentes
in lumine tuo ⁊ reges in ſplēdore ortus
tui. quia non ſolū gentes videbunt: ſꝫ eti
am reges patrie beneficijs huius virgīs
illuſtrant̄. Circa tertiū qḋ eſt ad ꝓpo/
ſitum eſt ſciendū ꝙ ſcḋm. b. dio. de ange/
ca ierarchia nouē ſunt ordines collium
id eſt angeloꝝ ſupra quos eſt mater do/
mini hodie exaltata. Et primo ſupra
colles angelorum ex celſitudine purita/
tis immaculabilis. quia purior eis fuit
quibus ſcḋm Hiero. ſemꝑ eſt cognata
virginitas. Unde de ea dicitur in can.
Tota pulchra es amica mea ⁊ macu/
la non eſt in te. Scḋo ſupra colles ar/
changelorum ex celſitudine auctoritatis
irrefragabilis. quia ſicut archangeli an
gelis principantur: ſic mater domini ha
bet ſuper archangelos principatum. q̄a
princeps pacis dicitur filius eius yſ. ix.
Idem dicit diony. vbi ſupra. Tertio
ſupra colles virtutum ex celſitudine mi
raculorum. quia per eos virtutes ⁊ mira
bilia fiunt ⁊ ipſa eſt mater illius de quo
dicitur Johannis. i. Omnia per ipſum
facta ſunt. Et ideo decuit vt ei daretur
maior virtus q̄ iſtis angelis. Quar
to ſupra colles principatuum ex celſitu/
dine ſpiritualium ornamentorum ſe/
cundum ꝙ principatus ierarchici de/
ſcribuntur per beatum dionyſi. vnde in
can̄. ſibi dicitur ꝙ pulchri ſunt greſſus
tui in calciamentis que ſunt ſpiritualia
ornamenta filia principis. Quinto
ſupra colles poteſtatum: ex celſitudine
dignitatis cohertionis demonum quod
pertinet ad poteſtates. quia dicit̄ in can̄.
de ea ꝙ eſt terribilis vt caſtrorum acies
ordinata. ſ. ab inimicis qui ab ipſa plu/
ſq̄ ab alijs ſunt fugati. Sexto ſuꝑ col/
les dominationū ex celſitudine dignita/
tis incomꝑabilis que pertinet ad domi/
nationes. vnde q̄r genuit illum cui dici/
tur in ps̄. Tecum principiū ⁊ ꝑ cōſeq̄ns
quia mater dignior eſt ipſis. Septio
ſupra colles thronoꝝ ex celſitudine equi/
tatis indeflexibilis. quia ī thronis iſtis
ſedet deus quādo iudicat iudicia ſua oc
culta ſcḋm Ber. ad Euge. Ideo de vir
ginis equitate di in ps̄. Sedes tua in ſe
culum ſeculi ⁊c. Octauo ſupra colles
cherubin ex celſitudine ſapie inobfuſca/
bilis. q̄r ipſa cōcepit prius mēte q̄ corꝑe
ſcḋm btm̄ leonē ſcꝫ qui eſt dei virtꝰ ⁊ ſa
pientia. Nono ſupra colles ſeraphin
ex celſitudine charitatis inextinguibil.
q̄r iſti ſunt lapides igniti vt dicit̄ in eze/
chiele. Iō de ipſiꝰ equitate di Pone me
vt ſignaculū ſuꝑ cor tuū ⁊c. Sꝫ iſtis. ix.
ordinibus collium correſpondent. ix. fi/
gure: que in ſacra ſcriptura de virginis
aſſumptione declarantur. quarum ſcili/
cet Prima eſt de fonte paradiſi gene. B
ij. Fons aſcendebat de terra ad irrigan/
dum vniuerſam ſuperficieꝫ terre qui in/
de diuidit̄ in quattuor capita. Iſte fons
dicitur virgo beatiſſima: de qua dicitur
heſter. vi. Fons paruus ſcilicet humili/
tatis creuit in fluuium magnum: maxi/
me ſcilicet pietatis. ⁊ in lucem propter
ſui puritatē. in ſolemq̄ cōuerſus ē ꝓpter
filij generationem. Iſte fons aſcēdebat
de terra ſcilicet militātis eccleſie in ſua
aſſumptione ad irrigandum paradiſuꝫ
quia non ſolum viatoribus ſed etiam cō
prehenſoribus per ipſam lumina diffun
duntur: ſcḋm ordinem quē deſcribit bea
tus dionyſius de angelica ierarchia. vbi
dicit ꝙ inferiores a ſuꝑioribꝫ illuſtrātur.
Qui inde diuiditur in quattuor capita
i. in q̄ttuor ierarchias ei ſubditas q̄ irri/
gantur ab ipſa. ſ. ⁊ in tres celeſtes ⁊ vnā

ſupercelestē quas refrigerat vt patuit ſu
II. figura pra. Secunda figura eſt de archa di/
luuij geñ.xx. Iſta archa quaʒ fabricauit
noe qui interpretatur quieſcens ad ha/
bitandum in ea eſt mater dei quaʒ fabri
cauit ille de quo dicit̄ geñ.i.ꝙ requieuit
die.vij.⁊c. vt inhabitaret in ea carnē no/
ſtram aſſumēdo iuxta illud. Lu.i. Spi/
ritusſanctus ſuperueniet in te ⁊c. Et il/
lud tunc fuit verificatum. In ſole poſuit
tabernaculū ſuū Iſta archa fuit eleuata
in ſublime a terra quando fuit in celum
aſſumpta vt verificaretur illud pš. Ele/
uata eſt magnificentia tua ⁊c. Item ſi/
cut per illam archaʒ tempore generalis
diluuij humanum genus eſt liberatū:ſic
per iſtā tēpore vniuerſalis naufragij re/
demptum iuxta illud apoſtoli ad gala.
iiij. At vbi venit plenitudo tempis ⁊c.
III. figura Tertia figura eſt de virga Moyſi
exo.xiiij. vbi dicitur. Leua virga tuam ⁊
extende manum ſupra mare ⁊c. Et ſeq/
tur vt igrediant̄ filij iſrael per mare ⁊c.
Iſta ꝟga ſic eleuata fuit mr̄ dei qñ fuit
i celū aſſūpta q̄ eleuata fuit diuiū.i.reſ/
uatum mare diuine immenſitatis fide/
libus quia ipā eſt mater illius de qua di
citur apoc.iij.ꝙ habet claueʒ dd ⁊c. vt fi
lij iſrael ingrediantur per medium hu/
ius maris per qđ intelligo fruitionē be/
atiſſimam que eſt intima obiecto beati/
fico. Per illam virgam fuit pharao fla/
gellatus: Amalech debellatus: moyſes
ſublimatus: Aaraon confirmatus ⁊ per
illam virginem actiui heroici confortan
tur: contemplatiui ⁊ moſayci ſublimant̄
infideles egyptij flagellant̄: amalech.i.
IIII. figura mūdani expugnant̄ Quarta figura ē
de nube tabernaculi numerorūʒ.iiij. vbi
dicitur. Eleuata eſt nubes de tabernacu
lo federis ſcilicʒ maria mater domini de
eccleſia militante exaltata ⁊ tūc dicitur
ibi. Profectiq; ſunt filij iſrael ꝑ turmas
ſuas in deſertuʒ ſyn. ⁊ recubuit nubes in
ſolitudine pharan. Iſta nubes eleua/
ta: eſt mater domini aſſūpta de eccleſia
preſentis temporis. quia chriſtus i mor/
te pepigit fedus ⁊ tunc proficiſcuntur fi
lij iſrael.i. videntes deum per fidem de
deſerto ſyn qđ interpretatur temptatio.
et ſignificat miſeriam huius vite: vt per
gant ad ſolitudinem pharan que inter/
pretatur frugifer vbi mater dī aſſumpta
quietatur quaſi in fructib⁹ paradiſi. Sʒ
dicitur ꝙ requieuit in ſolitudine. qꝛ nul/
lus alius ad eius celſitudinem aſſumit̄
Iſta aūt nubes continebat diuinam ꝑ/
ſentiam incōmutabilem angelicam cu/
ſtodiam nobis promerendo incommu/
tabiliter. Dirigit in itineribus per ea q̄
demonſtrauit in ſua ꝯuerſatione: ⁊ pro/
tegit ab hoſtib⁹ quos fugauit in ſua con
V. figura ſumatione. Quinta figura eſt. de ar/
cha teſtamenti.i. paralip.xv. vbi dicitur:
ꝙ vniuerſus iſrael deducebat archam
federis domini cuʒ iubilo de domo obe/
dedom in domū dauid q̄ eſt ſyon. Iſta
archa eſt mater domini. quia ſicut in ar
cha veteris teſtamenti ibi fuit repoſituʒ
manna quo fuerunt nutriti filij iſrael in
deſerto. ſic in beata virgine que eſt archa
noui teſtamēti fuit repoſitum ille qui di
cit de ſe ipſo Jo.i. Ego ſuʒ panis viuus
Iſtam archā deducebat omnis iſrael
i. exercitus videntium deum cum iubilo
in ſua aſſumptione de domo obededom
qui interpretat̄ ſeruiens ⁊ ſignificat ſta/
tum vie ad ciuitatem dauid que eſt ſyon
que interpretatur ſpecula. quia ibi in ce/
lo ſunt ſancti. reuelata facie ad facieʒ de/
um ſpeculantes: vt in eandem imaginē
VI. figura transformantur. Sexta figura eſt. de
ſolio templi yſ.vi. vbi dicitur. Uidi do/
minum ſedentem ſuper ſolium excelſuʒ
⁊ eleuatum. ⁊ plena erat domus a maie/
ſtate eius. ⁊ ea que ſub ipſo erant reple/
bant templum. Iſtud ſolium fuit ma/
ter dei in qua ſapientia dei requieuit iu/
xta illud yſ.lxi. Et preparabitur in miſe/
ricordia ſolium eius. id eſt in virgine ſa/
cra: que eſt regina miſericordie. Hoc aūt
ſolium erat excelſum ex ſūmitate perfe/
ctionis ⁊ eleuatum ex ſolēnitate aſſum/
ptionis. Et plena erat domus a maieſta
te eius. qꝛ regia dignitate fulgebat i ocu
lis ſanctorū oim. iuxta illud. Aſtitit re/



gia a dextris tuis. Et ea q̄ ſub ipſo erāt
re.tem. iuxta illud Math.xxij. Et im/
plete ſunt nuptie diſcumbentiū. ⁊ ſequit̄
ſeraphin ſtabāt ſubter illud ſex ale vni.
⁊ ſex ale alteri ⁊ duab⁹ velabāt faciē ei⁹:
et duab⁹ pedes eius ⁊ duab⁹ volabāt. qꝛ
ſpūs ſeraphici qñ voluntatē ⁊ intellectū
dirigūt ad diuinā eſſentiā tūc velant fa
ciem eius: ⁊ tūc dicunt̄ ſtare ſuꝑ ſolium.
Et illa eſt mater dñi: qꝛ ꝑ ſuas potenti/
as vltra eius ſubalitatē vſq; ad diuinā
eſſentiā attingūt. ſed quādo voluntateʒ
⁊ intellectū ad ſeipſos cōuertūt: tūc dua
bus alis velāt corpus ei⁹. ſed qñ volūta/
tē ⁊ intellectū ad create diuertūt tūc ve
VII. figura lant pedes eius. Septima figura eſt
de mre regꝫ pacifici.ſ. ſalomōis.iij. Re/
gum.iij. vbi dī. Uenit berſabee ad regē
ſalomonē: ⁊ ſurrexit rex in occurſum ei⁹
⁊ adorauit eā: poſituſq; eſt thronus ma
tris regis: ſeditq; ad dexterā eius. Iſta
mater regis ſalomonis q̄ dicit̄ rex paci/
ficus eſt mater dñi q̄ vere genuit regem
pacis. vt dī Ephe.ij. Ipſe eñ eſt pax nr̄a
⁊c. Iſta venit ad regē filiū ſuū qñ aſſum
pta fuit in celū ⁊ occurrit ei in occurſum
qm̄ in eius aſſumptōe pie credit̄ ꝑſona/
liter affuiſſe ſm̄ illud Can.iij. Que eſt
iſta que aſcendit de deſerto. vſq; ibi. Et
innixa ſuꝑ dilectū ſuū Et adorauit eā ma
ternū exhibēdo honorē iuxta illud. Ho
nora patrē tuū ⁊ mrēm tuā. poſituſq; eſt
thron⁹ mr̄i regis ⁊ ſedet ad dexteraʒ ei⁹
ſic ipē ad dexterā pr̄is. Jo.ij. Aduocatū
habem⁹ in celis. Sic mater dñi aduoca
ta nr̄a eſt apud filiū ſuū ſm̄ illud Bern.
Securū acceſſum o homo habes ad de
VIII. figura um. ⁊c. Octaua figura eſt de ipā ge/
nitrice agni Lu.i. vbi dicit̄. Exurgens
maria cū feſtinatione abijt in mōtana: ⁊
intrauit domuʒ Zacharie q̄ interpretat̄
memorās bonū. ⁊ deſignat celeſtē patri
am vbi dñs iugit̄ memorat̄. et ſalutauit
Elizabeth.i. eccliam triūphantē vbi eſt
diuina ſaturitas iuxta illđ qđ elizabeth
interp̄tat̄. Et ſequit̄ ꝟbū elizabeth. Be/
ata q̄ credidiſti ꝑficient̄ in te que dicta
ſunt tibi: qđ fuit adimpletū in hac hora
IX. figura IX. figura ē de muliere celeſti apo.xij.
vbi dī. Signū magnū apparuit in celo:
Mulier amicta ſole ⁊ luna ſub pedib⁹
ei⁹. ⁊ in capite ei⁹ corōa ſtellaꝝ duodecī
Signū magnū apparuit in celo qñ ma/
ter dñi fuit aſſumpta vltra celſitudinem
oim angeloꝝ iuxta illud Iere. Leuate
ſignū in ſyon. Iſta mulier tūc amicta fu
it ſole celeſti ſ iterare hic. qñ a verbo ſicut
luna a ſole recepit claritatē. Et in capite
eius corona ſtellaꝝ.xij. q̄ ſunt.xij. beati/
tudines in hac hora ſibi collate quas ſm̄
enumerationē bti Anſhelmi de ſilitudi
nib⁹ ponit: quaꝝ Prima eſt pulchritu/
A do ſine deformitate: qꝛ fulgebūt iuſti ſicꝫ
ſol in regno patris eoꝝ. Scđa eſt ſa/
nitas ſine infirmitate. Tertia eſt li/
bertas ſine ſeruitute. Quarta eſt vo/
luptas ſine inhoneſtate. Quinta ē lō
geuitas ſine corruptiōe. Sexta eſt ſa/
pientia ſine errore. Septima eſt ami/
citia ſine lite. Octaua eſt cōcordia ſi/
ne diſſenſiōe. Nona honor ſine ſuꝑbia
Decima pt̄ās ſine iniuſticia. Un/
decima ſecuritas ſine timore. Et duo
decima gaudiū ſine triſticia. Ad quod
gaudium nos ꝑducat ihs xp̄s meritis
ſue matris. Amen.

De eadem: Sermo quartus

Stitit regina a
dextriſ tuis in veſtitu deau
rato ⁊c. in pš.xliiij. In ver/
bis aſſumptis ꝟgo dei genitrix hodie in
celum aſſumpta introducit̄ q̄drupl'r ad
mirāda. Et.ſ. primo vt preſentata celi
palatio. Scđo vt ꝑlata celi collegio.
Tertio vt locatā in celi ſolio. Quar
to vt ornata celi pallio. Primū ponit
ſtatus pñcialis ibi aſtitit. Scđm oſtē
dit gradū imꝑialis ibi. regina. Ter/
tiū demōſtrat locus coeq̄lis.ſ. a dextris.
Quartū manifeſtat ornatus feſtiua/
lis ibi. in veſtitu deaurato. Circa pri/
mū eſt ſciendū ꝙ triplex cauſa eſt quare
ꝟgo maria fuit celeſti cōſiſtorio pſenta/
ta.ſ. in ſctōꝝ ordinibus. Primo vt fruat̄
bonis celeſtib⁹ integraliter. Scđo vt

qua eū amiſimus.qꝛ per peccatū morta/
le ꝑadiſum amiſimus. Tertio plagā
inflicti vulneris qua animā noſtrā ꝑ pec
catum leſimus. Quarto cenſurā ꝯdē
nati funeris qua mortē illā incurrimus.
Iſta ſunt illa quattuor ſuꝑaddita de q̄/
bus ſapiens eccleſiaſtici dicit.xxvi.capi.
A tribus timuit cor meum.⁊ in.iiij.faci
es mea erubuit. Iſte quartus horror eſt
de quo habet iob.x.ꝙ ſempitern⁹ horror
ibi inhabitat Sed i nouo teſtamēto i
uenies alias.vi.viſiones celeſtis militie
Viſio/ ſolennitatē declarantes.quarꝫ ſcꝫ prima
nes no. viſio eſt apoc.iiij.de ſede dei vt ait Iohā
te. nes di. Poſt hoc vidi hoſtium apertum
A in celo.qꝛ ianua celi non fuit aperta niſi
cōſumatis figuris ve.te. Ecce ſedes po/
ſita erat ⁊ in ſede ſedens.ille eſt princeps
illius militie xp̄us qui ſedet ad dexterā
maieſtatis in excelſis vt dicit ad heb.i.
Ipſe eñ ſedet in ſolio regie maieſtatis
ſue ad imperandū vniuerſaliter.ideo di/
citur ei a pr̄e i pſ. Sede a dextris meis
Scđo ſedet in ſolio paterne ꝑceritа/
tis ad regendū hanc.ſ.militiā affectua/
liter.ideo dicit dio.ꝙ gaudēt om̄es mo/
to patre q̄ motus eſt pater ⁊ affectu ſm
expoſitionē ibidē. Tertio ſedet in ſo
lio iudiciarie poteſtatis ad iudicanduꝫ
equaliter de meritis ſanctorꝫ iuxta illud
pſ. Duo hec audiui.quia tibi poteſtas ⁊
miſericordia.qꝛ tu reddes vnicuiqꝫ iux/
ta opera ſua. Quarto ſedet i ſolio ma
giſtralis auctoritatis ad docendū ſuper/
naturaliter.quia illuminationes a patre
ſibi traditas anagogice ſāctis cōicat iu
xta illud Io. Venit hora cū iam non in
ꝓuerbijs loquar ⁊c̄. Et ſequit ⁊ qui ſede
bat ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpi/
dis ⁊ ſardinis qui confortant viſum. q̄a
ex viſione ſolius huius non obtunditur
oculi pupilla. vt patet in euangelio. Et
iris erat i circuitu ſedis ⁊ ſuper thronos
xxiiij.ſeniores q̄ ſunt.xxiiij.prophete ve/
teris teſtamēti.ſ. Samuel dauid.nathā
gad.omnes ſunt in.i.Re. Achias qui ꝓ/
phetauit ad Ieroboaꝫ regni ſalomonis
iij. Re.xi. Sextus ioſias qui pronuncia/
uit ioſaphat habiturū victoriā de aman
helyas helyſeus.iſaias ieremias.ezechi/
el.daniel.oſee.cum reliquis.xi.prophetꝭ
minoribus vſqꝫ ad malachiam qui eſt vl
timus.⁊ ſic ſunt.xxiiij. Et ſequitur ꝙ ha
bebant in capitibus ſuis coronas aure/
as propter premium ſubſtantiale. ⁊ de
throno procedebant fulgura maledicti/
onum.ſ.⁊ voces increpationum ⁊ toni/
trua cōminationum que per iſtos ꝓphe/
tas fuerunt ꝓlata in veteri teſtamento.
Et ſeptem lampades ardentes añ thro
num qui ſunt ſeptem ſpiritus dei.vel ac
cipiendo pro illis ſeptem ordinibus aſſi
ſtentibus de quorꝫ numero Raphael eſt
vnus vt habetur in tobia. aut pro. vij.ſ.
ſtatibus qui ſunt miſſi a deo in terrā mi/
litātis eccleſie. quorꝫ Primus ſtatus
fuit apoſtolorum. Secundus diſcipu
lorum. Tertius pontificum. Quar
tus doctorum. Quintus martyrum.
Sextus confeſſorum. Septimus
virginum.iuxta illam figuram prouer.
ix.ca. Sapientia edificauit ſibi domum
ſcꝫ eccleſie.excidit columnas.vij. Et ſe/
quitur.⁊ erat mare vitreum ante thronū
quia mediuꝫ qđ eſt inter ſanctos ⁊ xp̄m
in patria:eſt totum perſpicuū. ⁊ quattu/
or animalia ſunt quattuor euangeliſte.ſ.
Matheus qui habet faciem hominis.
qꝛ deſcribit xp̄i hūanitatem. Marchus
leonis.quia deſcribit xp̄i regnum ⁊ reſur
rectionem. Lucas bouis quia deſcribit
xp̄i ſacerdotium ⁊ mortem. ⁊ Iohannes
aquile.quia verſatur circa chriſti diuini/
tatem. Et illa animalia erant plena ocu/
lis.quia doctrina euāgelica eſt plena mi
ſterijs. Et requiem nō habebant clamā
tia ſanctus ſanctus ſanctus domin⁹ de/
us qui eſt ⁊ qui erat ⁊ qui venturus eſt
omnipotens ⁊c̄. Scđa viſio noui.te. II.
eſt de archa teſtamenti.apoc.xij.caꝑ.vbi



dicit ꝙ apertum eſt templum dei in celo
⁊ viſa eſt archa teſtamenti in tēplo eius
Iſta archa eſt xp̄i humanitas in q̄ habi/
tat om̄is plenitudo xp̄i diuinitatis corꝑa/
liter ſm apoſtolum ad col. ij. In illa ar/
cha.noui teſtamēti ſunt abſconditi oēs
theſauri ſapientie ⁊ ſcientie dei vbi dicit
ꝙ viſa eſt i templo dei celi aperto hoſtio
poſt ſuam aſcenſionē.quia in eius aſpe/
ctu omnes anime beatificantur ſicut in
obiecto pulcherrio iuxta illō malachie.
Vobis timentibus nomen meum ori/
etur ſol iuſticie. Et ſequitur ꝙ tunc ſi/
gnum magnū apparuit in celo. Mulier
amicta ſole ⁊c̄. Iſta eſt mater eccleſia q̄
protegitur ⁊ illuſtratur a prefato ſole et
hanc xp̄us deſponſauit ſibi formataꝫ de
dextro latere:ſicut de adam euam. Cu/
ius eccleſie duplex ſtatus deſcribitur. Et
primo ſtatus queꝫ habebit in patria. q̄a
ibi erit amicta ſole.quia ſicut ſol ſuꝑpo/
nitur terre ad illuminandū eam ⁊ inflā
mandum: ſic xp̄us ſuꝑpoſitus eſt eccle/
ſie toti triumphanti ierarchicorꝫ actiuꝫ
ſibi radios diffundens ſm dio. Et luna
ſub pedibus eius. i. eccleſia militans.
que ab eodem ſole licet difformiter ⁊ mi/
rabiliter illuminatur. quia luna accipit
claritatem a ſole. Et in capite eius co/
rona ſtellarum duodecim que ſunt duo/
decim preclare felicitatis partes: quas
enumerat beatus Anſel. de ſimilitudi/
B nibus. Quarum prima eſt pulchri/
tudo ſine deformitate.quia fulgebunt iu
ſti ſicut ſol in regno patris eorꝫ. Scđa
eſt agilitas ſine mole et grauitate. quia
aſſument pēnas vt aquile iuxta ꝓphetі/
cum dictum. Tertia fortitudo ſine in
firmitate.qꝛ vt dicit quilibet poſſet vol/
uere celum.quia mutabunt fortitudineꝫ
ſecundum eundē prophetam. Quar/
ta libertas ſine ſeruitute.quia regnabūt
ſuper terram vt dicitur in apoc. Quin/
ta ſanitas ſine paſſiōe, quia neqꝫ luctus
neqꝫ dolor erit vltra apoca.xxi. Sexta
longeuitas ſine morte. quia mors vltra
non erit:vt ibidem. Septima ſapien
tia ſine errore.quia oculo ad oculum vi/
debunt yſa.lv. Octaua concordia ſine
lite.quia illa ciuitas dicitur pacifica. et
rex pacificatus ibidē. Nona honor ſine
ſuperbia. quia heredes dei : coheredes
autem chriſti ſecundum apoſtolum.
Decima poteſtas ſine iniuſticia. quia
tunc inducetur iuſticia ſempiterna daň.
ix. Undecima ſecuritas ſine metu.qꝛ
qui timet non eſt perfectus in charitate.
i.Ioh.iiij. Duodecima gaudiuꝫ ſine
fletu.⁊ gaudium eorum nemo tollet ab
eis Ioh.xvi. Iſta autē mulier q̄tum ad
ſtatum huius vite habens in vtero xp̄m
quo eſt grauida:parit ipſum in mentib᷒
noſtris cum circuitu qui prouenit ex no
ſtra reſiſtentia iuxta illud ad gal. x.caꝑ.
Filioli quos iterum parturio donec per/
fecte formetur chriſtus in vobis qui ra/
ptus eſt ad deū ⁊ ad thronū eius. Hanc
mulierem perſequitur draco magnus et
ruffus.id eſt diabolus qui habet ſepteꝫ
capita.id eſt ſeptem peccata mortalia et
decem cornua que ſunt decem tranſgreſ/
ſiones preceptorum.⁊ trahebat tertiam
partem ſtellarum celi. id eſt angelorum
a celo cum eo cadentium. Et fugit mali
er in ſolitudinem.quia non poteſt fugere
perſecutionem draconis niſi ſit ſepara/
ta a mundo pro quo in euangelio. domi
nus voluit patrem rogare. Et ſequitur
factum eſt prelium in celo Michael et
exercitus eius pugnabat cum dracone
non in celo eccleſie triumphantis. quia
ab ea electus fuerat a principio ſed in ce
lo eccleſie militantis.de q̄ celo dicit do/
minus in euangelio. ꝙ doctor qui man/
datum ſoluit eſt minimus in regno ce/
lorum quia draco nititur eccleſiam ſub/
uertere aſſiſtente ei qui nunc factus eſt
princeps eccleſie ſicut tunc erat ſynago/
ge: vt ſancti colligunt ex hoc loco: ſed
non preualuit draco. quia ſancta eccle/
ſia vſqꝫ in finem perſeuerabit iuxta il/
lud promiſſum chriſti Petro dicentis.
Ego pro te rogaui petre vt non deficiat
fides tua. Tertia viſio eſt apoca.xiiij. III. vi.
de monte ſyon qui interpretatur ſpe/
cula de quo dicitur in pſalm. Domine

quis habitabit in tabernaculo tuo. ꝛ ſupͣ
montem illum ſtabat agnus ille qui eſt
princeps totius militie. i. xp̄us de quo in
apoc. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt
ꝛc̄. Ille habitat ſupra mōtē. q2 eſt caput
totius eccleſie triūphātis. ꝛ cū eo. cxliiij
milia. i. omnis multitudo collecta ex. xij.
tribubus ſpūalibus apoſtoloꝝ. xij. q̄ nu/
merus ptinet ad celeſtē ſimilitudinē q̄
eſt in. xij. manſiōibus feliciter ordinata
vt infra patebit. Et iſti habebāt nomen
eius ꝛ nomen patris eius ſcriptū in frō/
tibus ſuis. Et ſi querit̄. qđ erat nomē il/
lud. Dicitur vno modo ſcđm vetus teſta
mentū ꝙ nomen dñi eſt. ſ. tetragramatō
q2 illud debebat ſcribi ſup frontē ſacer/
dotis intrātis tabernaculū. Omes autē
ſcti ſunt ſacerdotes dei. q2 ſeruiunt in tē
plo eius die ac nocte vt dicitur in apoca.
Iſtud aūt nomē conſtat ex quatuor lrīs
quaꝝ pma ſignat iſte. Scđa eſt. Tertia
principiū. Quarta vite. Sed alio modo
ſcđm no. teſtm̄. dicit̄ ꝙ eſt nomē ignotū
iuxta illud apoc. Vincenti dabo nomē
nouū qđ nemo nouit niſi qui accipit. Et
ſequit̄. Et cantabāt canticū nouū añ ſe/
dem dei. quia cōpleta reſurrectiōe inno/
uabitur laus diua ex glīa ſupaddita cor
pali. Et nemo poterat dicere canticū ni/
ſi iſti. quia omnes illi qui cū iſtis nō nu/
merabunt̄ erūt in blaſſemia ſempitna vt
patet i apoc. Iſti dñtur empti de terra. q2
xp̄i ſanguine redempti ſunt omes electi.
Iō dicit̄ i apoc. Redemiſti nos i ſangui
ne tuo. Quarta viſio eſt de ext̄atione
IIII. vi. ꝛ celi aptiōe apoc. xix. vbi ait Iohes. Vi
di celū aptum. ꝛ ecce equus albus. ꝛ qui
ſedebat ſup eum vocabat̄ fidelis ꝛ verax
Iſte equus albus eſt chriſti humanitas
preclariſſima ex puris ſanguinibus vir/
ginis generata. albedo em̄ maxime par/
ticipat lucem. Dicit̄ aūt equus. q2 a dei/
tate ſicut a ſeſſore dirigebatur. Ideo qui
ſedebat ſup eum p aſſumptionē vocaba
tur verbū dei incarnatū. Et veſtit⁹ erat
veſte aſperſa ſanguine. i. ſua corpeitate
rubricata in paſſiōe. Et exercitus q̄ ſunt
in celo ſequebant̄ eum in equis albis. i.
omnes ſancti poſt reſurrectionē in corpi
bus glorificatis. de quibus dicitur ibi ꝙ
beatus eſt qui partem habet in reſurre/
ctiōe prima. in his em̄ ſcđa mors nō ha/
bet partem. Et iſti omnes. erant veſtiti
veſtibus albis que ſunt ornamenta ſpe/
cialia ꝛ ſpiritualia pertinentia ad intel/
lectum propter illuminationem albedi/
nis ſicut ibi habetur de biſſo ꝛ purpura:
ſicut ſunt ſanctorum virtutes. Et ſequi/
tur ꝙ angelus exiuit de celo vocās aues
id eſt demones ad deuorandum carnes
tribunorum ꝛc̄. q̄a peccatores potentes
potēter tormenta tolerabunt ꝛc̄. Quin
ta viſio eſt de ciuitate paradiſi apoc. xxi. V. viſio
cap̄. vbi ait beatus Iohannes. Vidi ce/
lum nouum ꝛ terram nouam. quia poſt
diē iudicij erit lux lune ſicut lux ſolis:
Et lux ſolis ſeptēpliciter clarior. vt dici
tur yſ. xxx. cap̄. Et ſtabat luna in occidē
te ꝛ ſol in oriente ſcđm theologos immo
biles cum toto firmamēto. quia iurauit
angelus per viuentem in ſecula ſeculoꝝ
ꝙ tp̄s nō erit ampli⁹. Et ſequit̄ in apoc.
Et celum ꝛ terra abierunt. ſcilicet ſcđm di
ſpoſitionem. non ſecundum ſubſtantiā
vt ait dioniſius. quia vt dicit Gregorius
Celum ꝛ terra per eam quam nunc ha/
bent figuram tranſient: ſed per eſſentiā
ſine fine ſubſiſtent. quia omnia deducē/
tur ad ſtatum meliorem ꝛ nobiliorem.
Et Auguſtinus de ciuitate dei. Figura
hu⁹ ſeculi preterijt nō natura ꝛ materia
iam non eſt. ſ. quantum ad priorem cor/
ruptibilitatem. Sequitur Vidi ciuita/
tem ſanctam hyeruſalem nouam deſcē/
dentem de celo ꝛc̄. Iſta eſt vniuerſitas
ciuium supernorum nobiliſſima qui pa/
rati ꝛ ornati felicitatibus cum chriſto ad
iudicium venient: ſecundum illud iude
apoſtoli in cano. ſua. Et veniet domin⁹
cum ſanctis in nubibus facere iudiciū
Et ſequitur. Audiui vocem de throno
di. Ecce tabernaculum dei cum homini
bus ꝛ habitabit cum eis. Et ſequitur ꝙ
ciuitas habebat. xij. portas que ſunt duo
decim articuli fidei: ſine quibus nemo
poteſt intrare hanc ciuitatem: vt ibidē



dicitur de incredulis ꝛ nomina apoſtolo
rum in eis ꝛ agni. quia ab apoſtolis de
chriſto fuerunt collecti articuli duodeci
ꝛ ciuitas habebat duodecim fundamē/
ta ex lapidibus precioſis que ſunt duode
cim māſiones in celo empirreo. Prima
eſt ſenatoꝝ qui ſunt in celo non ſuis me/
ritis proprijs ſed paſſiōis chriſti merito
vt paruuli baptiſati tantum infra ange/
los vt ſupra patuit. Et nouē ſunt ange
lorum ꝛ cum eis habitantium in nouē
ordinib⁹. Vndecima eſt beate virginis
que omnes excellit. Duodecima māſio
eſt ierarchie superceleſtis in qua nō ſunt
niſi tres perſone diuine. Et ciuitas illa
non eget ſole neq̄ luna quia claritas dei
illuminat eā ſpiritualiter. ꝛ lucerna ei⁹
eſt agnus corporaliter. nec intrabit ali/
quid coinquinatum in eam per corrupti
onem carnis nec faciens mendacium p
fraudulentias mentis: ſed tantum ſcri/
pti in libro vite agni per indelebilē gra
tiam aut ſaltem ſcripti per penitentiam
veram. quia per peccatum mortale quili
bet de libro illo deletur exodi. xxxij. dixit
moyſes Aut parce populo huic aut dele
me de libro tuo quē ſcripſiſti ꝛc̄. Sex
VI. vi. ta viſio eſt de fluuio throni apoc. vltimo
vbi ait beatus Iohannes Oſtendit mi
hi angelus fluuium aque viue tanq̄ cri
ſtallum procedentem de ſede dei ꝛ agni
Iſte fluuius eſt felicitas intellectiua. q̄a
ſplendida ſicut fluuius. Sed ignis dici/
tur in dan̄. hoc eſt felicitas volitiua. quia
vtraq̄ dicitur fluuius. quia a deo conti/
nue influuntur. Ideo dicitur in libro ſa/
pientie. Ego ſapientia effundam flumi/
na. Iſte fluuius procedebat de ſede dei
ꝛ agni id eſt de diuina eſſentia obiecti/
ua: in qua tres perſone ineffabiliter ſi/
cut in loco ſuo reſident naturaliter. Et
ex vtraq̄ parte fluminis lignum vite eſt
chriſtus qui non ſolum eſt ibi: vnde il/
le fluuius oritur eſſentialiter: ſed etiam
ibi terminatur finaliter ſcilicet in men/
tibus ſanctorum. iuxta illud Iohannis.
In illa die vos cognoſcetis. quia vos in
me. et ego in vobis. Illud eſt lignum vi
te de quo ait ſapiens loquendo de ſapi/
entia ingenita Lignum vite eſt his qui
apprehenderint eam. Sed illud lignū
vite profert duodecim fructus qui faci/
unt. xij. potencias animarum ſanctarū
in patria. quarum Prima eſt lumino
ſitas in chriſto: ad faciendum viſum cu
ius primum obiectum dicitur lux.
Secunda eſt in chriſto vocis ameni/
tas ad faciendum auditū quia ad ame/
nitatem vocis ſue ſunt mortui ſuſcitati
ſecundum apoſtolum ad theſſa. iiij. cap̄.
Tertia eſt in ipſo guſtus ſuauitas
ad faciendum guſtum per impreſſionē
alicuius qualitatis virtualiter continen
tis omnem ſaporem vt dicit quidam do
ctor. Quarta eſt actus odoratus dele
ctabilitatis per vaporem infuſum orga/
ni beatorum. Quinta eſt tactus leni/
tas. quia nulla erit ibi qualitas infici/
ens ꝛ inferens violentiam tactui. ideo
dicit ſupra Neq̄ cadet ſuper illos ſol ita
vt non ſolum potentie intellectiue: ſed
etiam ſenſitiue ſint in plena beatitudi/
ne quietate. Sexta delectabitur in ip/
ſo virtus ymaginatiua. quia ſpecies no/
biliſſime infundentur vt ex ymaginatio
ne mala non poſſint contriſtari. Se/
ptima virtus concupiſcibilis. quia obie
ctum ſuum delectabile habebit in chri/
ſto p obiecto. Octaua virtus iraſcibi/
lis quia ſumme arduum erit quod at/
tinget. quia eſt per naturam impoſſibi/
lis. Nona memoria q̄tum ad intelle/
ctiuam animam quia in ipſa erunt me/
morabilia. ſumme placita a chriſto infu
ſa. Et ideo dicitur in apoca. ꝙ priorum
malorum non recordabuntur. Deci/
ma potencia inferior rationis: que co/
gnoſcit in chriſto tanq̄ in ſpeculo clariſ
ſime omīa inferiora. Vndecima por/
tio ſuperior que contemplabitur in ipſo
omnia: ſcꝫ ſuperiora. Duodecima vo/
luntas que in ipſo perfruetur deitate be
atifica. Folia autem ligni huius erunt
ad ſanitatem gentium iſtarum. quia vir

tuces que ab ipſo fluunt curabunt om/
nem mortalem infirmitatem. Et ſequi/
tur ꝙ omne maledictum non erit ampli
us: et ſerui ſunt dei. et ſedes dei ⁊ agni il/
liꝰ erunt et ſeruient ei die ac nocte ⁊ vide
bunt faciem eius ⁊ nomen eius ſcriptuꝫ
in frontibus ſuis. ⁊ nox vltra non erit. et
non egebunt lumine lune nec ſolis atqꝫ
ſtellarum quia claritas dei illuminabit
illoꝫ. ⁊ regnabunt in ſecula ſeculorum in
gaudio ⁊ pace. Quod nobis concedat
chriſtus ieſus dei et virginis filiꝰ. Qui
viuit et regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

In commemoratione omnium
defunctorum. Sermo. I.

Dominus morti-
ficat et viuificat: deducit ad
inferos et reducit. i. Re. ij. cap.
In verbo propoſito deſcribitur ſtatus
hominis morientis q̄tum ad quattuor
conditiones ſcilicet. Primo q̄tum
ad egreſſum. Secundo quantum ad
progreſſum. Tertio quantum ad in/
greſſum. Quarto quantum ad regreſ
ſum. Primo quantum ad eius egreſ/
ſum deſcribitur cum dicitur Dominus
mortificat. corpus enim non mortifica/
tur: niſi per hoc ꝙ anima ab ipſo egre/
ditur. vnde dicitur geñ. xxxv. cap. ꝙ egre
diente anima pre dolore mortua eſt ra/
chel. Secundo q̄tum ad eius pro/
greſſum cum ſequitur viuificat. tunc eñ
anima viuificatur quando in gratia con
firmatur ſicut angeli boni quando fue/
runt ad deum conuerſi. Ideo dicit pro/
pheta in pſ̄. Si ambulauero in medio
vmbre mortis: non timebo mala. quo/
niam tu mecum es. Tertio q̄tum ad
eius ingreſſum. cum additur: ⁊ deducit
ad inferos. ad tempus ſcilicet dimitten/
do in purgatorio eos qui de peccatis nō
plene ſatiſfecerunt vt quilibet eorum di/
cere poſſit illud pſ̄. Dolores inferni cir/
cumdederunt me. Quarto quo ad
eius regreſſum. cum poſt ponitur. Et re
ducit ſcilicet poſt ſatiſfactionem aſſumē
do ad paradiſum. Unde deutero. xx. di/
citur. Reducet te deus tuus de captiui/
tate tua. quia ſic ponuntur in captiuita/
te: ſicut debitores donec ſcꝫ debitum ſol/
uāt. Eſt igitur circa mortis tranſituꝫ
intentio verbi propoſiti. iccirco occurrūt
circa mortis tranſitum. xij. conſideratio
nes quarum Prima eſt quid eſt mors — I. conſi/
Dicit autem Dionyſius. ꝙ mors non — deratio
eſt alicuius rei conſumptio: ſed coniun/
ctorum ſeparatio. Iſta autem diffini/
tio. quadrupliciter declaratur. Pri/
mo quia ſecundum dicta ſanctorum ho
mo conſtat ex anima et corpore: ſicut ex
materia ⁊ forma. et tamen ſeparata ani/
ma a corpore remanet idem corpus nu/
mero ſicut docet ſanctus Ambroſius de
ſacramentis de corpore chriſti. et anima
non deſtruitur ⁊c̄. Secundo quia ſe/ — E
cunduꝫ dicta artiſtarum Homo eſſen/
tialiter non conſtat niſi ex aīa rationa
li cum prima materia. quorum vtrumqꝫ
eſt incorruptibile. et ideo quando ſepa/
rantur nullus eorum cōſumitur. Ter
tio quia ſecundum dicta philoſophoruꝫ
Anima intellectiua eſt ab intrinſeco. et
ideo ſicut aduenit corpori iam genito:
ita ſeparatur ipſo iam corrupto. Quar
to quia ſecundum dicta theologorum.
mors hominis diſtinguitur a morte bru
ti. quia ſecundum beatum Gregorium.
in dialogo. Spiritus brutoruꝫ carne re/
gitur ⁊ cum carne moritur. ſpiritus au/
tem hominis carne regitur: ſed cum car
ne non moritur. Iſta diffinitio mortis
militat contra illos qui ad modum be/
ſtiarum viuentes aliam non putant eſſe
vitam de quibus dicitur eccleſiaſtes. iij.
Dixi in corde meo de filijs hominum:
vt probaret eos deus ⁊ oſtenderet ſimi/
les eſſe beſtijs. Unde quia mors eſt con/
iunctorum ſeparatio. hinc dicit ſap̄. eccl.
vltimo. Reuertatur puluis in terram ſu
am vnde erat et ſpiritus redeat ad deuꝫ
qui dedit illum ⁊c̄. Secunda conſide — II. cōſi/
ratio eſt que ſunt proprietates mortis. — deratio



Dicitur autem ꝙ ſunt. xij. Prima eſt
certitudo indubitabilis. Secūda du/
bietas incertificabilis. Tertia eſt ve/
locitas inptrāſibilis. Quarta eſt fina — F
litas imperlongabilis. Quinta eſt vo
racitas irremediabilis. Sexta eſt ſe/
ueritas indeclinabilis. Septima eſt
terribilitas incomparabilis. Octaua
eſt ſecuritas imperturbabilis. Nona
eſt amaritudo inenarrabilis. Deci/
ma eſt dulcedo infatigabilis. Unde/
cima eſt penalitas irremediabilis.
Duodecima eſt vilitas inappreciabi/
lis. Hec ⁊ alia patebunt inferius. Pri
mo dico ꝙ mors eſt certitudo indubita/
bilis. quia ſtatutum eſt homini ſemel
mori apoſtolus ad hebre. ix. Iſta autem
certitudo tollitur ex hoc ꝙ videmus hoc
euenire hominibus. vnd̄. i. Re. xiiij. Om
nes morimur et quaſi aque dilabimur
ſuper terram non reuertentes. Secū/
da eſt dubietas incertificabilis. quia licꝫ
quilibet ſciat ſe eſſe moriturum: nullus
tamen ſcit quādo morietur: propter hoc
dicebat yſaac eſau filio ſuo Geneſ. xxvij.
Uides ꝙ ignorem diem mortis mee.
Et Auguſtinus. Nihil certius morte:
nihil incertius hora mortis. Tertia
eſt velocitas inpertranſibilis. quia ſicut
nullus poteſt ita velociter fugere vmbrā
quin ipſa velocius ſequatur eum: ita
eſt de morte. vnde Iob. ix. capit. Dies
mei ſicut vmbra ſunt ſuper terram.
Quarta eſt finalitas imperlongabilis
quia nulla cauſa dies mortis pertranſi/
ri poteſt Prefixus tanqꝫ citatio peremp/
toria. Ideo dicit iob. xiiij. Breues dies
hominis ſunt. conſtituiſti terminos eius
qui preteriri non poterunt ⁊c̄. Quin/
ta eſt voracitas irremediabilis. quia a
voragine mortis nullus reuertitur: qui
nunciet nobis que ibi agantur. Ideo de
diuite epulone dicitur in euangelio ꝙ ro
gabat patrem abraam vt mitteret laza/
rum ad fratres ſuos vt annunciaret. vi/
de luce. xvi. Ideo dicitur Iob. vij. Me/
mento quia ventus eſt vita mea et non
reuertetur oculus meus vt videat bona
nec aſpiciet me homo ⁊c̄. Sexta eſt ſe
ueritas indeclinabilis. quia impoſſibile
eſt per quamcunqꝫ viam declinare mor/
tis iudicium nec prece nec ſorte nec ti/
more nec promiſſione aut adulatione.
vnde Bernardus in libro qui dicit car/
mia. Nulli mors impia parcit tam iuue
nes rapit q̄ꝫ ſenes. Nullius miſeretˀ per
nullam ſortem poteris depellere mor/
teꝫ Non parcit ſeni nec etati non parcit
honori: Sed falce ſua omnes vt herbaꝫ
ſecat. quia chriſtus nec ſibi nec pater fi/
lio ſuo pepercit. proter quod dicit pro/
pheta in pſ̄. Quis eſt homo qui viuet
et non videbit mortem vt eruat animam
ſuam de manu inferi q. diceret nullus.
Septima eſt terribilitas incompara
bilis. quia omnes alij terrores menſu/
rantur per iſtum. vnde homo timet ig/
nem et precipitium propter mortem qui
dicitur vltimum terribilium homini in
fideli. quia dubitat totaliter annullari
et peccator damnari. Ideo prouerbioꝝ.
xx. dicit ſapi. Sicut rugitus leonis ter/
ror regis. ⁊ ſequitur pro mortis periculo
qui prouocat eum peccat in animam ſu/
am. Octaua eſt ſecuritas impertur/
babilis quia fideles ⁊ iuſti ſunt de morte
ſecuriſſimi: quia in melius mutabuntur
Ideo dicebat chriſtus. Mat. iiij. Noli/
te timere eos qui occidunt corpus ⁊c̄.
Nona eſt amaritudo inenarrabilis
quam mors habet ad infidelem ⁊ pecca
tores. vnde peccator rex Amalech dice/
bat. i. Re. xv. ad mortem appropinquans
ſauli Siccine ſeparat amara mors iuxta
quod dicit ſapi. eccleſiaſt. xli. O mors
q̄ꝫ amara eſt memoria tua homini ſcꝫ in
iuſto Decima dulcedo infatigabilˀ ex. Iob.
vij. Sicut mercenariꝰ deſiderat diē ſue
retributiōis ita hō ſctūs expectat cū deſi
derio horā ſue reſolutionis: in qua oīa
ſua merita retribuuntur. vnde apoſto/
lus. Cupio diſſolui et eſſe cum chriſto.
Et iob. vij. Militia eſt vita hominis ſu
p terrā ⁊ ſicut dies mercenarij dies eius

iuxta quod dicit ſapiens eccleſiaſt. xli. capi. O mors bonum eſt iudicium tuũ homini indigenti. id eſt pauperi voluntarie. et cui eſt cura de omnibus quia ſcilicet diligẽter ſcrutatur nociua mundi.

Undecima eſt penalitas irremediabilis. quia illud vltimum ſupplicium eſt tanq̃ terminus et menſura omnium penarum huius mundi. vnde tanq̃ maxima pena peccatorum maxime continua que fuit primo homini intimata geñ. ij. capi. In quacunq̃ enim die comederis ex eo morte morieris. Duodecima eſt vtilitas inappreciabilis. quia non niſi ipſa mediante non poſſumus peruenire ad viſionem deitatis que eſt ſummũ bonum noſtrum ſecundum Auguſtinũ vnde exo. xxxiij. Faciem meam videre non poteritis. Non enim videbit me homo et viuet. Ideo dicit apoſtolus ad philippen. i. Mihi viuere chriſtus eſt et mori lucrum etc. Iſte autem duodecim mortis proprietates ſunt. xij. regule noſtrã vitam dirigentes. Cum igitur de morte recordamur ſunt tanq̃ duodecim lapides precioſi in pectore poſiti vt per illud intelligamus illud quod ſcribitur eccleſiaſt. vij. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua et ineternum non peccabis. Tertia conſideratio eſt.

III. conſideratio quot ſunt genera mortuorum. Ad quod dicit Auguſtinus in libro de cura agenda pro mortuis ꝙ ſunt quattuor. quia aliqui ſunt valde boni. et iſti ſunt qui decedũt i grã et glia. Aliq ſũt valde mali et iſti ſũt q decedũt ſine grã et cũ actuali culpa. Aliqui ſunt mediocriter boni. et iſti ſunt qui decedunt in gratia et non in gloria.

B Aliqui ſunt mediocriter mali qui ſine gratia decedunt et ſine actuali culpa. Et quia omnis qui eſt in gratia eſt bonus. et qui ſine gratia eſt malus. et ſecundum hoc valde boni in paradiſo. et valde mali in inferno. et mediocriter boni in purgatorio. et mediocriter mali in limbo. de ipſis vltimis et de damnatis dicitur in pſ. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi. de duobus aliis dicit apoſtolus ad coloſen. Mortui enim eſtis et vita veſtra abſcondita eſt cum chriſto in gloria. Quarta conſideratio eſt. que ſunt mortuorũ remedia Dicit Auguſtinus in epiſtola ad Bonifacium. ꝙ anime defunctorum quadrupliciter ſoluuntur a pena. quia aut oblationibus ſacerdotum et illud remedium eſt de bonis que ſunt ſuper nos. Aut orationibus ſanctorum et illud eſt de bonis q ſunt intra nos. Aut elemoſinis carorum et illud eſt de bonis que ſunt extra ſiue infra nos. Aut ieiuniis cognatorum. et illud eſt de illis que ſunt circa nos. et IIII. conſideratio

Primus eſt actus charitatis ſpei et fidei que ſunt virtutes theologice. et illud eſt preſtantiſſimum remedium. B

Secundus eſt actus latrie que eſt ſuprema inter virtutes morales. et illud adhuc eſt magis preſtantius in miſſa cum ibi concurrat actus charitatis et actus latrie. Tertius miſericordie que eſt de inferioribus moralibus etc.

Quartus eſt actus temperantie que eſt de infimis virtutibus moralibus eo ꝙ ſunt circa paſſiones beſtiales. Et quia illa proficiunt pro mortuis miſit iudas machabeus oblatiões pro peccatis mortuorum vt habetur. ij. machabeorum. xij.

Quinta conſideratio eſt. ad quid iſta remedia proficiunt. Dicitur autem ꝙ ad quattuor. et Primo proficiunt ad penam purgatorij precauendam: vt ſi ante mortem orationes ieiunia et elemoſyne multiplicantur: vt habetur yſa. xlviij. Antecibit faciem tuã iuſticia tua et gloria domini colliget te. Secundo proſunt ad illam penam mitigandã quando ſunt ita parua ꝙ non poſſunt eam tollere et totaliter anullare. Tertio proſunt ad penam abbreuiandam quando ſunt ita pauca ꝙ non poſſunt eam totaliter reſcindere nec annullare. V. conſideratio D

Quarto proſunt ad ipſam totaliter auferendam. vt quando ſunt ita intenſa et multa ꝙ merentur penam vltimate



auferre. Et pro talibus dicit dominus oſee. xiij. De manu mortis liberabo eos. de morte redimam eos qui ſunt ſcilicet in pena purgatorij. Sexta conſideratio eſt quantum proſunt mortuis iſta remedia. Hic ponuntur quattuor veritates theologice. quarum Prima eſt ꝙ magis proſunt illa ſuffragia mortuis q̃ aliqua vtilitas temporalis poſſit in hoc mundo. quia illa pena eſt omnibus penis temporalibus acerbior. ideo ſecundum Auguſtinum illud remedium eſt vtilius. Secunda eſt ꝙ impendere talia remedia eſt opus ſumme miſericordie. quanto enim calamitas eſt grauior: tanto miſeratio eſt floridior teſte domino in euangelio. Tertia eſt negare mortuis talia ſuffragia: eſt ſumme crudelitatis opus. quia quanto afflictio eſt maior tanto incompaſſio eſt crudelior. Quarta eſt ꝙ talia facere ſuffragia plus proſunt facientibus digne q̃ illis pro quibus fiunt. quia illis ſolum tẽporaliter ad penam: iſtis autem ad gratiam et gloriam. ſicut elemoſina prodeſt pauperi temporaliter et facienti eternaliter. Intelligendum eſt tamen ꝙ illi qui ſunt in purgatorio licet credantur habere penam ſenſus. aliqui tamen habent maiorem ibi q̃ aliqui qui ſunt in inferno. tamen conſideratis omnibus habent exoptabilius eſſe q̃ illi qui de hoc mundo etc. Primo quia ipſi ſunt confirmati in gratia pro qua non amittenda ſunt ſupplicia toleranda. Secundo quia ſunt certificati de gloria.

VI. conſideratio

E

Tertio quia ſunt affecti iuſticia Quarto quia ſunt inflammati charitate perfecta. cum qua pena inferni erit amena. vt dicit Hugo de arra anime. quia fortis eſt vt mors dilectio dura vt infernus emulatio in canti. vltimo. Ideo eccleſiaſtes. iiij. Laudaui magis mortuos q̃ viuentes. Septima conſideratio eſt. qualiter iſta remedia mortuis proſunt. in qua conſideratione ponuntur alie quattuor veritates. quarum. Prima eſt ꝙ ſuffragia facta communiter plus proſunt illis qui plus habent de gratia. quia iuſticia diſtributiua de omnibus plus confert in policia melioribus. Secunda eſt ꝙ facta particulariter plus proſunt illis pro quibus particulariter fiunt quia meritum alicuius non prodeſt alteri niſi ex intentione merentis. Tertia eſt ꝙ quanto ſuffragia ſunt communiora: tanto ſunt vtiliora: vt bonum commune prefertur bono particulari. vnde iudi. xviij. Melius eſt vnum bonum vnius tribus q̃ ſingularis perſone

VII. conſideratio

E

Quarta eſt. quia quanto illa ſuffragia ſunt ſingulariora: tanto ſunt illis pro quibus fiunt vtiliora ceteris paribus quia bonum virtutis quod hic impenditur eſt limitatum. et ideo nullum tale eſt ita ſufficiens ad plura ſicut ad vnum. vnde ſi chriſtus fuiſſet purus homo non ſatiſfeciſſet pro omnibus licet forte pro vno. Unde dicit apoſtolus ad Roma. v. ꝙ chriſtus pro nobis mortuus eſt. nec aliqua alia pura creatura. quia bonum eius fuiſſet limitatũ nec ad plura ſe extendiſſet. Octaua conſideratio eſt. quibus proſunt illa ſuffragia. Ad hoc dicit Auguſtinus in libro. de cura pro mortuis agenda. quia nulli proficiunt niſi illi qui ſibi meruit in hac vita vt ei proficiant. et ideo non proſunt valde bonis. quia non indigent. nec valde malis. quia eis prodeſſe non poſſunt. nec mediocriter malis. quia habent ſolum penam damni: ſed ſolum proſunt mediocriter bonis quia ſunt membra corporis miſtici. Et ſic patet cui proſunt

VIII. conſideratio

F

Primo non proſunt valde bonis qui ſunt in paradiſo. quia miſeri beatis ſubuenire non poſſunt. vnde Auguſtinus ad ianuarium dicit ꝙ iniuriã facit martyri qui orat pro martyre. Secundo non proſunt valde malis qui ſunt in inferno. quia de ipſis non eſt memoria in conſpectu dei ſecundum illud propheticum. Quorum non es memor amplius et ipſi de manu tua repulſi ſunt. Ter

tio non mediocriter malis. quia illi ſo/
lum puniuntur pena damni que eſt carẽ
tia viſionis diuine. ideo nullatenus poſ/
ſunt releuari niſi beatificarentur per di/
uinaz potentiã. Quarto proſunt illis
qui ſunt mediocriter boni ꝗ ſunt in pur/
gatorio. quia non eſt defectus ipſorum
quin talia ſuffragia proſint illis cuz ſint
membra corporis miſtici chriſti. Nec ex
parte noſtra: cum vnum membrorũ poſ/
ſit alteri ſubuenire ſecundum apoſtoluz
Intelligendum tamen ꝙ cum ignoran/
ter oratur pro illo qui eſt in inferno totũ
bonum reuertitur ad facientem ſecundũ
illud euangelicum. Ad vos reuertetur
pax veſtra ſi ibi non fueris pacis filius.
Quando autez ſcienter quis oraret pro
tali peccaret. ſicut beatus Gregori⁹ pro
traiano imperatore orãs dicitur fuiſſe ꝑ
cuſſus ꝗa illis nõ eſt compatiendum ſed
maledicendum. quia ſemper deum blaſ
femant. Quando autem pro illo qui eſt
in paradiſo ſcienter orat quis peccat. ꝗa
quaſi miſer reputatur. Quando vero
ignorat multum prodeſt oranti. qꝛ videt
affectũ orantis in verbo ꝛ curat repẽdere
Ideo dicitur. ij. mach. xij. ꝙ ſancta ⁊ ſalu
bris eſt cogitatio pro defunctis exorare
IX. cõſi/ deratio vt a peccatis ſoluantur. Nona conſi/
deratio eſt a quibus proſunt Dicitur cõ
muniter ꝙ ſoluz a bonis qui ſunt in gra
tia qui etiam ſunt membra xpi. Et ideo
quia vnum membrum poteſt alteri ſub/
uenire ⁊c̄. de hoc vide in tractatu de
X. conſi deratio ſuffragijs articulo. v. Decima conſi/
deratio eſt. quando illa proficiunt. Di/
citur ꝙ eo tempore quo anima eſt in pur
G gatorio. Eſt tamen ſciendum ꝙ tempo/
ra purgatorij ſunt quattuor. Primuz
eſt tempus innocentie in quo erant in in
ferno tres mãſiones vacue ſcilicet ſinus
abrae purgatorium et limbus. quia in
iſtis non erant homines. quarta vero ple
na ſcilicet infernus. quia ibi ſunt demo/
nes. Secundum fuit tempus miſerie
in quo fuerunt omnes habitare. ſcilicet
ſancti patres in ſinu abrae. Imperfecti
in purgatorio. paruuli in limbo peccato
res in inferno habitabant. Tertium
fuit tempus gratie in quo tres inhabi/
tãtur. vniformiter tamen ſinus abrahe
per chriſtum fuit euacuatus totaliter.
Quartum eſt tempus glorie futuruz
poſt iudicium in quo ceſſabit purgatori
um. Et due tantum inhabitabuntur. vn
de apoca. xxi. dicitur ꝙ mors vltra non
erit neqꝫ luctus in electis. Intelligendũ
tamen ꝙ nunc omnes homines habent
priuilegium ꝙ per purgatorium tranſe/
unt ad paradiſum. tunc autem ſcilicet
ante chriſtum ſancti deſcendebant ad ſi/
num abrae eo ꝙ ianua celi erat clauſa ꝗ
fuit aperta per chriſtum. Undecima XI. ꝯſi/ deratio
conſideratio eſt. vbi iſta proficiunt. Et
dicit Auguſtinus de ciuitate dei ꝙ ille
locus eſt ignotus. tamen eccleſia tenet
ꝙ in inferno cum ibi ſint quattuor man/
ſiones. Prima infernus ſcilicet inferi/
or vbi ſunt demones ⁊ damnati. Se/ H
cunda eſt limbus vbi ſunt paruuli non
baptizati. Tertia eſt purgatoriũ vbi
ſunt imperfecti. Quarta eſt ſinus
abrahe vbi olim erant ſancti. Et lim/
bus eſt ſupra infernum. purgatorium ſu
pra limbum. quia illi ſunt in gratia. ꝗ/
uis ſint in pena. Nota autem ꝙ illi qui
ſunt in purgatorio magis eligerent cuz
gratia penam purgatorij. immo quod
plus eſt penam ſenſus inferni ꝗꝫ ſine ea
ſtatuz limbi. Sinus abrae ſupra omnes
Item in inferno ⁊ in limbo miniſtrant
demones: quia omnes tales ſunt in ira
dei. In purgatorio autem ⁊ in ſinu abra
he angeli cum illi ſint in gratia. vnde di
citur luce. xvi. ꝙ Lazarus portatus
eſt ab angelis bonis in ſinum abrahe ⁊c̄
Duodecima conſideratio eſt. quomo XII. ꝯſi/ deratio
do nouerunt illa ſuffragia mortui. Ubi
ponuntur due veritates catholice. quaꝝ.
Prima eſt ꝙ nouerunt illa per narra/
tionem aliorum qui moriuntur: qui nar/
rant eis de ſtatu mundi ⁊ de parentibus
et que ibi bona fiunt pro eis. Secun/ I
da eſt ꝙ nouerunt reuelatione ſanctoruz



angelorum qui ſepe ad confortationem
eorum ⁊ ſuffragia pro eis facta eis nun/
ciãt vt magis conſolentur de approxi/
matione liberationis eorum. Nota ꝙ
triplex eſt eſt mors. ſcilicet naturalis pre
deſtinata. et caſualis. Naturalis ſcilicet
mors eſt extinctio caloris naturalis et
conſumptio ſubſtantialis humiditatis
que quidem acquiſita eſt ex ſpermate
vtriuſqꝫ parentis tempore noſtre conce/
ptionis ſicut videmus lumen extingui
propter olei defectum. Mors autem p̄/
deſtinata eſt quam creator benedictus
et ſublimis prefixit cuilibet hominum:
de qua dicitur in iob. Poſuiſti termi/
nos eius: qui preteriri non poterunt.
Et hec duo genera mortis non poteſt tol
lere medicina ⁊c̄. Mors tertia que eſt
caſualis tollitur per remedium medici/
ne exhibitum per viam rationis. et ita vi
ta hominis beneficio medicine conſer/
uatur vſqꝫ ad prefinitum terminuz. No/
ta ſecundo quid eſt vita. Eſt exiſtentia
corporis per alimentum. vel vita eſt actus
procedens a corde mediantibus ſpiriti
bus ⁊ a calore naturali Uel vita eſt in/
fluxus procedens a primo principio et
ſempiterno. Nota ꝙ anima in exitu de
corpore tria emittit ſuſpiria. Primuz
eſt ꝙ cognoſcit ſe offendiſſe ſummum
creatorem. Secundum eſt. ꝙ corpus
eius cuius fuit ſocia tanto tempore de/
K ſerit. Tertiuz eſt ꝙ neſcit quo vadat
nec cum quibus incedat ⁊c̄. Nos igi/
tur iſta conſiderantes hic ſtudeamus
acquirere gratiam vt in tali tranſitu ac/
cedamus ad gloriã: Quã nobis ꝯcedat
xp̄s ieſus dei ⁊ virginis filius. Amen.

De eodem. Sermo. II.

Dominus morti/
ficat ⁊ viuificat ⁊c̄. i. R. ij. ca.
Quia ſecundum doctrinam
beati Auguſtini. ij. cap̄. de eccleſiaſt. ie/
rarchia poſt ſanctorum ordinum decla/
rationem: ſequitur tractatus fidelium
defunctorum. Ideo ſancta mater eccle/
ſia poſt ſolennitatem omnium ſancto/
rum: mortuorum commemorationem
inducit. ideo pro illa memoria declarã/
da aſſumitur verbum illud. Dominus
mortificat ⁊c̄. In quo quidem ſermone
cõmemoratio defunctorum declaratur
quantum ad corruptele ſtatum. Pri/
mo quo ad curſum ſui egreſſus. Se/
cundo quo ad curſum ſui progreſſus.
Tertio. quo ad curſum ſui ingreſſus.
Quarto quo ad curſum ſui regreſſus L
Egreſſus autem fidelium eſt in anime
ſeparatione. tunc enim anima egredit̄
ſicut educta de terreno habitaculo. Pro
greſſus autem eorum perficitur in con/
ſummatione gratie quia ſicut angeli bo
ni quando fuerunt ad deũ conuerſi. ⁊ in
auerſione malorum ſunt in gratia con/
firmati: ſic iſti poſt anime ſeparationez
mox in gratia cõfirmantur: ne vltra pec
care poſſint. Ingreſſus autem eorum in
ducitur in purgatorij detruſione quia
de communi curſu penis temporalibus
obligantur. Sed receſſus eorum cõfir/
matur in eoꝝ reuerſione quãdo cõpleta
penis eoꝝ euolant. ideo ꝗtũ ad eoꝝ egreſ
ſum p̄mittit̄. Dominus mortificat talez
ſcꝫ. in aĩa ſua a ſocietate ſepãdo. Sed
ꝗtum ad eoꝝ ꝓgreſſum ſequit̄. Et viui
ficat. i. in grã confirmat̄. De quibus duo
bus ingreſſibus inducit̄ in teſtimoniuz
illud beati pe. in canonica. ſua. ix. cap̄. di
Xp̄us ꝓ nobis paſſus eſt: vt nos offerat
deo. mortificatos quidem carne vi. autẽ
ſpiritu ⁊c̄. Carnis enim mortificatio eſt
in anime ſeparatione. ſed ſpiritus viuifi
catio eſt in gratie confirmatione. quod
eſt pulchrius iocale qđ angeli habuerũt
preter ſuam beatitudinem. Unde vere
tunc dicitur immortalis. Et ꝗtum ad
eoꝝ ingreſſum ſequitur. Deducit ad in/
feros ibi enim creditur eſſe locus purga
torij quẽ ingrediunt̄. Quarto ꝗtum
ad eorum regreſſum qui finitur. cum ſe/
quitur. Et reducit de quibus duobus in
curſibus inducitur illud pſ̄. Si aſcen/
dero in celum tu illic es: ecce ꝗtum ad

finalem regreſſum. Si deſcendero in in
fernum ades. ecce penalem ingreſſum.
Iſte eſt ille infernus: de quo dicitur in
pſ. Uerumtamen deus redimet ani/
mam meam de manu inferi: cum acce/
perit me. Quia ergo de mortuis fideli/
um preſens memoria agitur. idcirco me/
moriam mortuorum meditando. ſcili/
cet iuxta conſilium ſapientis occurrunt
nobis conſiderationes duodecim per/
I. conſideratio tractande. quarum ſcilicet Prima eſt.
quid eſt mors. Dicitur autem ſecundū
dionyſium de angelica ierarchia. ij. cap.
ꝙ mors non eſt alicuius rei conſumptio.
ſed eſt coniunctorum ſeparatio. Et in
hoc differt mors hominum a morte iu/
mentorum. quia anima hominis ſepara
tur ⁊ anima bruti in corpore moritur: ſi/
cut docet beatus Gregorius in libro dia
logorum. et ideo mors hominis quadru
A plici ſeparatione oſtenditur. Et pri/
ma eſt. quando homo ſpoliatur veſte vetu/
ſtate conſumpta anima enim induitur carne
ſicut veſtimento velociter veteraſcente.
Ideo dicitur iob. xiij. capi. Quaſi putre
do conſumendus ſum ⁊ quaſi veſtimen
tum quod comeditur a tinea. Secun
da ſeparatio eſt. quando exuitur arma/
tura victoria conſumpta. quia quamdiu ho/
mo carne tegitur certat cum hoſte vali/
diſſimo. ⁊ hoc certamen nunquam conſuma
tur: donec armatura hec deponatur. et
quia iſta armatura vt plurimum impe/
dit militem ne poſſit pugnare. Ideo di/
cit apoſtolus Roma. vi. Non exhibea/
mus membra noſtra arma iniquitatis
peccato. ſed arma iuſticie deo ⁊c. Ter
tia eſt. quando egreditur de ſuo taberna
culo. poſtquam creuit ruina: quia ſicut do/
mus lutea eſt ruinoſa: ſic habitaculum
noſtri corporis faciliter ſoluitur. ideo di/
citur iob. iiij. capi. ꝙ homines qui habi/
tant domos luteas conſumentur velut a
tinea. vbi dicit Gregorius luteas domos
habitamus: cum in terram corpora no/
ſtra ſubſiſtimus. Quarta ſeparatio
eſt. quando exit de ergaſtulo poſtquam com

pleuit ſuam penam anima vtitur corpo/
re ſicut captus vtitur carcere vt poſuit
plato. vnde tantam poſuit libertatem
poſt ſeparationem ꝙ quidam eius diſci/
pulus ſe interfecit: vt poſſet videre illius
ſtatus pulchritudinem ſecundum ꝙ re/
citat Auguſtinus de ciuitate dei. Unde
anima prophete cognoſcens ſe incluſaꝫ
in illo carcere ait in pſ. Educ de cuſto/
dia animam meam. id eſt de carcere ad
confitendum nomini tuo. Me inquit ex
pectant iuſti donec retribuas mihi. Et
illam ſeparationem ſic aſſimilatam de/
ſcripſit. ſapiens eccleſiaſtes. xij. dicens:
Memento creatoris tui antequam re/
uertatur puluis in terram ſuam: vnde
erat et ſpiritus redeat ad deum qui fe/
cit illum ⁊c. Secunda conſideratio II. cõſideratio
eſt. quot ſunt genera mortis. Et dicitur
ꝙ ſunt quattuor. quarum ſcilicet Pri/
ma eſt corporis que cauſatur ex ſepara/
tione anime a corpore. Secunda eſt B
anime que cauſatur ex ſeparatione gra/
tie ab ipſa. ſicut enim anima viuificat cor
pus ſic gratia animam. Tertia eſt.
mors temporalis que cauſatur ex ſepa/
ratione hominis a ſtatu ſeculi. tales enim
vt religioſi reputantur mortui. Quar
ta eſt mors eternalis que cauſatur ex ſe/
paratione glorie eterne a qua anima ſe/
paratur per peccatum quia illa vita dici
tur eterna. Nota ꝙ prima mors eſt a no/
bis ad memoriam repetenda. quia eius
memoria maxime cohibet hominem a
peccatis ⁊ animat ad virtutes Unde
dicitur eccleſiaſt. vij. In omnibus operi
bus tuis memorare nouiſſima tua ⁊ in
eternū non peccabis. Secunda mors
eſt a nobis ſuper omnia deteſtanda. quia non
inducitur niſi per peccatum mortale:
quod eſt peius ſecundum ſe quam eterna
damnatio. vnde eleazarus doctor opti/
mus dicit ſe magis permitti velle eſſe in
inferno quam diuinam legem tranſgredi:
vt habetur. ij. machabeo. vi. cap. De illa
morte ait beatus Iaco. in cano. ſua. i. ca.
Peccatū cū ꝯſumatū fuerit generat mortē



Tertia mors eſt a nobis affectualiter
veneranda. quia omnes qui iſta morte mo/
riuntur eo ipſo reges celi conſtituuntur
vt habetur Matth. v. cap. de relinquen/
tibus mundum. vbi dicitur. Beati pau/
peres ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnū
celorum. de qua morte ait apoſtolus col.
iij. Mortui enim eſtis ⁊ vita veſtra abſcon
dita eſt cum chriſto Quarta mors eſt
ſemper pertimeſcenda. quia ſola illa eſt
a qua nullus perpetuo reſurgere poteſt.
de illa loquitur Io. apoc. xx. di. Infernuꝫ
et mors miſſi ſunt in ſtagnū ignis ⁊ ſul/
phuris. hec eſt mors ſcda. Et in diebus il/
lis querent homines mortē ⁊ nō inueni/
III. cõſideratio ent ⁊ fugiet mors ab eis. Tertia cõſi/
deratio eſt: quam ſeuerum eſt mortis iudici/
um. Dicendū eſt ꝙ quattuor ſunt illa que
C declarant ꝙ ſit ſeuerū. ⁊ Primuꝫ eſt ꝙ
illud iudiciū eſt vniuerſale. nullus enim
excipitur a ſnia mortis lata cõtra primum
hominem ſm Aug. vnde xp̄s nec ſibi nec
matri in hac pepercit. Ideo dixit dd. i. Re. xiiij.
Omnes morimur ⁊ quaſi aqua dilabimur
ſuper terrā que nō reuertitur. Scdm dubium
eſt ꝙ illud iudiciū eſt inequale. quia ſi omnes
moriremur in vltima etate vel in prima
videretur eſſe ſnia equa. ſed quia tam iuuenes
quam ſenes tā bonos quam malos: imo vt plu/
rimum meliores ledit citius. vñ iniuſtuꝫ
iudiciū eius. propter quod dicit ſap. eccl's. ij.
Moritur doctus vt indoctus. Tertiuꝫ
dubium eſt. quia illud iudiciū eſt irreuocabile
quia nullus pōt a tali ſnia appellare propter
iudicis ſummitatē: nec ipſe vult indulge
re cuiquam: vt docet Aug. in queſtionibus
no. ⁊ ve. te. propter quod dicit apl's ad heb. xiij
ꝙ ſtatutū eſt omnibus hominibus ſemel mori
Quartū dubium eſt ꝙ illud iudiciū eſt ac
celerabile. quia hominis eſt breuis vita: ſicut
vmbra. ⁊ mors velocius appropinquat quam
ſagitta mediū tranſire valeat. Ideo dicitur
eccli. xiiij. Memor eſto quoniam mors nō tar
dat. Sed omnia illa aggrauat incertitudo.
quia licet nihil ſit certius morte. tñ nihil ē
incertius hora mortis ſm Ber. ita vt nul
lus ſibi valeat prouidere. vñ dī gen. xxvij.
q. Iſaac ignorabat diem mortis ſue.

Quarta conſideratio eſt. vnde mors IIII. cõſideratio
fuit exorta. Circa quod inducuntur quattuor
veritates. ⁊ Prima eſt ꝙ mors non eſt D
inducta a deo creante. quia omnis crea/
tura dei bona eſt. vt dicit dioni. de di. no.
ca. iiij. ⁊ gen. i. dicitur Uidit deus cuncta
que fecerat ⁊ erant valde bona. Ideo dr
ſap. i. Deus mortem non fecit. nec letatur
in perditione morientium. Scda eſt ꝙ
mors prima orta fuit a diabolo inuiden
te. quia videbat homines aſcēdere ad locū
vñ exciderat. ⁊ quia ſolatiū eſt miſeris ſoci
os habere penarum. ideo dicitur ſap. ij. Deus creauit
hominem inexterminabilem ⁊c. inuidia
autem diaboli mors introiuit in orbē terra
rum ⁊c. Tertia eſt ꝙ mors orta eſt a
muliere ſuperbiēte. quia ipſa credens ſerpen
tis ſermonibus: voluit eſſe dea. vñ dicit
apoſtolus. ꝙ mulier fuit ſeducta in preua/
ricatiōe ⁊ non vir. Ideo dicitur eccl's. xxv.
A muliere initiū factū eſt peccati ⁊ per il/
lam omnes morimur. Quod ſi noſtri cleri
ci cõſiderarent magis ab earum aſpectibus
⁊ conſortijs ſe elongarent quia melius ē
cõmorari leoni ⁊ draconi: vt ibideꝫ dicitur
Quarta eſt ꝙ mors vltimo orta fuit
ab homine inobediente. quia nō timuit
precepto dei contraire ne moleſtaret euaꝫ
ſciens ꝙ verba ſerpentis non erant vera
Ideo dicit apoſtolus Ro. v. ꝙ vnius ho
minis delicto mors regnauit ⁊c. Quin V. conſideratio
ta cõſideratio eſt. vnde mors fuit deſtru/
cta. Et dicitur ꝙ mors xp̄i noſtram morteꝫ
ſecundum quadruplicem modū deſtru/
xit. ⁊ Primo per modum placationis E
ſicut enim vehementer iratus non pla/
catur niſi in magna vindicta: ſic iracun/
dia dei patris placari non potuit vt nr̄e
mortis ſententiam reuocaret donec mor
tuus fuit ille homo qui ceteris homini/
bus preponderabat. vnde ſoluit inimici/
tias in carne ſua vt dicit apoſtolus ad
ephesios. ij. cap. Secundo per modū
ſatiſfactionis. quia tunc fit perfecta ſatiſ
factio quādo offertur illud quod eſt ma
gis gratum offenſo quam fuerit diſplicens
ſibi offenſa. Et hoc fecit chriſtus in cruce:
offerens deo ſemetipſum per modū holo

cauſti. ideo dicit apoſtolus ad hebr. ix.
ca. ꝙ xp̄us obtulit ſemetipſum ꝑ ſpiritū
ſanctū deo. Tertio ꝑ modum redem/
ptionis. quia tunc perfecte alicui red/
ditur: cum dat̃ aliquid illi ꝑualens. ita
dedit xp̄us vitā ſuam pro nobis que lon
ge erat melior omnibus alijs. Ideo dici
tur oſee. xiij. De morte redimam eos ⁊c̄.
Quarto per modū damnationis. q̄a
ſi ille qui iniuſte rapit aliena iuſte dam/
natur ad perdendum propria: ſic dia/
bolus fuit iuſte damnatus ad perdendū
homines iniuſte poſſeſſos. quia tractās
chriſti mortem voluit habere eā in quo
nihil iuris habebat ſm̄ illō io. xiiij. Ue/
nit enim princeps mundi huius ⁊ in me
non habet quicq̄. Ideo xp̄us ſua morte
mortem deſtruens ⁊ infernū di. ꝑ oſee ꝓ/
phetam ca. xiij. Ero. ſ. mors tua o mors
morſus tuus ero inferne. Ideo docet be
atus Anſel. de orōnibus paſſionē xp̄i in
mortis articulo inuocandā. nec puto ꝙ
aliquis tunc fideli mente ⁊ cōpuncto cor
de paſſionem xp̄i inuocans poſſit dam/
VI. cōſi/deratio nari. Sexta cōſideratio eſt. qui ſunt il
li quibus mors eſt odibilis. Et dicit̃ ꝙ
quattuor ſunt hominū genera ſingulari
F ter. ſ. Primo ſuperbis ⁊ arrogantibus
q̄ in morte ſic ſubtus eijciunt̃. ideo dicit̃
eccleſiaſt. x. Quid ſuperbis terra ⁊ cinis. ⁊
ad ſublimiū arrogantiā deprimendam
idem ait. Hodie eſt rex ⁊ cras morietur
Scd̄o imundis ⁊ carnalibus. q̄ tunc
omnis voluptas habet terminū ſuum ⁊
vertit̃ in ſupplicium. Ideo ꝓ vilitate ta/
lium hominū in voluptate breui decedē/
tium dicit̃ dicit̃ eccles. x. Muſce morientes
ꝑdunt ſuauitatē vnguenti. i. homines lu/
brici delectabil̃ voluptatis amatores ex
tinguunt̃ in morte. Tertio auaris et
temporalibus deditis q̄ nō curant niſi de
rebus tp̄alibus: quia in morte oportet
eos omnia dimittere dicente Iob in per
ſona talium. Nudus egreſſus ſū de vte
ro matris mee ⁊ nudus reuertar illuc. id
circo ad exemplum taliū dicit̃ luce. xvi.
Mortuus eſt diues ⁊ ſe. ⁊c̄. Quarto
infidelibus ⁊ incredulis q̄ putāt ꝙ ani/
ma ſimul cum corpore moriat̃. ⁊ ad ni/
hil redigatur. ideo talibus qui videntur
in illa vita tm̄ ſꝑare dicit̃ ſap. ij. ca. Exi/
guum ⁊ cū tedio eſt tp̄s vite noſtre ⁊ nō
eſt qui agnitus ſit regreſſus ab inferis:
quia ex nihilo facti ſumus ⁊ poſt hoc eri
mus tanq̄ nō fuerimus. q̄ extinctus ci/
nis erit corpus noſtrum ⁊ ſpiritus noſter
diffundet̃ tanq̄ mollis aer. hoc cogitaue
runt ⁊ errauerunt ⁊ excecati ſunt a mali
cia eoꝝ. Idcirco pro oībus iſtis dicit̃
eccl'ia. xl. O mors q̄ amara eſt memo/
ria tua homini iniuſto ⁊ pacem haben/
ti cum ſubſtantia ſua. Septima cōſi/
VII. cōſi/deratio deratio eſt. q̄ ſunt illi q̄bus mors ē ama
bilis. Dicit̃ ꝙ ſunt quattuor genera hoīꝝ
qui deſiderant mortē tanq̄ eis amabilē
G Primo eſt amabilis ꝓ xp̄o voluntarie
mendicantibus quia illud qd̄ tm̄ deſide
rāt poſt mortē acquirit̃. ſ. regnū celoꝝ di/
cente dn̄o Mat. v. Beati pauperes ſpū
qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. iō dicit̃ eccl'i.
xij. O mors bonū eſt iudiciū tuū homi
indigenti. Scd̄o eſt amabilis pro xp̄o
quotidie laborantibus. q̄ in morte con/
ſequunt̃ mercedē ſuam: ſicut mercenarij
expectant diem ſue retributionis. Ideo
dicitur Iob. xiiij. Breues dies hominis
ſūt ⁊c̄. vſq; donec optata veniāt ⁊ ſicut
mercenarij dies eius. Tertio eſt ama
bilis hominibus firmiter circa ea que
ſunt fidei credētib9. quia fides nr̄a docet
ꝙ nūc ſum9 in captiuitate: ⁊ tūc liberabi
D mur a ſeruitute in ſpe glorie filioꝝ dei: ſi
cut illi q̄ tranſeūt de captiuitate ad p̄riā
Ideo dicit̃. ij. coꝝ. v. Qm̄ ſi terreſtris do/
mus nr̄a huius hitationis diſſoluit̃: edi
ficationē ex deo hēmus domū nō manu
factā in celis. Quarto eſt amabilis ho/
minib9 gaudia celeſtia deſiderātibus: q̄
oculus non vidit nec auris audiuit ⁊c̄.
philip. i. Ideo dicebat apl's. ꝙ cupiebat
diſſolui ⁊ eſſe cū xp̄o: q̄ ſibi viuere xp̄s
erat ⁊ mori lucrū. vn̄ ꝓ oībus iſtis dici
tur ſap. iij. cap̄. Iuſtoꝝ aīe in manu dei
ſunt ⁊c̄. Sed ſm̄ b. Augu. ſuꝑ gen̄. Aliq̄
impie deſiderāt mortē: vt qui ſeipſos in/
terficiūt ꝓpter deſꝑationē. et talis mors



VIII. cōſi/deratio dicit̃. nequiſſima eccl'i. xxvij. ca. Octa
ua cōſideratio eſt. que ſunt morientium
queſtiones. Dicit̃ aūt ꝙ ſicut inuenit̃ al/
legatum a beato Anſel. in lib. de orōnib9
qn̄ frater eſt in mortis articulo fratres ei
aſſiſtentes debēt ſibi plures facere qōnes
H que ad quattuor reducunt̃. ⁊ Prima ē
ſi credat ea que ſunt fidei xp̄iane veriſſi/
ma ſicut ſancta docet eccl'ia. quo rn̄den/
te. Credo. Scd̄a queſtio fiat. Si gau
det ꝙ morit̃ i fide catholica ⁊ ita de cha
ritate. quo rn̄dente. Gaudeo. Fiat ei. ſcꝫ
Tertia q̄ſtio. ſi dolet q̄ deū offendit ⁊
ſi cognoſcit ſe multū deū offendiſſe. quo
rn̄dente. Sic fiat ei. ſ. Quarta q̄ſtio.
ſi ꝓmittit deo dante firmiter de cōmiſſis
ſatiſfacere ⁊ deum vlterius non offende
re. quo reſpōdente ſic. interrogans debet
vlterius addere vt iam ſpē ſuam ponat
in paſſione dn̄ica. ⁊ ipſam obijciat ei ob/
uianti. quibus expletis nō eſt de eius ſa/
lute formidandū. quia corde creditur ad
iuſticiam: ore autem confeſſio fit ad ſalu
tem. vnde pro talibus qui ſic moriuntur
in vera penitentia ⁊ ſapientia dicitur in
ps̄. Non videbit interitum cum viderit
ſapientes morientes. quia tales non in/
tereunt ſed reſurgunt. Et dicuntur recte
IX. cōſi/deratio ſapientes. quia queſtiones optimas ve/
riſſime diſſoluentes. Nona conſidera
tio eſt que ſunt morientium ſacramenta
Dicit̃ aūt ꝙ quattuor ſunt miſteria que
circa morientes ꝑficiunt̃ in eccleſiaſtica
ſibi ꝯuenit illud eccł.xij. Pulchritudinē
cādoris ei⁹ admirabit̄ ocul⁹.ſ. angelic⁹
ſc cernēs creaturā pulchriorē q̄ nūq̄ȝ cre
ata fuiſſet nouitas q̄ppe admirationem
inducit. Tertia deſcriptio eſt.ꝙ lux ē
oim creaturaꝝ ſenſibiliū nobiliſſima.q̄a
eſt obiectū nobiliſſime p̄ſone ſēſitiue ſicͭ
dina eſſētia nobiliſſie cognitiue ꝙ aūt po
tētia viſiua ſit nobiliſſima.p̄ꝫ.q̄ꝛ ip̄a ſola
p̄t attigere icorruptibilia vt ait Gre.ſup
Io. Iſta aūt deſcriptio ꝯuenit mr̄i xp̄i q̄
nō tm̄ fuit nobilis.q̄ꝛ de ſtirpe regia ꝛ ſa
cerdotali deſcendēs.q̄ꝛ fuit cognata eli/
ſabeth vt p̄ꝫ in luc.i.ſed etiā fuit affinis
vel cōſanguinea oim p̄ſonaꝝ btiſſime tri
nitatis fuit em̄ verbū eternū de ip̄ius pu
riſſimis ſāguinib⁹ genitū p̄ ōlo.de di.no.
ꝛ mater aliquā affinitatē ſingularē hūit
cū pr̄e ꝛ.ſ.ſ.q̄ꝛ ſm Ricar.de tri.inter p̄ſo/
nas dinas eſt ſūma germanitas.p̄ſonaꝝ
aūt germanaꝝ nulla pōt eē alicui⁹ ꝯſan
guinea q̄n cetere ſint affines.idō ſicut vir/
go cōtraxit affinitatē cū p̄ſona filij ſic ne
ceſſario cū p̄ſona pr̄is ꝛ.ſ.ſ. Iccirco illud
ꝯuenit virgini ſap.viij. Generoſitatē il/
lius glificat ꝯtubernīū habēs dei. q̄ꝛ lꝫ
eius nobilitas fuerit a regib⁹ declarata
tn̄ ex diuinaꝝ p̄ſonaꝝ affinitate fuit ſum
me glificata Quarta deſcriptio eſt.ꝙ
lux eſt creaturaꝝ ſenſibiliū maxia. q̄ꝛ ce/
lo empirreo coextenſa qđ ſi eſt maximuꝫ
corpus cōtinet vniuerſū.vt ḃetur.ij.ſnia/
rum.in quo etiā nō inuenit̄ aliq̄ ſenſibi/
lis qualitas cū ſit maximū corpus. Iſta
aūt deſcriptio cōuenit aīe virginis ꝛ eti/
am corpi. q̄ꝛ magnitudo cuiuſlibꝫ rece/
ptaculi declarat̄ ex his q̄ continent̄ in ip
ſo.vt declarat Augu.de quantitate anie
Nunc aūt in corpe virginis bn̄dicte fuit
ſine omni ſue diminutiōe filius dei rece
ptus cum tota ſua infinitate. licet pri/
us in anima ſm btm̄ leonē.ideo dicit̄ re/
cte maria magis cōtentiua q̄ȝ totū celuꝫ
empirreū ſicut de ip̄a teſtat̄ eccl'iaſticus
di. Quē celi cape n̄ poterāt tuo gremio
cōtuliſti.idō ſibi cōuenit illud eccl'iaſtici
xliij. Uas admirabile op⁹ excelſi. Uas
quidē admirabile eſt firmamentū. q̄ꝛ cō
tentiuū omniū viſibiliū.ſed mirabiliuſ
eſt empirreū.q̄ꝛ cōtentiuū oim tā viſibi/
liū q̄ȝ inuiſibiliū. ſed mirabiliſſim⁹ fuit
vter⁹ virginis.q̄ꝛ cōtinuit ens infinitū.
Iſte quattuor deſcriptiones ſunt cui/
libet fideli clerico ad imitationem vir/
ginis decētiſſime cōuenientes. quia q̄libꝫ A
aīa debet eſſe. Primo oim creaturaꝝ
p̄ma.ſ.p̄ innocentiā. q̄ꝛ ſicut bigami nō
ſunt ad eccl'iaſticos ordines ꝛ bn̄ficia et
p̄uilegia clericalia ydonei. nec ad ordi/
nes eoꝝ p̄mouēdi.ita illi qui matrimoni
um qđ fit i baptiſmate aīe cū xp̄o poſtea
vero violauerūt p̄ pctm̄ mortale ne trāſi
rent ad ſcđas nuptias ſunt adhuc ſum/
me ydonei ſicut i ve. te.nazarei ab vberi
bus matꝝ erant cōſecrati dn̄o. Sꝫ proch
dolor hodie omnes ſumus bigami ym/
mo etiā ꝯtragami.ſicut noiat b. Hieroni.
idō dr̄ nobis p̄ p̄phetā. Quā vilis facta es
nimis iterans vias tuas. Hiere. ij. cap̄.
Scđo dꝫ eſſe oim creaturaꝝ pulcher/
rima p̄ caſtimoniam.q̄ꝛ ſi in palatijs re/
guꝫ terrenoꝝ nō admittunt̄ miniſtri ni/
ſi q̄ ſūt ſine macula.vt habet̄ dan̄.i.mul/
to minus in eccl'ia que eſt palatiū regis
eterni nō ſunt admittēdi miniſtri lepro/
ſi.ideo dr̄ apoc.vlti. Foris canes venefici
ꝛ impudici ꝛc. Tertio debet eſſe oim
taliū creaturaꝝ nobiliſſima. q̄a a patre



eterno p̄ducta ad eius ymaginē tanq̄ȝ fi
lia: ꝛ licet ſit nobiliſſimis orta natalibus
tn̄ ignobilitat̄ ſi deſponſat̄ p̄ pctm̄ morta
le ignobiliſſimo beelzebub ſicut filia re/
gis cōtrahēs cū ſpurio talis aūt nobilis
eſt ania ſordida. vt habet̄ in ezechiele. ꝛ
ideo ſequit̄ ip̄ſā grandis interitus vt ibi
p̄ꝫ.ꝛ iactura nimia. Quarto debet eē
oim creaturaꝝ maxima vt in ſua capaci/
tate cōtineat maxima ſcꝫ bona ſpiritua/
lia nō ſicut aliq̄ q̄ nō putāt bona eſſe alia
niſi viſibilia. q̄ꝛ circa ip̄a ponūt omēs ſu
os affectus. ſicut epicuri. de quo dicit̄ in
libro ſapiē. Excecauit eos malitia ipſoꝝ
Quia igit̄ iſte quattuor deſcriptiōes ita
luci cōueniūt ideo ſingulariter p̄ virgi/
ne bn̄dicta inducit̄ illud gen̄.i. Uidit de
us lucem ꝙ eſſet bona ꝛ diuiſit lucem a
tenebris.quia primo iſtam lucē.ſ. animā
virginis bn̄dicte creauit tanq̄ȝ ceteraꝝ
aniaꝝ excellentiſſimā ꝛ cōfeſtim a tene/
II my. bris p̄ grām ſequeſtrauit. Scđm lucꝫ
miſteriū eſt quando lux fuit creata Cir/
ca quod eſt intelligendum ꝙ lux fuit
creata in die primaque fuit dies domi/
nica ſicut dies ſabbati eſt dies.vij. vt ha
betur gen̄.i. Iſta aūt die fuerūt quat/
tuor luci ꝯcreata.ſ. Primo.natura an/
gelica. Secūdo celū empirreū. Ter
tio prima materia. Quarto.tempus.
vt inducit venerabilis Beda. Iſta autē
B quattuor fuerūt aliquo mō cōcreata aīe
virginis i no. te. tanq̄ȝ p̄clariſſime luci. ſ.
Primo natura angelica. q̄ꝛ potētie p̄
quas angelus fuit creatus ad imaginē
dei fuerunt iſti anime cōcreate. vt ipſa
eſſet merito ſoror angeloꝝ q̄ꝛ ab eodē pr̄e
ꝛ de eadē materia ꝛ ad imaginē ei⁹ facta
Scđo natura celi empirrei.quia eius
corpus ſanctiſſimū ita fert̄ fulgidum fa/
ctum. vt doctor egregius ipſam cernens
putauerit ſe diuinitatē vidiſſe niſi fides
ipſum aliter docuiſſet. Tertio natura
prime materie.q̄a iſta portio materie q̄
eque a mūdi principio ad verbi aſſum/
ptionem fuit preordinata que nunc fuit
ſub puriſſimis ſanguinibus virginis col
locata. vt ex ipſis formaretur ſacratiſſi/
mum corpus chriſti. vt habetur per Da
ma. tertio ſententiarum. Quarto na/
tura temporis. quia ſicut prima die fuit
tempus veteris teſtamenti inchoatum
cum luce. ſic cum illa anima tempus no
ui teſtamenti quod dicitur tempus gra/
tie. quia illa anima cum gratie plenitu/
dine melius q̄ȝ cum Iohanne bap. fuit
mutatio habita. Ideo de iſta luce indu/
cit̄ illđ p̄conīū.ij. R.xxij. Sicut lux au
rore oriente ſole mane abſq̄ȝ nubibus ru
tilat: quia anima virginis reſplenduit
in nouo teſtamento vt aurora ſeq̄nte or/ III mi.
tu ſolis iuſticie abſq̄ȝ nubibus peccato
rum. Tertium lucis miſterium eſt.
vbi lux extitit collocata. Dicitur autem
ꝙ ſicut lux fuit in tempore digniſſimo
creata: ſic fuit in loco nobiliſſimo collo/
cata ſcilicet in celo. Unde eccleſiaſticus
loquens in perſona ſapientie increate.
xxiiij. dicit. Ego feci vt in celis oriretur
lumen indeficiens. modo ſimili lux ſpiri
tualis de qua nuc agitur fuit collocata
in celo: quod eſt corpus virginis ſacre
propter magnitudinem ſue capacitatis
ꝛ perennitatis ſue incorruptibilis. No/
tandum eſt tamen ꝙ in celo ſunt quat/
tuor luces ſm ordinem perfectionis ex/ C
emplariter ordinate: quarum. Pri/
ma eſt lux empirrei tranſcendenter co/
ruſcantis de qua eccleſiaſt. xliij. capi. di/
citur Species celi in viſiōe glorie. id eſt
viſio glorie eſt in hoc celo. ſcilicet accipi/
endo continens pro contento. Secun
da eſt ſolis viſibiliter apparentis. de qua
dicitur gen̄.i. ꝙ deus fecit luminare ma/
ius vt preeſſet diei et luminare minus
ꝛc. Tertia eſt lux lune ſenſibiliter re/
fulgentis. de qua ibidem dicitur ꝙ fecit
luminare minus vt preeſſet nocti ꝛc.
Quarta lux eſt ſtelle vniformiter radi/
antis. de qua etiam ibidem. ꝛ ſtellas ꝛc.
De iſtis tribus vltimis ſimul dicitur.
i. corinthioꝝ. xv. Alia eſt claritas ſolis.
alia lune alia ſtellarum. Sed lux empir
rei deſignat deitatem verbi. quia maxi/
ma et perfectiſſima. lux autem ſolis ani/
mam chriſti. quia ſcilicꝫ ſancta et beata

emiſperium noſtrum illuſtrat. ſicut illa
celeſtez ierachiã. Lux quoqꝫ lune animã
virginis que ita immediate illuminat
ab anima xp̃i in patria ſm b. Diony. mẽ
tez. ſicut luna a ſole. lux aũt ſtelle. lux cor
poris matris. que tantum radiabat vt
eius claritate immutaret omnẽ aſpicien
tem. dum xp̃m vt dicitur in ventre gere/
bat. Et ſic patet quomodo in eius corpe
tanq̃ in celo fuerũt iſte quattuor luces
dum diuinitatẽ ꝛ humanitatẽ ꝑfectam
verbi in ſe ſuſcepit: ideo ad eius laudem
inducit illud ſapieñ. vij. ca. Sup omnez
ſtellaꝝ diſpoſitionẽ. i. ſanctoꝝ in patria
ordinẽ luci cõparata inuenit prior digni
or ꝛ p̃clarior. Iſte quattuor. ſ. luces in
ueniunt in homine deuote digniſſimam
euchariſtiã ſũmente quia eſt ibi verbi di
uinitas. que nõ deſerit chriſti corpus. et
xp̃i anima eadẽ ratione poſt glorificati/
onem. ꝛ corpus ꝛ anima virginis. quia
ſm Hiero. contra Iulianũ nuſq̃ vadit
xp̃us quin virgo eum ſequat. ꝛ ꝑ conſe/
quens corpus virginis. qḋ eius anime
eſt vnitum. idcirco vt docet be. dioni. de
eccl'ia. ierarch. eſt cum ſumma reueren/
tia aſſumendũ. quia ſicut dignis confert
ſanctificationem ꝛ gratiaz: ſic indignis
damnationem ꝛ penam. vt ipſe exem/
IIII. mi plificat de iuda. Quartum miſteriũ
ſterium lucis eſt ꝓpter quid lux fuit creata. Et
dicit ꝙ cauſa fuit quadruplex quarũ. ſcꝫ
Prima eſt vt tenebras effugaret. ideo
dicitur geñ. i. ꝙ deus diuiſit lucem a te/
nebris quia ſimul cũ ipſis eſſe non ꝑmi/
ſit. Secunda eſt. vt totum vniuer/
ſum decoret tanq̃ p̃cioſuꝫ ornamentum
quia dat omnibus decorem ꝛ formalem
pulchritudinez cõicando colorem ſm
D Amb. Tertia eſt. vt diua opa mirabi
lia demonſtraret. ſi em̃ lux non fuiſſet cre
ata. nullam de ſupcceleſtibus noticiam ha
beremꝰ. Quarta eſt vt influẽtias ſolis
ad terrã deferret. qꝛ ſm aſtrologos luce
mediante deferunt influẽtie ſolis ad trã
vt germiet ꝛc̃. Iſtiſ occaſiõibꝫ fuit creata
R anima ꝟginis marie. Primo vt tene/
bras effugaret. quia tenebre. i. mali ange
li quos diuiſit dñs a luce in ꝑncipio mũ
di vt dicit geñ. i. fuerunt fugati dum pro
tulit eum qui illuminat omnẽ hominez
venientem in hunc mundũ. Io. i. Se/
cundo vt totum mundũ decoraret. quia
ſicut luna eſt ad decorem celi poſt ſolem
ſic virgo ad decorẽ totius vniuerſi poſt
xp̃m. ideo dicit in cañ. de ea pulchra vt lu
na ꝛc̃. Tertio vt occulta miſteria reue
laret. quia figure ve. te. fuerũt circumuela
te donec venit virgo que omnia velata
reuelaret. ſicut ꝟitas ꝑfigurata declarat
ipſam figurã. ideo ꝑ ipſa clamat dd. di.
Emitte lucez tuã. ꝛ pro eius prole addit
Et veritatẽ tuaꝫ ꝛc̃. Quarto. vt ſolis
iuſticie beniuolas influentias impetra/
ret nobis. quia ſicut aduocatũ habemus
apud patrem ꝛc̃. teſte iohanne: ſic apud
xp̃m virginem matrẽ ſm Berñ. ideo ꝑ
ipſa dicit ꝓpheta Lux orta eſt iuſto ꝛc̃ ꝑ
iſta. ſ. influentia. Quintũ lucis miſte/ V. my.
rium eſt. quare mater dñi dicit illumina
ta. Maria em̃ interpretat illũinata ſm
Hiero. Et dicit ꝙ fuit quadrupliciter
ſanctificata. Primo in ſua conceptio/
ne ad cuius ſanctificationis declaratio/
nem eſt intelligendũ ꝙ in ſacra ſcriptu/
ra inueniunt. v. ſigna ſanctificationis in
vtero matris. quoꝝ. ſ. Primũ eſt ſcri/
pture ꝑlatio. qꝛ ex quo ſcriptura diuina primuꝫ
dicit aliqḋ eſſe ſanctificatũ ſic eo ip̃o cre
dendũ eſt ip̃m eſſe ſctificatũ. maior eniꝫ
huius eſt ſcripture auctoritas q̃ꝫ omnis
humani ingenij capacitas. Et ſm iſtud
ſignum quattuor ſanctificati ſunt. Pri
mo iſaias qui ex vtero fuit formatus ſer
uus dei vt habet. xlix. Scḋo hieremi
as. cui dicit hiere. i. Anteq̃ꝫ exires de vul
ua ſanctificaui te. Tertio Ioh. bap.
de q̃ Luc. i. Spũſan reple. ex vtero mr̃is
ſue. Quarto. xp̃s de quo ibidem: Qḋ
em̃ naſcet ex te ſanctũ vocabit ꝛc̃. Se ſecũdũ
cundum ſignũ eſt. angelica annunciatio
quia non preſumit deus mittere angelũ
bonũ ad annunciandũ alicuius genera/
tionẽ quin ei contulerit ſctificationẽ cũ
ipſi ſint miniſtri iuſticie. ꝛ ſm illḋ ſignũ
fuerũt ſctificati q̃ttuor. ſ. Primꝰ iſaac



de quo geñ. xxi. Secundus ſampſon
de quo in lib. iudi. xiij. Tertius Iohã
nes bap. de quo lu. i. Quartus. Xp̃us
tertiuꝫ de quo Luce. i. Tercium ſignũ eſt ſu/
pernaturalis cooperatio quãdo parẽtes
non erant adhuc validi per naturaꝫ vbi
em̃ interuenit diuinum miraculuꝫ ꝑſu/
mit interueniſſe ſanctificatio. Cum ſm
doctrinam ſanctoꝝ xp̃s nullum ſanaue/
rit corporaliter: quin etiã ſpũaliter. Et ſe
cunduꝫ hoc. Primus fuit yſaac. qꝛ de
patre ſene ꝛ matre ſterili vt habet geneſ
xxi. Scḋs fuit Samuel q̃ de matre
ſterili natus fuit. i. regũ. ij. Tertius fu
it Sampſon. vt apparet in lib. iudi. xiij.
Et ſic iſti quattuor fuerũt ſãctificati ſm
quartũ iſtud ſignum. Quartum ſignum eſt
totalis diuina productio. quia quando
aliquam creaturam rationalẽ facit per
ſe totaliter: tunc rationabile eſt vt primo
ipſi bene velit ſicut omnes diligunt pro/
prios effectus ꝛ ſm hoc ſignum. Pri/
mus fuit lucifer. Secundus Adam.
Tertius Eua. Quartus Xp̃s quẽ
deus totaliter produxit ſupplendo vicez
quintũ patris creati. Quintũ ſignũ eſt diuia
ꝑnominatio. qꝛ cuicunqꝫ a deo nomẽ im
ponit. videt etiã ꝙ ab ipſo ſanctificet. vn
de ait Amb. ſup lucã Habẽt hoc ſctõꝝ
merita vt a deo nomen accipiant ꝛ ſm
hoc Primus fuit yſaac. vt pꝫ in geñ.
xxi. Scḋs fuit Ioſias. vt pꝫ in. iij. li.
R. xiij. In cuius ſignũ ſanctificatus fu/
it in operibus. Tertius fuit Io. bap.
vt pꝫ in notabilibꝫ que fecit in puericia
ſicut ſamuel. Quartus fuit xp̃s. vt pꝫ
luce. i. Iſtoꝝ. iiij. ſigna habuit virgo ma
ria in ſua ſanctificatione. quia ipſa fuit
Primo per ſcripturã ꝓnunciata in li.
F numeroꝝ. Orietur ſtella ex. iacob. nõ fu/
iſſet em̃ nata ſtella niſi fuiſſet i vtero ſan
ctificata ꝛc̃. Scḋo fuit per angelum
nunciata patri ꝛ matri ſicut iohãnes tã/
tum patri. Tertio fuit iſti diuina vir/
tus cooperata. qꝛ ſicut vetꝰ Sara per ꝑ
ces ꝛ ꝓmiſſiones ꝯcepit. ſic b. Anna per
ꝓmiſſiones ꝛ voces ſanctam dei genitricẽ
vt ait dam. iiij. ſaiaꝝ. Quarto fuit di/
uinitus ꝑnominata. qꝛ angelus gabriel
ꝑnunciauit eius nomen ſicut legit de io
hanne bap. ꝛ xp̃o. Et ꝓpter hoc mater eiꝰ
hoc nomẽ impoſuit tribus ſuis filiabus
vt in aliqua ipſarum impleret ꝓmiſſum
Scḋo fuit ſanctificata in verbi incar/
natione. de qua ſanctificatione loquit an
gelus. Luce. ij. di. Spũſſan ſupueniet in
te ꝛc̃. Tertio fuit ſanctificata in ſpũs
ſancti miſſiõe. qꝛ ad ipſam principaliter
credit miſſus fuiſſe. vt habet in actibus.
Quarto fuit ſanctificata i ſua aſſum/
ptione. quia maior charitas reperitur in
patria q̃ꝫ in via. Iſte autez quattuor
virginis ſanctificationes fuerũt figura/
te per quattuor ſingulares illũinationes
lune. quarũ Prima fuit qñ fuit forma R
ta quarta die ꝛ a ſole cõfeſtim illumina/
ta. ſic virgo maria. Scḋa fuit tempe
Ioſue qñ ſtetit ꝑ ſpaciũ vnius diei in ea
dem illuminatiõe ſine diminutione ꝛ au
gmentatione continuata. Tertia fuit
in tempore paſſionis q̃nvt refert Dioni.
ſol cõtra naturã ꝑuenit ab aquilone ad
meridiem ipſo vidente ꝛ ſubmerſit ſe ſo/
li. vt eius radius detineret ne perueniret
ad terrã. Quarta. erit i die iudicij qñ
erit lux lune: ſicut lux ſolis. vt habet yſa.
xxx. Et illa illũinatio eſt ſicut iſta aſſum
ptio virginis benedicte marie ꝛc̃. Se VI' mi.
xtum miſteriũ lucis eſt. quare mater do/
mini fuit appellata. ſcꝫ illuminatrix ſm
Hiero. vbi ſupra. circa quẽ arti. eſt intel
ligendũ: ꝙ ſicut luna imediate ꝛ ordina/
te illuminat quattuor elementa incipien
do a ſpera ignis: ſic virgo illuminat. iiij.
ierarchias ſibi ſubiectas ordinate inci/
piendo ab ordine ſeraphico. Primo ie A
rarchiam angeloꝝ ſupremam. Scḋo
mediam. Tertio infimam. Quar/
to eccleſiaſticam vt patꝫ ꝑ b. Dioni. de
angelica ierarchia que eſt ſupra omnes
ſm Hiero. ad Euſtochiũ. Et iſte quat/
tuor illuminatiões fuerunt figurate per
quattuor fluuios manantes de loco volu
ptatis ad irrigandum oẽm ſupficiez ter
re. i. voluntatis create. ideo matri domi/
ni cõuenit illud pñ. Illuminãs tu mirab.

bſiter a montibus eternis qꝛ ſuam vim
illuminatiuā imediate ſumit a pſonis
VII.mi. altiſſime trinitatis. Septimū miſteri
um eſt quare mater domini fuit appella/
ta ſtella maris ſm Hierony. vbi ſupra.
Circa quē articulū eſt intelligenduz
ꝙ vna ſtella fixa in firmamēto dicit̾ ſtel/
la maris q̄ habet octo priuilegia virgi/
ni decentiſſime cōuenienta idcirco diui/
na faciente ꝓuidentia ſic fuit appellata q̄
I. puile rum Primū eſt ꝙ iſta ſtella habet me/
gium dietatē in ſuo ſitu ſicut centrū eſt in me/
dio celi ita iſta ſtella eſt in medio noſtri
emiſperij ꝛ ideo dicit̾ polus qꝛ diſtat ab
B omni parte emiſperij equaliter Iſtud
priuilegiū cōuenit decentiſſime beate vir
gini qꝛ ſicut filius ſtabat in medio diſci/
puloꝝ poſt reſurrectionē vt hētur in Jo/
hanne ſic ſtat i medio oim ſanctoꝝ poſt
aſcenſionē. ꝛ iō in cardine celi empirrei.
ꝛ qꝛ mater eius eſt circa ipſum colloca/
ta ideo tenet talē locū in empirreo qualē
II. pui. tenet ſtella maris in firmamēto. Se/
cundū priuilegiū eſt ꝙ habet ſublimita/
tem ſup oēs alias in noſtro emiſperio
ꝛ ꝙ plus diſtat ab orizonte ꝛ plus ab in/
feriori emiſperio eleuat̾. Iſtud priuile
B gium decentiſſime virgini attribuit̾ quia
ipſa eſt ſup celſitudinē oim ſāctoꝝ ꝛ an/
geloꝝ ſola ſublimata ſm Hiero. ad eu/
III. pui ſtochiū. Tertiū priuilegiū eſt ꝙ habꝫ
imobilitatē in ſuo ſtatu qꝛ licet oēs alie
ſtelle ſint in cōtinuo motu iſta tñ in eodē
loco manet imobiliter ꝛ ꝓpter hoc dicit̾
cardo celi qꝛ ſicut oſtiū voluit̾ in cardine
ꝑmanente cardine immobili: ſic celū iſta
ſtella quieſcente. Iſtud aūt priuilegiū
decentiſſime cōuenit virgini qꝛ licet alij
ſancti nō ſint ꝑfecte ꝛ ſcđm appetitū na
turalē quietati adhuc ꝓpter inclinationē
ad corpus. virgo tñ in hoc eſt vltimate
quietata ꝛ cōſumata qꝛ vt tenet eccleſia
IIII. p. i ipſa fuit reſurrectio accelerata. Quar
tum priuilegiū ꝙ iſta ſtella habet volubi
litatem in ſuo ambitu. licet eñ non tran
ſeat de loco ad locum tamen voluitur in
V. pui. tra ꝓprium ambitum cū ſit fixa in firma
mento. Quintum priuilegium eſt. ꝙ

habet attractionē in ſuo actu. qꝛ opinio
fuit antiquoꝝ aſtrologorum ꝙ terra ſtet
immobilis in centro vniuerſi ꝓpter ſuaꝫ
attractionē. ita ꝙ ſicut polus atarticus
attrahit eā ne ſurgat ſic polus articus ne
cadat ꝛ iſta eſt ſtella maris. Ad cuiꝰ ex/
emplū mater domini ſuis ꝑcibꝰ retinet
totū mundū ne ꝓpter peccatoꝝ molē ca/
dat in abiſſum ſm Bern. Sextū pri/ VI. pui
uilegiū eſt ꝙ iſta ſtella habet erectionem
in ꝓgreſſu. qꝛ cū ſm aſtrologos moder/
nos ſpera aliquibus ſit recta ꝛ aliqui/
bus ſit obliqua quicūqꝫ gradiunt̾ erecto
capite ad iſtam directe ſtellā habent celū
rectam ꝛ qui nō habēt obliquā ſic quicū
qꝫ habent deuotionē ꝛ intentionē rectaꝫ
directe ad beatā virginem ad celū ſunt
ordinati: ꝛ qui nō: a celo ſunt obliq̄ti ſm
Bern. Septimū priuilegiū eſt ꝙ ſtel/ VII. pri
la iſta habet efficatiā in effectu nam lapi
dem duriſſimū dicitur in ferrū ꝯuertere.
in cuius ſignū nauis ab adamāte attra/
cta ſemꝑ erigit̾ ad iſtā ſtellā tāqꝫ ad ſue
generatiōis principiū: ſic mater domini
miranda virtute ꝯuerſiua peccatoꝝ cor
da lapidea ꝑ impenitentiā ꝯuertit in ar
ma ferrea ꝑ cōſtantie firmitatē qꝛ ſm. b.
Dioni. de angelica ierachia. virtus ſera
phica quā mater miſericordie eminētiſ/
ſime habet eſt cōuerſiua. Octauū pri/ VIII. p
uilegiū eſt ꝙ habet directionē in ſuo du
catu. ipſa eñ dirigit omnes nauigantes
in pelago vt ſciant venire ad portū ꝛ in
omi mortis periculo naute ad ipſius cō
ductionē cōſurgunt ſic ad ꝓpoſitum ma
ter domini nos dirigit in omi ꝑiculo hu
ius mūdi ꝛ ideo ſemꝑ ad ipam ſicut ad
maris ſtellam pro ducatu ꝛ patrocinio
debemꝰ cōfugere ſm Bern. Iſta eſt illa
ſtella q̄ vnicuiqꝫ ꝓmittit̾ apoc. ij. Vincē
ti inquit dabo ſtellā matutinā quia om/
nes ſancti in patria de plenitudine felici
tatis virgīs participāt: vt ptꝫ. Nonū IX. pui
priuilegiū eſt. ꝙ hꝫ minimitatē in aſpe/
ctu: qꝛ ita parua eſt vt vix videri poſſit.
ſꝫ ꝓ ipſa aliā ſignificamꝰ q̄ dicit̾ vltra/
montana cuius curſus ꝑcipit̾. Et ita ma
ria fuit minima ꝓpter ſuā humilitatem.



propter quā deus ipſam ipſa teſte reſpe
xit: ꝛ ꝓpter quā ipſam in matrem aſſum/
pſit. vnde cantat in cantico ſuo. Quia re
X. pui. ſpexit humilitatē ancille ſue. ꝛc̄ Deci
mum priuilegiū eſt. qꝛ habet ſeptiformi/
tatem in habitu. qꝛ ſeptē ſtelle notabiles
voluuntur circa eam. ideo eius regio di/
citur ſeptemtrionalis. ita ꝛ mater domi/
ni dicit̾ habere. vij. angelos notabiles q̄
aſſiſtūt eius throno de quoꝝ numero dr̄
beatus Raphael vt dicit̾ in thob. iuxta
illud apoca. i. Gratia vobis ꝛ pax ꝛc̄. Et
ſequit̾ a ſeptem ſpiritibus qui in conſpe
ctu eius ſunt. ꝛ ꝑ ꝯſequēs in conſpectu
throni matris que ſedet a dextris eius.
VIII. Octauum miſteriuꝫ eſt quare mater
miſte. domini dicitur ſtella matutina. Dicitur
quia iſtius ſtelle quinqꝫ ꝓprietates cōue
C niunt ei quaꝝ. ſ. Prima eſt. quia ſicut
ortus illius ſtelle in aurora diei precedit
ortum ſolis ſic ortus illius virginis in
aurora noui te. ꝑceſſit ortum xp̄i q̄ auro
ra dicit̾ fuiſſe in natiuitate virginis bñdi
cte. Et ſicut in illa aurora icipiūt beſtie
timere ꝛ homines eſſe ſecuri ſic nata be/
ata virgine ceperunt demones timere ꝛ
ſancti confidere. Secunda eſt qꝛ ſicut
illa ſtella dr̄ lucifer. eo ꝙ excedit pulchri/
tudinem creaturarū poſt ſolē ꝛ ſicut ille
lucifer excedebat pulchritudinē angelo/
rum ita anima virginis eſt pulchrior oī
creatura ſpūali poſt xp̄m vel xp̄i animā
qꝛ ornamentis ſublimioribus decorata.
Tertia qꝛ ſicut illa ſtella de nocte ꝑ cetis
illūinat terrā. ita mater domini illuſtra/
uit eccleſiam virtute ſue ſapientie: plus
ceteris ſanctis in nocte huius ſeculi. Fu/
it eñ magr̄a Johannis euange. ꝛ luce
apoſtoli. vnde cūctas hereſes iteremit.
ſacra quippe incarnatiōis ſeu generatio
nis dñice apl̄i ꝛ euāgeliſte ab ipa hauſiſ
ſe credunt̾. Quarta ſicut illa ſtella ha
bet beniuolā influentiā ad generandum
amicitiam: ſic virgo ad concordiam faci
endam inter deum ꝛ hoies ꝛ verā amici
tiam grē. ideo mater grē dicit̾. Quin/
ta ſicut illa ſtella qꝛ regnat in die venerꝭ
ideo dicit̾ venus ita mater dñi die illa re

gnū ſuū accepit. ſ. in annūciatione. qñ an
gelo nunciante filiū ſuū cōcepit: ꝛ tūc fa
cta fuit regina mundi. ideo ſibi ꝯuenit il
lud qđ ſcribitur apoca. Vincenti dabo
ſtellā matutinā: qꝛ poſt temptationuꝫ vi/
ctoriam quilibet ſentit virginē ſibi ꝓpi/
tiam ꝛc̄. Qđ nobis ꝯcedat iuis meritis
ieſus xp̄us eius filius. Amen

In feſto ſancte Lucie vel de
quacunqꝫ virgine.

Quam pulchra
eſt caſta generatio cū clarita
te ſap. iiij. Quia hec virgo in
tegerrima ꝓpter fidē caſtitatis fuit ꝑpeſ
ſa ſupplicia atrociſſima: idcirco ad eius
laudē dicamus. O q̄ꝫ pulchra ꝛc̄. In qui
bus verbis ꝯtinentur octo ꝑconia puri/
tatis. primum eſt de puritatꝭ decore. cuꝫ
dr̄ o q̄ꝫ pul. eſt ca. Dicit̾ aūt res pulchra
quando delectat aſpectuꝫ ꝛ dicit̾ ſapida
quando delectat guſtum. Nunc aūt cuꝫ
triplex ſit rationalis aſpectus. ſ. humanꝰ
angelicus ꝛ diuinus. Primo venu/
ſtas caſtitatis multuꝫ delectat humanū
aſpectum quia ſm Augu. lib. de ci. nul/
lus humanus aſpectus in tantuꝫ poteſt
eſſe deprauatus per intemperantiam et
incontinentiam ꝙ totam amiſerit hone/
ſtatis complacentiam: ꝛ ſibi nō placeat
honeſtatis venuſtas. ꝛ multo magis vi/
ris honeſtis Secūdo magis delectat
angelicū aſpectuꝫ. quia natura angelica
eſt ceteris creaturis puriſſima. ꝛ ideo di
cit Hiero. ꝙ angelis ſemꝑ eſt cognata
virginitas. Tertio maxie delectat di/
uinū aſpectū: qꝛ oclus diuinus eſt ipa pu
ritas in abſtracto: q̄ nō ſolū ipꝫ delectat
ſed etiā ad ꝯcupiſcendum inclinat ideo
dicē ꝓpheta ps̄ xliiij. metro. xiij. Et ꝯcu/
piſcet rex decorē tuū. Et ipam cōmēdat.
a. cañ. iiij. Tota pulchra es amica mea ꝛ
macula no eſt in te. Scđm de puritatꝭ
fulgore cū ſequit̾. ꝛ macl̾a nō eſt i te. q. d.
ꝙ generatio pulchra ꝛ caſta nō valet: niſi
ſit cū claritate. Et iō notandū ꝙ duplici
via ſeruat̾ puritas. Primo ꝑ viā eui/
dentē certā ꝛ manifeſtā: ꝛ iſta eſt clara ꝛ

cerca ſcꝫ fugiendo cōſortiū perſonaꝝ im
pudicaꝝ. puer. v. Fauus diſtillans labia
meretricꝭ ꝛ nitidius oleo guttur eius no
uiſſima aūt illiꝰ amara quaſi abſinthiū
ꝛ ligua eius acuta quaſi gladius biceps
id eſt habēs duo capita. i. coꝝ. xv. Corrū
punt bonos mores colloqᷓ mala. Se
cundo per viam tenebroſaꝫ ꝛ ſuſpectam
ſcꝫ volentiū ꝑtendere puritatē ſolem in
aſpectu ꝛ apparentia nō attendentes ve
ritatē. Eccliaſtici. xi. Malicia hore ob
liuionē facit luxurie magne ꝛ i fine hois
denudacio operum illius. Idem ca. xiij.
Qui tetigerit picē coinquinabitur ab ea
ꝛ qui cōicauerit ſupbo induet ſupbiam.
Et quia intentio ſapientis eſt cōmenda
re caſtā generationē cū claritate. dic ſap.
viij. Habebo ꝓpter hāc claritatē ad tur
bas ꝛ honorē apud ſeniores. Tertiuꝫ
eſt de ꝑhennitate puritatis. memoria em̄
coꝝ q̄ relinquunt̄ ꝑ ꝓpagationē finē hāt.
memoria vero abel in benedictiōe inte
gritatis fuit perpetua. ideo ſtatus virgi
nitatis dicitur celibatus ꝓpter ſui ꝑhen
nitatem. Et notandū ꝙ memoria caſtita
tis ꝓbat̄ imortalis. quadruplici ratione.

Prima qꝛ oīa corꝑa quibꝫ repugnat
generatio ſunt incorruptibilia ꝛ ſempi
terna. patet in corꝑibus ſupcoeleſtibꝫ. ꝛ ꝓ
pter hoc virginitatis ſtatꝰ vocat̄ celiba
tus. Scōa qꝛ oīa corꝑa quibꝫ indita
eſt generatio ſunt corruptibilia. quia nō
poſſunt in ſuo indiuiduo conſeruari. ꝛ ꝑ
petuari pꝫ. ij. lib. de aīa ꝑ cōmentatorē.
Tertia qꝛ oēs creature ratiōales q̄
bus eſt generalis virginitas: vt ſunt an
geli ꝛ anime intellectiue ſunt immorta
les. Quarta quia poſt reſurrectioneꝫ
qñ erimus imortales: erimus etiā virgi
nes quantū ad corporis integritatē cum
deus nō reſuſcitet diminute. Matt. xxij.
In reſurrectione neqꝫ nubēt: neqꝫ nubē
tur ſed erunt ſicut angeli dei in celo. ſ. ꝓ
pter cōſumatā virginitatē. Quartum
de puritatis veritate. Et notandū ꝙ
puritas habet duplicē veritatem. Unā
interiorē que eſt in ordinatiōe ad diuinū
intellectū. Aliā exteriorē q̄ eſt in ordine
ad creatū intellectū. prima eſt ſoli deo co
gnita ꝛ conſiſtit in quadruplici actu. pri
mus eſt imaginari. Scōs honeſta ꝯtem
plari. tertius honeſta eligere. quartꝰ ho
neſta deſiderare. Scōa vero hoībus
cognita etiā cōſiſtit in quadruplici actu.
Primus eſt honeſtꝰ geſtus. ſcōs honeſtꝰ
aſpectꝰ. tertius honeſtꝰ affatꝰ. quartꝰ ho
neſtus effatus. ex iſtis iudicāt homines
probabiliter puritatem interioreꝫ nō de
monſtratiue. qꝛ hoīes iudicāt q̄ foris ſūt
deus aūt intuet̄ cor. i. Re. xvi. Quintū
de puritatis imitabilitate. licet em̄ oīs
virtus trahat ad ſui imitationeꝫ modo
tamē ſinglari virtus caſtitatis eſt ſui ip
ſius multiplicatiua: qḋ pꝫ. quadruplici
ratione. Prima qꝛ caſtitas habet vim E
allectiuā pro eo qꝛ oībꝫ placet. vt patuit
ſupra ꝛ qḋ oībus placet oēs conant̄ ha
bere. Scōa quia habet vim oſtēſiuā
pro eo qꝛ oppoſita iuxta ſe poſita clarius
eluceſcunt. ꝛ ideo decor puritatis oſten
dit quantus ſit error turpitudinis ſibi
oppoſite. Tertia quia habet vim con
ſeruatiuam pro eo ꝙ vniuſcuiuſqꝫ rei cō
ſeruatio ꝛ ſaluatio conſiſtit in eius inte
gritate. ꝛ virtus caſtitatis eſt ad inte
gritatis cuſtodiam. Ideo ſicut natural̄
inclinatio eſt ad vnitatē ꝛ integritatem:
ita eſt etiam ad puritatis imitationem.

Quarta quia habet vim extractiuā
eo qꝛ celibatus eſt virtus quaſi tranſcen
dens ſenſibilem vitam ꝛ quaſi ſequens
angelicā. ꝛ ideo admirabilis valde ꝛ id
cum ponit̄ in exemplū. inſpicit̄ diligēter
ꝛ ꝑ cōſequens attrahit ad ipſius imita
tionem. Sextum de puritatis obſtabi
litate. res em̄ que multū diligit̄ qñcūqꝫ
ſubtrahit̄ deſiderat̄. ꝛ cū ꝑſona tali virtu
te adornata mundo ſubtrahit̄: ab omni
bus deſiderat̄. Eſt em̄ notandū ꝙ ꝑſona
que virtute puritatis eſt venuſtata ſe ſub
trahit ex hac vita quadruplici ratione.

Prima qꝛ eſt acceptabilis illi cui ma
xime cōplacet in veritate. ꝛ ideo feſtinat
talē ꝑſonā ad ſe vocare. ſicut principes q̄
aſſiſtere ſibi volūt illos quibus afficiun
tur. i. Re. xvi. dixit ſaul ad yſa: Stet da



uid in cōſpectu meo. inuenit em̄ grām in
oculis meis. Scōa qꝛ mūdus eſt ſibi
triſtabilis ex eo qꝛ plenus inq̄namētis ꝛ
ſordibꝫ. quibꝫ aīa pura ſolet aliqñ inq̄na
ri. ij. pet. ij. Iuſtū loth oppſſum a nephan
doꝝ iniuria ꝛ a luxurioſa ꝯuerſatiōe eri
puit. aſpectu em̄ ꝛ auditu iuſtus erat hi
tans apud eos q̄ de die in diē aniam iu
ſtam iniq̄s oꝑibus cruciabāt. Tertia
qꝛ puritas in hoc mūdo ꝑiclitat̄ in eo qꝛ
oīa ſenſibilia inclināt ad corruptioneꝫ
ꝯtagij. ij. coꝝ. xi. Timeo aūt ne ſicut ſer
pens euam ſeduxit aſtutia ſua: ita corrū
pant̄ ſenſus vri: ꝛ excidāt a ſimplicitate
q̄ eſt i xp̄o ieſu. Quarta qꝛ iſte mūdꝰ
cū ſit ſordibus plenꝰ priuat̄ ꝑſonā ſic il
luſtri: qꝛ nō eſt dignꝰ ſocietate ꝑſonaruꝫ
incōtaminataꝝ. iō. d. apl's. heb. xi. ꝙ ſub
late ſunt ꝑſone q̄bus dignꝰ nō erat mun
dus. Septimū de puritatis nobilita
te. Et eſt notādū ꝙ in patria ponit̄ vna
corona aurea que eſt ꝑmiū ſubſtātiale. et
triplex aureola q̄ ꝑtinet ad ꝑmiū accidē
tale. ꝑma debet̄ virginibꝫ: qꝛ victoriā ha
buerūt de mūdi blādicijs ꝛ carnis. ſcōa
martiribꝫ qꝛ victoriā habuerūt de hoſtiū
ſeuitijs. tertia doctoribꝫ. qꝛ victoriā hūerūt
de inimici aſtutijs. Et ſic qꝛ ꝟginitas ē in
celis coronata: ita nō ſolū ꝯtīt ad aureā
ſed etiā ꝯtīt ad aureolā: vt dicit̄ Sap.
v. ideo accipiēt regnū decoris ꝛ dyadema
ſpeciei de manu dei ſui. Octauū de pu
ritatis ſubſtātialitate. Et notandū ꝙ q̄
druplex hītudo inuenit̄ in certaminibꝫ
caſtitatis. Prima qñ inſurgētibꝫ paſſi
onibꝫ ꝯcupiſcētie aīus trahit̄ ad ꝯſenſuꝫ
ꝛ iſte ꝯſenſus vocat̄ coinq̄natio. qꝛ indu
cit ꝯſenſū coinq̄natiuū. Scōa qñ inſur
gentibꝫ paſſiōibꝫ aīus trahit̄ ad delecta
tionē. ꝛ iſte ꝯſenſus vocat̄ maculatiuus
qꝛ inducit maculā venialis pcti. Ter
tia qñ inſurgētibꝫ paſſiōibꝫ animꝰ trahi
tur ad ſimplicē ſuggeſtionē. ꝛ iſte cōſen
ſus vocat̄ acceſſio: q̄ nō inclinat ad aliq̄
maculā. qꝛ nō eſt ꝯſenſus: qꝛ ſūt illi ꝑmi
motꝰ de quibꝫ. d. mgr̄. ij. ſniaꝝ. ꝙ nō ſunt
in nr̄a poteſtate. Quarta qñ aliq̄s anius
ita tenet ſubiectas paſſiōes ꝯcupiſcētie:
vt inſurgere nequeāt ad ꝓuocandū ani
mū. ꝛ iſte eſt ſupinus gradꝰ puritatis ꝑ
modū cuiuſdā paſſibilitatis. Quibꝫ nos
alloquit̄ xp̄s di. apoc. ij. Uīcēti dabo mā
na abſcōditū. ꝛ dabo illi calculū cādidū
ꝛ in calculo nomē nouū ſcriptū qḋ nemo
ſcit niſi q̄ accipit. Quod nobis concede
re ꝛc. Amen.

De Sancto Iohanne euan
geliſta. Sermo. IIII.

Quila grādis ma
gnaꝝ alaꝝ longo membroꝝ du
ctu plena plumis: ꝛ varietate ve
nit ad libanum ꝛ tulit medullam cedri:
Sūmitatē frondiū eiꝰ euulſit. ꝛ trāſpor
tauit eā in terrā chanaā in vrbē negocia
toꝝ poſuit illā. eze. xvij. ca. Quia vero
circa deſcriptionē euāgeliſtaꝝ ſcōaꝫ eze.
i. ca. ꝑ facies q̄tuor aīaliū. ꝛ iteratā ꝑ b.
io. apoc. iiij. ipe iohes deſcribit̄ q̄ſi habēs
faciē aq̄le volātꝫ idcirco ad extollēdā lau
dē eius ꝓconia aſſūpta eſt parabola iſta.

Intelligendū eſt tñ ꝙ i hac figura tā
git ꝓpha iſtiꝰ aq̄le decē miſteria ꝯuenie
tia hti iohā. ꝑſone. quoꝝ ſcꝫ Primum
miſteriū eſt de iſtiꝰ aq̄le magnitudie. cū I. miſte
ꝑmitit̄ aq̄la grādis. Et illa ꝓprietas cō rium
uenit. b. io. nō loquēdo. ſ. de magnitudie B
mol̄: ſed de magnitudine virtutis. de qua
magnitudie dixit angelꝰ gabriel ꝓ iohe
baptiſta Erit em̄ magnꝰ corā dn̄o Luce
i. ꝛ itex in eodē ca. de ſaluatore Hic erit
magnꝰ ꝛ filiꝰ altiſſimi. Iſtaꝫ aūt ma
gnitudinē hūit. b. io. euāgeliſta. quia in
ordine apl'oꝝ q̄ eſt maximꝰ fuit vna colū
pna: ꝛ illaꝝ colūnaꝝ magnitudinē expri
mens apl's. ij. Coꝝ. xi. dicit ſic: Eſtimo
nihil me minꝰ feciſſe a magnis apl'is ꝛc.

Scōm miſteriū de illiꝰ aq̄le latitu
dine. qꝛ dicit ꝙ fuit magnaꝝ alarū. Iſte II. my.
ale magne ſignāt illas magnas ꝯtēpla
tiones: q̄s hūit ille apl's. qꝛ de maximis
rebꝫ ꝛ trāſcēdentibꝫ capacitatē intellectꝰ
creati. dicit em̄ btūs Greg. ſup eze. ꝙ ſic
facies ad noticiā ꝑtinet: ita pēna ad ꝯte
plationē. ꝛ qꝛ pēne aīaliū q̄tuor ſunt idē
ꝙ ale ipſoꝝ: vt habet̄ eze. i. ca. iō magni

tudo illarum alarum eſt magnitudo di
III.mi. uinarum contemplationum ſingulariter
refulgentium in iſto apoſtolo. Tertiū
miſteriū eſt de illius aquile longitudine
qꝛ dicit ꝙ fuit longo membroꝝ ductu. q̄
quidē longitudo figurat diuturnitatem
vite quam habuit ille apo. in virtutum
opatione. ꝛ iſta diuturnitas declaratꝰ ī
ſua canonica. ij. qꝛ tantū in. iij. ſe deſcribit
ſeniorē. q. referēdo ſe ad alios apoſtolos
quibꝰ omnibus vixiſſe diutius ꝓhibetꝰ ſe/
cundū illud puer. iij. ca Lōgitudo dierū
IIII.mi i dextra eius. Quartū miſteriū eſt de
illius aquile plenitudine: qꝛ dicit ꝙ erat
plena plumis ꝛ illa plenitudo plumaꝝ
ſignificat abundantiā diuinaꝝ reuelati/
onum multiplicatarum in mente huius
apoſtoli vt ptꝫ in apoc. vbi dicit beatus
Hieroni. ꝙ tot ſunt ſacramenta q̄t ſunt
V.mi. verba ⁊c̄. Quintum miſterium eſt. de
illius aquile mltitudine: qꝛ dicit ꝙ erat
plena varietate que varietas ſignat do/
noꝝ ſpūaliū multiformitatē ꝛ ſupnatu/
raliū cariſmatū quibꝰ aīa huius apoſto/
li fuit ſingulariter adornata vt patebit.
VI.mi. Sextū miſteriū eſt de illiꝰ aqle aduo/
latione qꝛ dicit ꝙ venit ad libanūz q̄
libanus ſignificat xp̄m q̄ interpretatꝰ
cādidatio. ſecundū vtriuſqꝫ nature ꝓpri
etatem repte in ipſa. Primo quidē q̄/
tū ad diuinitatē qꝛ libanus ſm Hiero.
interp̄tatꝰ candor ꝛ diuinitas verbi. ver/
bum aūt ſm ſuā diuinitatē dicitꝰ candor
lucꝭ eterne ſap. vij. ca. Scd̄o dicitꝰ xp̄s
libanus q̄tum ad ſuā humanitatē. quia
libanus interpretatꝰ cādidatio. ꝓ innocē/
tie venuſtatē. Ad illū ergo mirabilē liba
nū venit illa aquila magnifica qn̄ fuit ei
xp̄i incarnatio reuelata qꝛ actus illiꝰ re/
uelationis ſequebatꝰ actū intenſiue dul
cedinis quo amans tendit in amatum.
VII.mi. Septimū miſteriū eſt: de illius aqle
acceptione. qꝛ dicit ꝙ tulit. ſ. medullā ce/
dri que quidē cedrus ſignificat ſuppoſi/
tum verbi exaltatū in libano. i. iunctū cū
hūanitate in xp̄o. Iſta cedrus conſtat ex
diuinitate ſub relatiua ꝓprietate ſicut ce

drus ex medulla ſub cortice. Iſta ergo
aquila tulit medullā cedri. dū ꝑ reuelā
tionē ſupnaturalē accipit noticiā diuini/
nitatis verbi in ſua intelligētia ꝛ poſtea
eam reponit in ſua memoria Octauū VIII.
miſteriū eſt de illius aquile euulſione: qꝛ miſte.
dicit ꝙ ſūmitatē frondiū eiꝰ euulſit. Iſte
ſūmitates frōdiū ſunt flores ipſoꝝ ꝛ iſti
flores ſignificāt reuelationes diuinas q̄
ſunt in verbo. ſ. gn̄o paſſiua. ꝛ actiua ſpi/
ratio: qꝛ dicit dioni. de ſancta theolog. ꝙ
pullulationes dine nature. i. origies ſūt
ſicut flores ꝛ illos flores b. io. euulſit. qn̄
ꝑ noticiam abſtractiuā a verbo illos flo/
res accepit. abſtractio eñ eſt quaſi q̄dam
intellectualis euulſio virtutis agntꝭ ab
obiecto. illius aūt euulſionis ſignū exti/
tit qꝛ miſteriū trinitatis clarius ceteris
expreſſit di. i prima canonica ſua: Tres
ſunt qui teſtimonium dant in celo ⁊c̄.
Nonū miſteriū eſt de illiꝰ aquile trāſ/ IX.mi
portatione qꝛ dicit ꝙ medullā cedri quā
tulit tranſportauit in terrā chanaā. Iſta
aūt tranſportatio tunc fuit facta a beato
io. qn̄ ipſe illā notitiā diuinititatis verbi
quā ipſe potauit dormiēs in pectore xp̄i
manifeſtauit in deſcriptiōe ſimboli apo/
ſtolici exprimens ꝑſonā filij vt infra pa/
tebit. ꝛ illa ad litam fuit facta in hieruſa/
lem in qua deſcriptus fuit ſimbolus apo
ſtoloꝝ in primo concilio de quo hētur in
actibus Decimū miſteriū eſt de illius X.mi.
aquile finali repoſitiōe qꝛ dicit ꝙ medul
lam cedri quā trāſportauit: poſuit in vr/
be negociatoꝝ q̄ ſignificat multitudinē
gentiū negocijs ſecularibꝰ deditaꝝ in q̄/
bus medullam cedri. i. diuinitatē beatuſ
Johannes finaliter poſuit. quia poſt de/
ſcriptionē ſimboli. i aſia ſcripſit euāge/
lium per qđ diuinitatem ipſam maxime
gentibus manifeſtauit vt patet maxime
in eius principio. Quia vero ad extol
lenda preconia. b. io. aſſumpta eſt illa fi/
gura. idcirco eius laudibꝰ inſiſtendo. oc/
currunt. xxij. conſiderationes. quarum
Prima eſt deuotio ſue generationis ꝛ
dicitꝰ ꝙ fuit propagatus de iclita radice



yeſſe: ſicut ꝛ Chriſtus ex parte anne ex q̄
prodierunt quattuoꝛ precioſi rami ſcili/
cet mater domini. maria Jacobi. maria
Salome. de quarum prima fuit natus
chriſtus. de ſecunda ſcilicet Jacobꝰ mi/
noꝛ Symon ꝛ iudas apoſtoli ꝛ Joſeph
qui cognominatus eſt iuſtus De tertia
vltimo Jacobꝰ maioꝛ ꝛ Johannes euan
geliſta qui fuit quartus ramus in illa ꝓ/
genie. Intelligendum eſt tamen ꝙ ex
illa progenie beatus Johannes fuit con
ſecutus quattuoꝛ priuilegia. quoꝝ Pri
mū fuit ꝙ fuit conſanguineꝰ germanus
chriſti ꝛ per conſequens dei ꝛ illa germa
nitas ex hoc probatur: quia matres am/
boꝛum fuerant filie eiuſdem matris ſci/
licet Anne. Secundum ꝙ illa germa
nitas Johannis ad xp̄m nō fuit ſimplex
ſed dupla: ſicut ſi fuiſſent germani tam
ex parte patris q̄ ex parte matris. quia
tantam germanitatem habuit xp̄us ad
matrem ſuam benedictam in conſubſtā
cialitate: quantam habent alij ad vtrū/
qꝫ parentem. Tertium eſt ꝙ illa ger/
manitas non fuit per modum equiparā
tie ſed quaſi diſquiparantia. quia xp̄us
fuit conſubſtantialis ſe toto. quia totali/
ter a maria virgine matre proceſſit.
Quartum eſt. ꝙ ex illa germanitate ſa
ne intelligendo beatus Johannes con/
traxit affinitatem aliquā cum perſona
patris ꝛ ſpiritusſan. quia inter perſonas
diuinas eſt germanitas veriſſima. ideo
cum quacunqꝫ vna diuinarum perſona/
rum habet germanitatē alij. ſ. videntꝰ ha/
bere affinitatem. Et eſt ſciendum ꝙ illa
germanitas adiuuabat beatum Johan
nē ad perfectius diligendum chriſtū
Secunda eſt conſideratio. de ordine
II. cōſi/ ſue vocationis: qua fuit vocatus ad xp̄i
deratio diſcipulatū ꝛ ad ordinem apoſtolatus
in quo quartum locum ſortitus eſt. Pri/
mus fuit Andreas. ſecūdus Petrus. ter
tius Jacobus maioꝛ. quartus Johan/
nes euangeliſta vt patet Johannis. i. ca.
ꝛ ideo poteſt de eo dici illud daniel. iij.
III. ꝯſi/ Spēs quarti ſimilis eſt filio dei Ter
deratio tia conſideratio eſt. de merito ſue proſe/

cutionis. q̄tro ſcꝫ merito beatus Jo. fuit
xp̄um ſecutus. qđ meritū declaratꝰ math.
xix. quando querenti Petro pro omni/
bus apoſtolis. Ecce nos reliquimus
omnia ꝛ ſe. ſumus ⁊c. quid ergo erit no/
bis. Reſpondit ei dominus. Amen di/
co vobis ꝙ vos q̄ ſecuti eſtis me ⁊c̄ No/
tandum eſt tamen ꝙ meritum beati Jo
hannis inſequenti chriſtum argumenta
tur maius eſſe merito beati Petri qua/
druplici ratione. Et prima eſt. quia
citius venit ad chriſtum Petrus vero ꝑ
andream ante fuerat predicatus q̄ per
chriſtum fuerit vocatus. illa fuit prima
exhortatio ſcilicet Johānis vocatio que
inuenitur ad ipſum facta in diuina ſcri/
ptura. Secunda eſt quia Johannes
fuit de maiori genere. vtpote de ſtirpe re/
gia de qua fuit chriſtus: cuius erat ger/
manus conſanguineus. Tertia ratio
eſt. quia in etate florida mundum reliq̄.
erat enim adoleſcens: vt ꝑſtatur mar/
chus in qua etate difficillimum eſt relin
quere mundum: eo ꝙ maxime tunc paſſi
ones vigent. Quarta eſt quia Johan
nes magna bona reliquit. Petrus enim
ſolum reliquit bona fortune: vt nauem
ꝛ retia. Johan. autem bona nature vnde
dicitur. relictis Johannes retibus ꝛ pa/
tre: quod maxime pertinet ad bona na/
ture ſecutus eſt chriſtum. Quarta cō/ IIII.cōſi
ſideratio eſt de matrimonio ſue deſpon/ deratio
ſationis. poſtq̄ enim fuit a chriſto voca/
tus fuit matrimonio deſponſatus: ꝛ de
illis nuptijs ſine corruptione abſtractus
vt dicit Hieronimus i prologo ſup Jo/
hannem. Iſte nuptie creduntur fuiſſe
in quibus dominus aquam mutauit in
vinum. qꝛ nuſq̄ legimus alibi chriſtum
interfuiſſe nuptijs. Et nonnulli arbitrā/
tur mariam magdalenam ibi fuiſſe ſpō/
ſam ꝛ per hoc fuiſſe auerſam. quia ſpon/
ſus fuit ſibi ablatus licet illud ſatis ſit
apocrifum. Et illa beati Johannis de/
ſpōſatio creditur fuiſſe ordinata a chri/
ſto vt eius virginitas cōſecraretur. quia
ſtatim cum virginitas coniungitur cū
ſacramento: conſecratur per ipſum.

Intelligendum eſt tamē ꝙ in diuina
ſcriptura ſm illū modū quattuoꝛ virgi-
nitates inueniunt conſecrate. vt pꝫ in p̄
cedenti ſermone. in articulo: in tertio ſta
V. conſi tu ad litteram. Quinta ꝯſideratio eſt.
deratio de p̄conio ſue puritatis qꝛ dicit b. Greg.
ꝙ ſpeali p̄rogatiua caſtitatis amplioꝛi
ipm fecit dignuꝫ dilectione. qꝛ virgo eſt
electus a deo. ꝛ virgo i euū permāſit ꝛc̄.

Intelligendū eſt aūt ꝙ in ve. te. fuerūt
quattuoꝛ virginitates cōmendate. Pri
ma fuit Abel. ſcda fuit Noe. tertia fuit
Hieremie. quarta fuit Danielis. Pria
quia floꝛida. ſcda qꝛ diu ꝯſeruata. tertia
qꝛ a xp̄o oꝛdinata. quarta qꝛ remūeratio
nibus habundātiſſime remunerata. Et
ſic iſtis quattuoꝛ modis virginitas. Jo.
euangeliſte fuit cōmendata. Sed in no.
teſta. inueniunt quatuoꝛ virginitates ve
nerate. quaꝝ Prima fuit ioſeph. quia
fuit ad matris pudicitiā oꝛdinata. Se
cunda fuit iohannis baptiſte. quia chri-
ſti p̄nunciatiua. Tertia fuit beati ſte-
pha. qꝛ pudicitia ſāctaꝝ mulieꝝ fuit ei cō
miſſa. Quarta fuit beati pauli. qꝛ fuit
doctrina clariſſima illuſtrata. Nunc aūt
celibatus b. iohā. illo quadruplici modo
VI. cōſi fuit venerat9 vt pꝫ. Sexta cōſidera-
deratio tio eſt. de p̄uilegio ſue familiaritatis: qꝛ
fuit xp̄o familiarioꝛ ceteris apl'is. ꝛ illud
fuit p̄pter habūdantioꝛē puritatē. Iſta
aūt familiaritas fuit q̄druplicitet decla-
rata vt patꝫ in p̄cedēti ſermone. in ſexto
VII. ꝯſi ſtatu ad lr̄am. Septima conſideratio
deratio eſt de faſtigio ſue charitatis q̄ xp̄m p̄ ce-
teris diligebat. Et illi9 potuit eſſe cā ſm
naturā p̄cedendo. qꝛ illa etas in qua fu-
it vocatus. ſ. adoleſcētia eſt p̄nioꝛ ad di-
lectionē. Intelligendū eſt tñ ꝙ illi9 di
lectionis ſugbabundātis quattuoꝛ fue-
runt ſigna. Vere in p̄cedenti ſermone in
VIII. ꝯſi ſtatu. v. ad lr̄am. Octaua ꝯſideratio
deratio eſt de miſterio ſue obdoꝛmitiōis qñ ſ. fuit
ſopit9 in ſinu dñi noſtri ieſu xp̄i. Intel
ligendū eſt tñ ꝙ xp̄s fecit in cena q̄ttuoꝛ
actus circa p̄ſonā b. io. euangeliſte. Vere.
in ſermone p̄cedenti q̄ incipit dilect9 me
us in. viij. conſideratione: ad litteram.

Nona ꝯſideratio eſt de ſacramēto ſue IX. cōſi
adoptiōis qñ verbo ſaluatoꝛis fuit fact9 deratio
filius matris xp̄i. dicēte ei dño ihu. Mu
lier ecce filius tuus ꝛc̄. Intelligendū
eſt tñ ꝙ illa mutua recomēdatio facta fu
it q̄druplici rōne. Vere in ſupꝛadicto ſer-
mone. Dilectus meus in. ix. cōſideratio
ne ad litteram. Decima conſideratio X. conſi
eſt de p̄conio ſue intonationis. in deſcri- deratio
ptione. ſ. euangelij demonſtratio in q̄ ſic
intonauit. ꝙ ſi altius intonaſſet tot9 mū-
dus eū capere nō potuiſſet. Intelligē-
dum eſt tñ ꝙ in deſcriptiōe illius euange
lij b. io. tranſcēdit alios euāgeliſtas in q̄
tuoꝛ. Vere in p̄dicto ſermone. dilectus ꝛc̄.
in. x. ꝯſideratione ad lr̄am. Undecia XI. cōſi
cōſideratio eſt: de p̄digio ſue viſiōis cuꝫ deratio
dicit iohānes euāgeliſta deū vidiſſe. qñ
fuerunt ei reuelata ſecreta celeſtia. In
telligendū eſt tñ ꝙ in ſacra ſcriptura iue
niunt tñ quatuoꝛ hoies vidiſſe deū. quo
rum Primus fuit Adam in ſtatu in-
nocentie ꝛc̄. Scd's fuit Moyſes. Ter-
tius fuit yſaias: de quo dicit auguſtinus
ꝙ a iudeis ideo fuit ſectus quia dixit ſe
vidiſſe deum. Quartus fuit paulus de
quo dicit bea. Augu. ſuper gen̄. ad lr̄am
xij. Cur non credimus tanto apl'o docto
ri gentiū rapto vſq3 ad illam excellētiſſi-
mam viſionē intellectualē. voluit ne de9
demonſtrare vitam in qua poſt hanc vi-
tam viuendum eſt in eternum. q. d. imo.

Duodecima cōſideratio eſt. de articu XII. ꝯſi
lo ſue cōfeſſionis quādo fuerūt. xij. apl'i. deratio
cōgregati poſt aſcenſionē domini vt fidē
catholicam deſcriberent. ꝛ tunc fecerunt
ſimbolū in quo fuerūt poſiti. xij. articuli
iuxta numerū apoſtoloꝝ. ꝛ illud fuit pri-
mum cōciliū ſolēne militātis eccleſie ce-
lebꝛatū in hieruſalem. Tredecima cō XIII
ſideratio eſt. de faſtigio ſue p̄feſſionis in ꝯſide.
quo ꝯſideraꝛ de quo oꝛdine fuit reputa-
tus. ad quā dignitateꝫ fuit aſſumptus.
Intelligendū eſt tñ ꝙ xp̄s in celū aſcē
dens diuiſit i eccleſia. v. oꝛdines ꝛ digni
tates vt teſtatur paulus ad eph̄. quarto.
Vere in ſupꝛadicto ſermōe. ſ. dilectus ꝛc̄.
in. xiij. conſideratione ad lr̄am. Quar



XIIII. tadecima cōſideratio eſt. de p̄ſagio ſue
ꝯſide. aſſimilationis. cū eñ quattuoꝛ euange-
liſte ſint aſſimilati p quattuoꝛ animalia
ſicut docet bea. greg. ſup eze. Primū eñ
habet faciē hominis. ſcdm leonis. tertiū
bouis. ꝛ quartū aquile volantis: vt patꝫ
in eodē ca. Intelligendū eſt aūt ꝙ per
aquilam intelligit b. io. euāgeliſta. Ubi
eſt ſciendū ꝙ aquila habet ſeptem p̄prie
tates btō io. apl'o. ꝛ euāgeliſte ſingularit
cōuenientes. quaꝝ Prima eſt ꝙ habet
limpiditatē in ſuo cōtuitu. Aquila eniꝫ
irreuerberatis oculis reſpicit ſolis rotā
hanc habuit beat9 io. eo ꝙ tam luculēter
intuitus eſt diuinitatem verbi. Se-
cunda eſt ꝙ habet ſolēnitatē in ſuo vola
tu qꝛ ſup omnes alias aues volat. ꝛ ſuū
nidum collocat. ita habuit b. io. eo ꝙ fuit
negociatus circa altiſſima miſteria p̄ci-
pue altiſſime trinitatis. Tertia eſt ꝙ
habet arduitatem in ſuo icolatu. qꝛ facit
nidum ſuū in locis difficilimis adeun-
dum ꝛ ita he. io. qꝛ negociatus fuit circa
difficilima videlicet circa incarnationeꝫ
Quarta eſt qꝛ habet velocitatē in ſuo
volatu. qꝛ velocius volat ceteris auibus
ita habuit b. io. eo ꝙ i breuiſſimo ſpatio
ſcripture ſue infinita p̄tranſeat ſcd'ꝫ vir
tutem. Quinta eſt qꝛ habet nouitatē
in ſuo actu qꝛ renouat ne poſſit ſeneſcere
ita habuit b. io eo ꝙ vetuſtatem iudeoꝝ
abijciens: maxime in ſuo euāgelio noui-
tatē mādatoꝝ amoꝛis ſtatuere viſus fuit
Sexta eſt qꝛ habꝫ extrahe[illegible]itatē in ſuo
effectu. qꝛ docet volare ſuos pullos ꝛ ſu
per eos volitat ita b. io. eo ꝙ volitās acti
bus cōtemplationis ſup alios ſurſū tra-
here conabat. Septima eſt qꝛ habet i
certitudinem in ſuo tranſitu qꝛ via aq̄le
trāſeuntis de loco ad locū eſt penitus in-
certa. hanc habuit beatus ioh. eo ꝙ licet
tranſitus eius fuerit notus: tamen quid
factum ſit de eius coꝛpoꝛe difficile eſt in-
XV. ꝯſi. uenire ꝛc̄. Quindecima conſideratio
eſt de obſtaculo ſue retardationis cū eñ
fuerit magis dilectus iter apoſtolos. iō
ſecundum rectam rationeꝫ ſibi debetur
p̄incipatus apoſtoloꝛuꝫ ꝛ tamen nō fuit

factus p̄inceps apoſtoloꝛum ſed petrus
Ubi eſt notandū ꝙ xp̄us obmiſit ei
ꝯferre p̄incipatū quadruplici rōe vt pꝫ
in p̄cedenti ſermone. ſ. dilectus ꝛc̄. in. xv.
cōſideratione. Sed ex illis q̄ttuoꝛ rōib9
accipiunt quattuoꝛ documēta. quoꝛum
Primum eſt ꝙ iuuenes non ſunt aſ-
ſumendi ad ſtatū p̄lationis q̄tumcūq3
p̄fecti: ꝛ in alijs ſufficiētes. Secundū
eſt ꝙ p̄lati non debent rōne conſanguini
tatis inclinari ad dandū eccleſiaſtica bñ
ficia. Tertium eſt ꝙ illis q̄ ſunt ſuffici
enter beneficiati nō ſunt cōferēda vlteri
oꝛa beneficia eo ꝙ debēt ꝯtentari. Se XVI. cō
xtadecima cōſideratio eſt. de iudicio ſue ſidera.
imerſiōis qꝛ eñ noluit x cōſuli iuxta edi-
ctum imperiale obedire: vt negaret xp̄m
ꝛ a p̄dicatiōe ceſſaret: iuſſus eſt in doliū
feruentis olei mergi: de quo nō aduſtus
ſed vnctus exiuit vt teſtat eius ſolēnitas
que legit ante poꝛtā latinā. Et in illo mi
raculo cōcedit coronā martirij meruiſſe
qꝛ meritū martirij conſiſtit in conſenſu
mentis ꝛ nō in paſſione coꝛpis: alioquin Nota
qui inuitus occideretur eſſet martyr. Et
ideo quia ſe expoſuit ſponte moꝛti q̄uis
diuino miraculo fuerit reſeruatus: tamē
merito martirij non fuit p̄uatus. In
telligendum eſt tamen ꝙ in diuina ſcri-
ptura quatuoꝛ modi martirij inueniunt
vt patet in ſermone p̄allegato. ſ. dilectus
meus in articulo. xij. ad lr̄am Decima VII. ꝯſi
ſeptima conſideratio eſt de exilio ſue re-
legatiōis: qñ fuit depoꝛtatus i pathmos.
vt ibi vacaret diuinis reuelationibus: vt
pꝫ in apoca. per totum Intelligendū
eſt tamen ꝙ in ſtatu illo relegationis q̄t
tuoꝛ notabilia circa ipſum euenerunt. D
Primuꝫ fuit ꝙ in illo ſtatu mirabilia
ſcripſit ſcribendo librum apoc̄. vbi dicit
beatus Hieronimus. ꝙ ille liber tot ha-
bet miſteria quot verba: vnde dicunt do
ctoꝛes ꝙ omnia eccleſie ventura ſunt ibi
ſcripta. Secundum fuit ꝙ in hoc ſta-
tu mirabilioꝛa audiuit nō enim ſcripſit
omnia que audiuit. licet in mente ſua ſi-
gnauerit vniuerſa. vnde fuit ei dictum
apoc̄. x. ca. Signa q̄ locuta ſunt. ſeptem

conſterua ⁊ noli ea ſcribere ꝛc. Tertiū
ꝙ in hoc ſtatu eſt: qꝛ mirabiliſſima vidit
quia vidit xp̄m ⁊ angelos ⁊ totā celeſtē
patriam illuminatā ſole diuinitatis qḋ
cernere non potuiſſet niſi illā lucē diuini
tatis vidiſſet. Quartū eſt ꝙ ipſe in h
ſtatu totam diuinā ſcripturā finiuit: ita
vt non credāt aliq̄ doctores aliqū līe ap/
ponere aliq̄d canoni vltra librū apoc. et
ꝓpter hoc credūt beatū io. dixiſſe vltimo
capitulo. Si quis appoſuerit ad hec ap/
XVIII. ponet deus ſup illum plagas ſcriptas in
ꝯſide. libro iſto ꝛc. Decimaoctaua conſide/
ratio eſt de gaudio ſue reuerſiōis. qn̄ em̄
rediit de inſula. tunc facta fuit in epheſo
magna exultatio occurrentiū ⁊ cantātiū
Benedictus qui venit in noīe dn̄i. Et il
la letitia fuit duplicata qn̄ ꝑ ipm druſia/
na fuit reſuſcitata ꝑ tres horas acclamā
te populo Unus eſt deus quē p̄dicat io.
ꝛc. Intelligēdū eſt tn̄ ꝙ pꝰ ſuū regreſ/
ſum de exilio ꝑficiens curſum ſue p̄dica/
tionis tempꝰe longo floruit quadruplici
genere miraculoꝝ vt pꝫ in ſermone qui
incipit Dilectus ꝛc. in. xviii. ꝯſideratiōe
XIX. cō Decimanona conſideratio: eſt de mi/
raculo ſue tranſlationis quo fuit vocatꝰ
a chriſto modo ſingulariſſimo de q̄ dicit
beatus Hieronimus in ꝓlogo ſup iohā/
nem. Hic eſt iohēs: q̄ ſciens ſuꝑueniſſe
diem receſſus ſui cōuocatis diſcipulis. ſ.
in epheſo ꝑ multā ſignoꝝ experientiā ꝓmo
nens xp̄m. deſcēdens in defoſſum ſepul/
ture ſue locū facta oꝛone poſitus eſt ad
patres ſuos. tam extraneus inquit a do/
lore mortis q̄z a corruptione carnis inue
nit alienus. Sed eſt attendendū ꝙ cir
ca tranſlationem bea. io. fuerūt quattuor
E mirabilia celebrata. quoꝝ ſcꝫ; Primū
eſt de xp̄i appꝛitione. quia anteq̄ꝫ diſcipu
los cōuocaret ei apparuit xp̄us cum. xi.
apoſtolis qui iam omnes erant cuꝫ xp̄o
per mortem ⁊ vocauit eum di. Ueni di/
lecte mi tempus eſt vt epuleris cum fra
tribus tuis ad cuius conſpectum incita
ta eſt anima eius eternoꝝ deſiderio. vn/
de poſtea dixit: Uiſus tuus cōcupiſcen

tias in me generauit eternas. Scdm
fuit de lucis apparitione: quia poſtq̄ꝫ in
defoſſum locum deſcendit vt dicit hiero.
lux apparuit miranda. occultans ipſius
corpus ⁊ per ſpatiū trium horarū ſtetit.
Tertium fuit de corꝑis diſꝑitione: qꝛ
poſtq̄ꝫ lux illa diſceſſit nullus mortaliū
corpus illud ſanctiſſimū vidit vbicunq̄ꝫ
fuerit tranſlatū. Quartum fuit de mā
ne ſcaturitione. quia poſt diſparitionem
illius corporis ſanctiſſimi ſcaturiuit mā
na de illa foſſa. Sed occurrit dubiū vbi
fuerit bea. Jo. tranſlatus. Et dicit ad pa
diſum celeſtē ſicut dauid. Uigeſima XX. ꝯſi
conſideratio eſt de argumento ſue reuer
ſionis. Dicunt aliqui ꝙ ſicut ante iudici
um eſt venturus ad prenunciandū xp̄i
aduentū vnus de tempore legis nature
aliꝰ de tempore legis ſcripte: vt Enoch
⁊ Helias. ita conuenit ꝙ veniat vnus p̄
curſor de tempore gratie. Et ad hoc nō
inuenitur ſimilis b. io. euāgeliſte qui ſic
fuit tranſlatus in gr̄a ſicut illi i lege ſcri/
pta ⁊ moſaica: ⁊ naturali. Et iſta ſen
tentia confirmatur quadruplici ratione
⁊ auctoritatate. Require ſupra in ꝓliis
ſupradictis ſermonibus vbi iſta grana
tractatur ꝛc. Uigeſima prima conſi/ XXI. cō
deratio eſt de fulcimento ſue immortali
tatis de qua loquitur bea. Hieronimus
ſuper iohannem dicit ꝙ hic iohannes fa
cta oratione poſitus eſt ad patres. vt di/
ctum eſt ſupra. Et notandum ꝙ ſunt. v.
auctoritates in ſacra ſcriptura probātes
eius immortalitatem: quarū Prima
eſt math. xvi. ca. Amen dico vobis ſunt
quidam de hic ſtantibus qui non guſta/
bunt mortem ꝛc. ſed conſtat ꝙ omnes il
li q̄ ibi erant ſunt mortui ergo ꝛc. Se
cunda eſt mar. ix. cap̄. di. eodem domino
Amen dico vobis: ſunt quidam de hic
ſtā. qui non gu. mor. donec videāt regnū
dei ꝛc. Tertia eſt lu. ix. ca. di. dico aūt
vobis vere ſunt hic aliqui ſtantes qui nō
gu. mor. donec videant regnum dei ꝛc.
factus ſuꝫ vir euacuaui que erāt paruulī
Iſta. xij. documenta docet nos ſpūalis
medicus. b lucas in ſuis ſcripturis pro/
pter qđ dī. ſapiens. eccľ. xxxviij. ca. Ho/
nora medicū ꝓpter neceſſitatē etenī illuꝫ
creauit altiſſimus. ſ. ad nr̄aꝫ vtilitatē ⁊c.

## In feſto oīm ſanctoꝝ. Sermo. II.

# Videns ieſus tur

bas aſcēdit in montē. Mat. v
ca. Apľs dīc eph. iij. Flecto ge
nua mea ad p̄reꝫ dñi mei ieſu xp̄i. ex quo
oīs p̄rnitas i celo ⁊ in terra noiať vt det
vobis ſm̄ diuitias glīe ſue virtutē corro
borari ꝑ ſpm̄ ei⁹ in interiori hoīe hītare
xp̄m ꝑ fidē in cordib⁹ vr̄is i charitate ra
dicati ⁊ fūdari vt poſſitꝫ cōprehēdere cū
oīb⁹ ſcis q̄ ſit latitudo ⁊ lōgitudo ſubli/
mitas ⁊ ꝓfundū. ſ. dī. Ex q̄b⁹ ꝓbis ꝙ ꝙ
ſcti in celo cōprehendūt ⁊ intuitiue ꝑfe/
cte cognoſcūt dei latitudinē: q̄ oia replet
ſua maieſtate. dei lōgitudinē: q̄ oia pce/
dit ſua eternitate. dei ſubtilitatē: q̄ omīa
excedit ſua dignitate. Et dei profundita
tem qua omnia penetrat ſua ſubtilitate.
Hanc aūt vniuerſitateꝫ ſanctoꝝ omniū
ſic deū cōprehendentiū poſſumus redu/



cere ad triplicem chorum. ſ. ſanctaꝝ vir/
ginum pudicitia virentiū. Sanctoꝝ pa
triarcharum cultum dei fundantium.
Sanctoꝝ xp̄m ꝑfecte imitantium. ⁊ in
quolibet choro eſt triplex ordo. ⁊ tripli/
ces principes ipos choros regētes. ⁊ ſic
in vniuerſo ſunt nouem ordines. ⁊. ix. ſan
ctorū principes iuxta. ix. beatitudines i
hodierno euangelio noiatas. Prim⁹ cho
rus eſt ſanctarum virginum ꝓpter reue/
rentiam. bea. virginis. que eſt non tantū
virginum veruꝫ etiam omnium ſanctoꝝ
corona gloria ⁊ ꝓncipiſſa. In q̄ ſunt tres
ordines. Primus eſt ſanctarum virgi
num que in carne ⁊ preter carnem viuen
tes vitam celeſtem ⁊ non terrenam duxe
runt. De quibus diciť in euangelio. Bti
mundo corde q̄m ipi deū videbūt. Mū/
dicia enim cordis continet eſſentialiter
effectū virginitatis. talis vere eſt beatus
q: cordis mūditia ꝯiungit vltimo fini. ꝓ
uer. xxij. Qui diligit cordis mūditiā ꝓꝑť
grām labioꝝ ſuoꝝ hēbit amicū regē. Et
ideo querit ꝓpheta. pš. xxiij. metro. iij. d.
Quis aſcendet in montē dñi aut q̄s ſta/
bit in loco ſancto eius. ſ. ad videndū ꝓmā
veritatem ⁊ diligendum ſummam boni
tatem. Et r̄ndet cū ſequiť. metro ſequēti.
Innocens manibus ⁊ mundo corde qui
non accipit in vano animam ſuam: nec
iurauit in dolo proximo ſuo. ⁊ tales deū
videbunt recte hic per meritūꝫ. ⁊ ibi per
premium. quia q̄ꝫto mundicia oculi eſt
purior: tanto potentia viſiua eſt virtuali
or ⁊ limpidior. Scđs eſt ſanctoꝝ ange
lorum. quoꝝ eſt pacē ⁊ trāquillitatē ꝓcu/
rare. de quibus diciť in euāgelio. Beati
pacifici quoniam filij dei vocabunť: ipſi
angeli dñtur pacifici. quia ad paceꝫ faci/
endam ferendā ⁊ ꝯſeruandaꝫ inuigilāt
diligentius. ⁊ ideo in chriſti natiuitate
diuinuꝫ ꝓconiū intulerunt ſcꝫ cantando
letiſſime. Gloria i excelſis deo: ⁊ in terra
pax hominibus bone volūtatis. Luc. ij. ca.
De cuius oppoſito triſtanť. ie. xxx. Ange
li pacis amare flebūt. ſ. cū viderint diſcor
dias. Et q: filius dei venit in hūc mūdū
vt pacem faceret inter deum ⁊ hominem
inter angelum ⁊ hominem inter hominē
⁊ hoiem: ideo ipſi āgeli ⁊ q̄libet qui talē
affectum exercet filius dei vocať. Ter
tius eſt ſanctorum innocentum. quorum
innocentiam per mititatem ⁊ manſuetu
dinem demonſtrat: de quibus in euan/
gelio dicitur. Beati mites quoniam ipi
poſſidebunt terrā. Mitis eſt ille ſecun/
dum gloſam quem amaritudo non affi/
cit: rancor vel ira nō deijcit: non nocet al/
teri nec nocere intendit quod recte com/
petit innocentibus. nam innocens quaſi
nulli nocens dicitur. De quibus prophe
ta pš. xxxvi. metro. xi. Manſueti aūt he/
reditabunt terram. ⁊ que ſit illa denotat.
d. pš. cxli. Portio mea dñe in terra viuētī
um. Iſtū choꝝ regit ⁊ gubernat regina
virginum quia ſuo exemplo omnem im
mundiciam ⁊ carnis impudiciciam ſper
nunt beati. q: ipa eſt que neſciuit thoruꝫ
in delicto habebit fructum in reſpectio/
ne animaꝝ ſanctaruꝫ. ſapi. iij. Prerogati
ua aūt huius chori eſt pre omnibus ſan/
ctis. quia ſequūtur agnum quocunq̄ ie/
rit. Apoc. xiiij. Qui igitur volunt in iſto
choro chriſtum ſequi: debent triplicem
ſtatū habere. Primo puritatis ⁊ mū/
ditie cum virginibus. Secundo tran
quillitatis ⁊ concordie cum angelis.
Tertio manſuetudinis ⁊ innocentie
cum innocentibus. Et ideo ab iſto cho/
ro excluduntur. Primo luxurioſi mū/
ditiam inficientes. Secundo contu/
melioſi concordiam dirūpentes. Ter/
tio malicioſi innocentiam opprimentes.
Scđs chorus eſt patriarcharum qui/
bus infuit pietas ⁊ miſericordia. ⁊ pro/
phetaꝝ quibus infuit veritas ⁊ iuſticia:
⁊ anachoritaꝝ quib⁹ infuit auſteritas et
pnia. Prius eſt ordo p̄riarchaꝝ. q̄ fue/
rūt viri religioſi in vita ſua p̄ceſ ꝓphaꝝ
⁊ apľoꝝ hoſpitalitate ꝓcipui: fide ꝓclari
obia ꝓmpti. ⁊ in ꝓmiſſionib⁹ certiſſimi. quē
ordinē regit ſumus p̄riarchaꝝ abraā. p̄r
fidei noſtre. gen̄. xv. Credidit abraā deo
⁊ reputatum eſt illi ad iuſticiaꝫ. De qui/
bus in euangelio dicitur: Beati miſeri/
cord es q̄m ipi miſericordiā cōſeq̄nť. Sꝫ

duplex eſt miſcđia. Prima que ſubue/
nit alterius indigentie. que minuēdo pe
nam in indigentia ꝓximi merec̄ ꝑtē pe
ne diminutionem. Scđa eſt in cōpaſ/
ſione alterius miſericordie. qui compati
tur infirmitatibus ⁊ indigentijs viſcero
ſa compaſſione. vbi non poteſt manū ad
iutricem porrigere. eccl. xxix. Conclude
elemoſinā in corde pauperis ⁊ hec ꝓ te ex
orabit ⁊ liberabit ab omni malo. ⁊ quia
ſancti patriarche ⁊ ꝓphete ⁊ anachorite
fuerūt viri miſericordie ⁊ pietatis ideo
miſericordiā ſunt ꝯſecuti i diminutione
pene ⁊ adeptione glie. puer. xxij. Qui ꝓ/
nus eſt ad miſericordiā bn̄dicec. de pani
bus em̄ ſuis dedit pauperi. Scđs or/
do iſtius chori eſt ꝓphetarum cum quibus
locut⁹ eſt deus ꝙ ⁊ aſſidua meditatione
mortis intrepidi fuerūt: ⁊ in ꝑſecutione
ſtrenui. Mat. xxiij. Hierlm hierlm que
occidis ꝓphetas ⁊ lapidas eos qui ad te
miſſi ſunt q̄tiens volui cōgregare filios
tuos. ſ. ꝑ eos ⁊ noluiſti: ſed perſecuta es
eos. ⁊ ideo. d. euan. Bti ꝙ ꝑſecutionē pa
tiunc̄ ꝓpter iuſticiā qm̄ ipoꝝ eſt regnū ce
loꝝ ⁊ iō. d. b. pe. i. pe. iij. Si quid patimi/
ni ꝓpter iuſticiā bti timorē aūt eoꝝ ne ti/
mueritis vt non ꝯturbemini ⁊c̄. Et qꝛ i
hac vita iuſticiā ſunt ſecuti. iō in pn̄ia ea/
dem ſunt remunerati. ſap̄. v. Accipient
iuſti regnum decoris ⁊ diadema ſpēi de
manu dn̄i. Iſtū ordinē regit ꝓpheta dđ.
deq̄uo d. Hiero. in ꝓlogo ſuꝑ yſay. ꝙ nō
ſolum ꝓpheta ſed ⁊ euangeliſta dn̄dus ē
ita em̄ vniuerſa xp̄i acta ceteraq; cuꝫ iu/
ſticia ad loquendū ꝓſecutus eſt. vt nō pu
tes eū de futuro vaticinari: ſed de p̄nti hi
ſtoriā texuiſſe. Tertius ordo iſti⁹ cho
ri ſunt anachorite. ꝙ ciboꝝ delitias ſper/
nentes: pōpas ſecli calcātes mltis virtu/
tibus ⁊ ꝓdigijs floruiſſe ꝓhanc̄. Iſtū or/
dinem regit Io. bap. qui viam dn̄o p̄pa/
rauit in heremo luce. i. Ipſe p̄cedet ante
illū in ſpū ⁊ virtute helie. Ad hunc ordi
nem reducunc̄ om̄es regulares mūdū ꝓ/
pter xp̄m relinq̄ntes ⁊ ad heremū religi/
onis cōuolantes ꝓpria ⁊ alioꝝ crimina
deplorantes Iohel. ij. Inter veſtibulū et
altare plorabūt ſacerdotes miniſtri dn̄i
dn̄tes. parce dn̄e parce populo tuo matt.
v. ca. Beati qui lugent qm̄ ipi cōſolabū/
tur. Viri aūt religioſi anachorite q̄nq;
de cauſis plorant. Primo propter pec
cata propria. Secundo propter pctā
aliena Tertio pro incolatu huius mi
ſerie. Quarto pro dubio ⁊ periculo ꝑ/
petue pene Quinto pro dilatione eter
ne glorie. Et ſic pro contrario conſola/
buntur. Primo propter propriorum
peccatorum remiſſionem. Secundo
propter proximorum ſaluationē. Ter
tio propter exilij liberationem. Quar
to propter gehenne euaſionem. Quin
to propter future glorie adeptionem. Et
ideo quilibet eoꝝ poteſt d. cuꝫ propheta
illud pſ. Secundum multitudinē dolo/
rum meoꝝ in corde meo conſolationes
tue letificauerunt animam meam. Qui
enim volunt iſtum chorum ſequi ⁊ xp̄m
in ipſo imitari oportet triplicem virtu/
tem habere. Primo cum patriarchis
pietatis ⁊ miſericordie. Secundo cuꝫ
ꝓphetis veritatis ⁊ iuſticie Tertio cū
anachoritis auſteritatis ⁊ pn̄ie. Et ideo
ab iſto choro excluduntur Primo im/
pij ⁊ duri. eccleſiaſtici. iij. ca. Cor duruꝫ
male ſe habebit in extremo. vbi Bernar
dus. Cor durum eſt quod nec compun/
ctione ſcindic̄ nec pietate mollitur nec p̄
cibus mouetur. ingratum eſt ad bn̄ficia
inuerecundum ad turpia: impauidum
ad pericula: ſeuum ad iudicia. quid eſt
hoc cor quod nec deum timet nec homi/
nes reueretur. Secundo falſi detra/
ctores ⁊ inuidi Hieronym⁹ in epiſtola
ad Nepotianuꝫ. Caue ne alijs detrahas
nec alios audias detractores: quoniam
cuncta que aduerſus alios loqueris pro
pria ſententia iudicaberis. Tertio cō
meſtores ⁊ pompatici phili. iij. Quorū
finis interitus: quorum deus venter eſt
et gloria in confuſione eorum qui terre/
na ſapiunt. Tertius chorus eſt ſan/
ctorum apoſtolorum: martirum ⁊ cōfeſ/
ſorum. quia doctores cōprehendunc̄ ſub
confeſſoribus. Primus ordo iſti⁹ cho



ri eſt apoſtolorum qui fuerunt euangeli
ce paupertatis ſectatores digniſſimi: de
quibus in euangelio. Beati pauꝑes ſpi/
ritu quoniā ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ. Non
dixit xp̄us ſimpliciter ⁊ abſolute. Beati
pauperes: ſed cū determinatiōe. ſ. ſpiritu
quoniā non om̄es pauperes beatificanc̄
Eſt em̄ paupertas triplex. Prima volū
taria. que eſt laudabilis. ſ. xp̄i apoſtoloꝝ
⁊ pauperꝝ de quibus Matt. xix. Si vis
ꝑfectus eſſe vade ⁊ vende omnia que ha
bes ⁊ da pauperibus ⁊ habebis theſau/
rum in celo: ⁊ veni ſequere me. Secū/
da coacta. ſ. pauperꝝ: que eſt tollerabilis
De qua d. Thobias filio ſuo Thobie.
iiij. Quomodo potueris: ita eſto miſeri/
cors. q. d. de paupertate tua benefac. ido
ſequic̄. Si exiguū tibi fuerit: etiā exiguū
libenter impartire Tertia ſimulata q̄
eſt deteſtabilis q̄ eſt cuꝫ hypocriſi Mat.
xxiij. Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei ypocri/
te qui decimatis mentā ⁊ anetū ⁊ ciminū
⁊ reliquiſtis que grauiora ſunt. legē iudi
cium ⁊ miſericordiā: ⁊ fidem. Et infra
ypocrite qui mundatis qđ de foris eſt ca
licis. intus aūt pleni eſtis rapina ⁊ imū/
dicia. De prima. ſ. laudabili dicic̄ Ia/
co. ij. Nonne deus elegit pauperes in h̄
mundo diuites in fide: ⁊ heredes regni
qđ repromiſit deus diligentibus ſe. Be/
ati ergo pauperes ſpū ⁊ vere beati quoni
am paupertas. tria bona facit Primo fa
cit hominē habilē ad ſequendum xp̄um
ideo ꝓ ſe ⁊ ſimilibus. d. petrus Matth.
xix. Ecce nos reliquimus om̄ia: ⁊ ſecuti
ſumus te. quid ergo erit nobis. Scđo
facit hominē habilem ad intranduꝫ in pa
radiſum ptꝫ a ſuo contrario. Math. xix.
Facilius eſt camelū ꝑ foramen acus trā
ſire q̄ꝫ diuitem intrare in regnum celoꝝ.
qđ nō intelligic̄ de om̄. hus diuitibus: ſꝫ
de poſſidentibus ꝑ inordinatū affectum
Tertio facit hominē habilem ad emē/
dum regnum eternū. Math. xix. Om̄is
qui reliquerit domū vel fratres: aut ſoro
res: aut patrē: aut matrē: aut vxorē aut fi
lios aut agros ꝓpter nomē meū cētuplū ac
cipiet: ⁊ vitā eternā poſſidebit. Vbi aug.
in ꝑſona xp̄i. d. Venale aliquid habeo
paupertate regnū. labore requiem. vili/
tate gloriam: morte vitam. Iſtum ordi/
nem regit xp̄s qui paupertatē regiā apo
ſtolorum ⁊ verbo docuit ⁊ exemplo mon
ſtrauit. Verbo Mat. xix. Si vis perfe/
ctus eſſe vade ⁊ vende omnia que habes
⁊ da pauperibus: ⁊ habebis theſaurum i
celo: ⁊ veni ſequere me. Exemplo. Luc.
ix. Vulpes foueas habent ⁊ volucres ce
li nidos: filius aūt hominis non habet
vbi caput reclinet Secund⁹ ordo iſti⁹
chori eſt ſanctoꝝ martyrū qui plantaue/
runt eccleſiam ſangu.ne ſuo: in quibus
viguit ardentiſſima charitas. qꝛ maiorē
charitatē nemo habet: vt animā ſuā po/
nat quis pro amicis ſuis. Mat. v. de q̄/
bus in euangelio. Beati eſtis cuꝫ male/
dixerint vobis homines ⁊ ꝑſecuti vos
fuerint ⁊ dixerint omne malū aduerſum
vos mentientes ꝓpter me. i. in odiū mei.
Ideo ſequitur. Gaudete ⁊ exultate: qm̄
merces veſtra copioſa eſt in celis. de qua
mercede ei. dominus ad abraaꝫ gen̄. xv.
Noli timere abraam. ego protector tuus
ſum. ⁊ merces tua magna nimis. ideo
Aug. loquens de mercede ſanctoꝝ. xxij.
libro de ciui. dei. cap̄. vltimo. replicans
verbum ꝓphete hiere. xxxi. Ego ero illo/
rum deus ⁊ ipſi erunt mihi plebs d. ibi.
Ego ero vnde ſacientc̄. ego ero quecunq;
ab hominibus deſideranc̄. ſ. vita ⁊ ſalus
victus ⁊ copia: gloria ⁊ honor: pax ⁊ oia
bona ⁊ ſic intelligic̄ illud apoſtoli. roma.
xi. In ipſo ſunt om̄ia: quia ipſe erit finis
deſiderioꝝ noſtroꝝ: qui ſine fine videbic̄
⁊ ſine fatigatione laudabic̄. Iſtum ordi/
nem regit bea. Stephanus ꝓthomartir
plenus gratia ⁊ fortitudine qui faciebat
prodigia ⁊ ſigna magna in poplo. Actu/
um. vi. Tertius ordo iſtius chori eſt
ſanctoꝝ confeſſorum ⁊ doctoruꝫ. hij ſunt
viri ſancti: quorum doctrina fulget eccle
ſia vt ſol ⁊ luna. qui in ſe habuerūt luci/
dam veritateꝫ. de quibus in euangelio:
Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſticiā. qm̄
ipſi ſaturabunc̄. Iuſticiā ſitire ⁊ eſurire
eſt cū cordis deſiderio alios docere. Sā

cti vero cõfeſſores ⁊ doctores per verita/
tem ſacre ſcripture cũ magno cordis de
ſiderio viam iuſticie alios docuerũt. Nã
per eorum doctrinaʒ clare nouimus red
dere vnicuiqꝫ quod ſuum eſt. Primo
deo cui tria debemus. ſcilicet laudẽ glo/
riam ⁊ honorem. Secundo proximo
cui tria debemus. ſcilicet amorem: male
ablatum ⁊ famã. Tertio proprio cor/
pori cui tria debemus. ſcilicet mundici/
am cordi. cuſtodiam ori. diſciplinam car
ni. Et ſancti doctores qui ſic iuſticiaʒ
eſuriunt in docendo dicuntur beati. quo
niam ipſi ſaturabuntur. nam eorum eſu/
ries ſaturabitur tripliciter. Primo in
intellectu viſione. Secũdo in affectu
fruitione. Tertio in corpore glorifica
tione. Iſtum ordinem regit beatus
Auguſtinus qui inter doctores eleuatũ
habuit intellectũ. ⁊ precipue circa trini/
tem diuinarum perſonarũ. Sic ergo in
iſto choro ſunt apoſtoli martyres ⁊ con/
feſſores de quibus. i. pe. ij. Uos autẽ ge/
nus electum: regale ſacerdotium: gens
ſancta: populus acquiſitiõis. Qui ergo
volunt iſtum choruʒ intrare oportet eos
conſiſtere in triplici ſtatu. Primo euã
gelice paupertatis cũ apl'is. Scd'o ſerui
de charitatꝫ cũ martyrib'. Tertio luci
de ꝑitatis cũ ꝯfeſſorib'. Et iõ ibidẽ nõ i
trabũt. Primo diuites ſupbi. Scd'o
cupidi auari. Tertio mendaces falſi
Iſti ſunt ergo nouem ſanctorum ordies
qui cum chriſto exultant ad quorum cõ/
ſortium vt nos alliciat bea. Anſelmus
ſic. d. Ama vnum bonũ in quo ſunt om/
nia bona ⁊ ſufficit: deſidera ſimplex bo/
num ⁊ ſatis eſt quod eſt omne bonum.
Quid enim amas caro mea: quid d:ſi/
deras anima mea. ibi eſt quicquid ama
tis quicqd deſideratis. Si delectat pul/
chritudo fulgebũt iuſti ſicut ſol in regno
patris eorum. Si velocitas aut fortitu/
do corporis cui nihil poſſit reſiſtere erũt
omnes ſicut angeli dei. ſi longa ⁊ ſalubrꝫ
vita. ibi eſt ſana eternitas ⁊ eterna ſuauitas
quia iuſti imperpetuum viuent. ſi ſacie/
tas ſatiabuntur cum apparuerit gloria
tua domine. ſi melodia ibi ſunt angelorum
chori qui concinunt ſine fine deo. ſi ebrie
tas: inebriabuntur ab vbertate domus
domini. ſi quelibet nõ immunda ſed mũ/
da voluptas torrente voluptatis ſue po/
tabit eos deus: ſi ſapientia ipſa dei ſapi/
entia oſtendet ſe eis. ſi concordia omni/
bus illis erit vna voluntas. ſi poteſtas
omnipotentes erũt ſic ꝙ poterunt illud
quod volunt per ipſum deum. ſi honor ⁊
diuitie deus ſeruos ſuos bonos ⁊ fideles
ſupra multa bona ſua conſtituet immo
filij dei vocabunt. ⁊ erunt vbi erit filius.
ibi ipſi heredes quidem dei: coheredes
aũt xpi. ſi vera ſecuritas: ita erunt certi
ꝙ iſta nunqꝫ amittent ſiue certi erunt ſe
nõ ſua poteſtate hec amiſſuros gaudiũ
vero quale ⁊ quantum eſt: vbi tale ac tã/
tum bonuʒ eſt. Quod nobis ⁊c. Amen.

In commemoratione omnium de/
functorum. Sermo. IIII

# Idi mortuos ma/

gnos ⁊ puſillos ſtantes in con/
ſpectu throni. Apoc. xx. ca. Sa/
cra ſcientia diuinitus inſpirata ⁊ natura
lis philoſophia humanitus inuenta in
vna conueniunt veritate: que eſt ex cogi/
tatione mirabilium effectuum cum ſur/
gimus ad cauſas eorundeʒ diligentius
inquirendas. Et ideo dicit ph's in. i. me
thaphiſice. ꝙ ex amirari ceperunt homi/
nes philoſophari. Et ꝓpheta pſ. cxviij.
metro. i. di. Mirabilia teſtimonia tua. i.
opera. ideo ſcrutata eſt ea aia mea. De/
claratio ſermonũ. ⁊. illuminat ⁊ intellectũ
dat paruulis. Et ratio eſt q2 in cognitio/
ne noſtra ab imperfecto ꝓcedimus ad ꝑ
fectum. Ex iſta ergo veritate per vtram
qꝫ ſcientiam approbata ſumit illud com
mune dictũ. ſ. ꝙ ſtupor admirationis ma/
teriam ſuſcitat queſtionis. ſed inter cete
ra opa que deus fecit ab initio hominem
creauit. qui quantum ad eius duplicem
ſtatum fuit opus mirabile ⁊ ſtupendum
quantũ em̃ ad ſtatũ nature integre fuit
ꝓculdubio opus mirabile ⁊ ſtupendũ ꝓ
eo potiſſime q2 ad imaginẽ dei fact' cla/



ra ſcientia preditus delitijs inexplicabi/
libus potitus ⁊ omniũ creaturarum ⁊ repti
lium dñs conſtitutus. Quapropter ſtu/
peſactus propheta ex tot prerogatiuis ⁊
excellentijs motus eſt ad querendũ. di.
pſ. viij. metro. v. Quid eſt homo ꝙ me/
mor es eius: aut fi. ho. quo. viſi. eum. i. for
mando eum in ꝓpria ſimilitudine. ⁊ ſeq/
tur. Minuiſti eum paulominus ab an/
gelis. i. ipſum illuſtrãdo plenitudine ſci
entie: gloria ⁊ honore coronaſti eum. ſ.
collocando ipſum in paradiſi dulcedine
⁊ conſtituiſti eum ſuꝑ opera manũ tuarum.
ſcilicꝫ ipſum extollendo in doni celſitudi
ne. Et q2 tãti beneficij extitit igratus: in
magnã decidit calamitatem. qd conſide
rans idem ꝓpheta di. pſ. xlviij. Hõ cũ in
honore eſſet non intellexit. comparatus
eſt iumentis inſipientibus: ⁊ ſimilis fa/
ctus eſt illis. ſcꝫ quando tanta dignitas
fuit multiplici vitio deturpata. tanta mẽ
tis ſerenitas fuit ignorantie nubilo offu
ſcata. tanta delitioſitas fuit penali tedio
aggrauata. ⁊ tanta domini ſublimitas
fuit mortis excidio inclinata. Et q2 iſta
duo ſic contraria vicinitatẽ maximã ha
buerũt: q2 poſt breuem momentulũ de ſũma
glorie ſublimitate trãſiuit ad tantã mi/
ſeriã ⁊ calamitatẽ. ideo ſanctus Iob ſtu
pefactus de ipſo. d. Iob. xiiij. ca. Homo
cũ mortuus fuerit denudatus: atqꝫ con/
ſumptus vbi q̃ſo eſt. Termini em̃ ſunt h
oppoſiti a pmis. Que q̃ſtio de terminis
ita mutatis a primis fuit multũ dubita/
bilis ⁊ ꝓtenſa apud antiquos. q̃ fuit ꝓꝑ
quattuor terminos q̃s cõtinet quib' qua
tuor opiniões erronee quas habebãt an/
tiqui de morte hoĩs correſpõdent. Pri
ma opinio erronea fuit platonis quã re/
citat Aug. li. x. de ci. ca. iij. q cũ ſuis ſeq
cibus ponit animaʒ tranſire de corpe in
corpus. ⁊ animã humanaʒ reſolui aliqñ
ad corpa aĩaliũ. ⁊ ideo in q̃ſtione ponit.
Hõ cũ mortu' fuerit. difficultas magna
orit vbi eſt. Scd'a fuit Auerrois q cũ
ſuis ſequacibus poſuit vnũ intellectũ in
omibus: ⁊ ſm hoc nõ potuit ſaluare q̃lit
poſt hanc vitã diuerſis meritis diuerſa
pmia reſponderent. ⁊ ideo cũ in queſtiõe
ſequit denudatus atqꝫ cõſumptus carne
mortali in qua. ſ. quilibet põt mereri. ori
tur difficultas. ſ. vbi eſt. ⁊ quale ſibi gau/
diũ correſpõdet. Tertia fuit epicuri
⁊ ſaduceorum qui nõ credebãt reſurrectio/
nem: ſed dicunt animã cũ corpore mori.
ideo cũ in queſtione ponit atqꝫ ꝯſumpt'
orit difficultas. vbi queſo eſt. Quarta
fuit quorũdã q dixerunt eccleſiã nõ poſſe
iuuare defunctos. ⁊ ideo negãt purgato
riũ poſt hanc vitã. ⁊ q2 aliqui decedunt i
charitate quib' debet regnũ paradiſi: et
tñ non ſunt totaliter purgati ⁊ ꝑfecti. vn
de ſtatim non poſſunt intrare illã ciuita
tem celeſtẽ hieruſalem: in quã nihil coin
quinatuʒ intrare põt vt pꝫ apoc. xxi. ca.
nec etiam merent ꝑpetuo recludi in car/
cere infernali cũ ſint in gratia. ideo pro
pter tales dicit in fine q̃ſtionis. vbi q̃ſo
eſt. Hanc itaqꝫ queſtionẽ ⁊ errores cir
ca eaʒ ꝯtingẽtes. b. Io. euãg. diuinorum cõ
ſcius ſecretorum in verbis ꝓpoſitꝫ ſoluit. d.
Uidi mor. ma. ⁊ pu. in q ſolutiõe ponit.
Primo repugnãtia terminorum: vt exclu/
dat pmus error platonis de aiarum circu
latione ibi Uidi mortuos. Scd'o aſſe
rit differẽtia meritorum. vt deſtruat ſcd's er
ror Auerrois de vna oim informatione.
ibi. ma. ⁊ pu. Tertio deſinẽtia repelli
tur mortuorum. vt euellat terti' error. ſ. epi/
curi ⁊ ſaduceorum de aĩe corruptiõe. ibi. ſtã
tes qd em̃ omino eſt corruptũ nullo mõ
ſtat. Quarto indigẽtia exꝓmit ſuffra/
giorum cõtra. iiij. errorẽ. ſ. eorum q dicũt eccle
ſiam nõ poſſe iuuare defũctos ⁊ purgato
rij negationẽ. ibi in cõſpectu throni. Nã
illi q mouent in circuitu throni. ſicut. d.
b. dio. li. de angelica ierar. ſunt deũ felicit
ꝯtẽplãtes ſed q ſtant in cõſpectu throni
ſunt miſericordiã expectãtes. In iſtꝫ ita
qꝫ verbis ſic ad noſtrũ ꝓpoſitũ adaptatꝫ
Primo matris eccl'ie cõpaſſio deſcri/
bit cum aſpicit equale ſupplicium filiorum. ibi
Uidi mortuos. Scd'o huãne vite elatio
ꝯtẽnit: dũ gñale excidiũ vniuerſis ꝑdicit
ibi. magnos ⁊ pu. Tertio mẽtis nr̃e tre
pidatio inuit dũ penale exiliũ conſpicit

tur purgandorum.ibi flentes. ſcilicet in
exilio purgatorij. Quarto nobis ma/
gna conſolatio opponit dum attenditur
ſubſidium electorum.ibi in cōſpectu agni.
ſcʒ miſericordie ⁊ gratie:vbi omnes ele/
cti aduocant pro ipſis. Hebreos.iiij.cap.
Adeamus ergo cum fiducia ad thronū
gratie: vt miſericordiam cōſequamur ⁊
gratiam inueniamus in auxilio oportu/
no. Sed notandū ꝙ noſtra intētio nō
eſt loqui de mortuis qui ſunt in inferno:
quia de quibus eorum.d.ſancta mater eccle/
ſia per ꝓphetam pſ.xxx. Obliuioni dat⁹
ſum tanꝗ̄ mortuus a corde.nec de hijs
qui ſunt in paradiſo. quia dicit Grego
ſup.i.Job.vij.ca. Nec aſpiciet me viſus
hominis.viſus eſt miſericordia redēpto
ris que poſt mortē neminem liberat quē
ante mortem gratia ad veniā non refor/
mat. Eſt itaqꝫ pñs intentio de illis mor/
tuis loqui ſolū qui in purgatorio tempo/
raliter emendant. de quibus ſancta mat
eccleſia dicit. Vidi mortuos.⁊c.ſ. ocu/
lo cōpaſſionis ⁊ in perſona eccleſie. dicit
ꝓpheta Baruch.iij.ca. Domine omni/
potens deus iſrael audi nunc orationeʒ
mortuorum.iſrael.⁊ filiorum ipſorum qui pecca
uerunt ante te. In quibus verbis ſancta
mater eccleſia. Primo diuinā captat
beniuolentiā ex ſumme dignitatis ꝓco/
nio ibi.Domine omnipotens deus iſra/
el. Secundo imenſam flagitat clemē
tiam cum ſūme humilitatis ſuſpirio ibi
Audi nunc orationem. Tertio extre/
mam allegat indigentiā quaſi non poſ/
ſit ꝓprio auxiliari ſubſidio ibi.mort.iſ. ⁊
fi.ip. Quarto declarat promptaʒ eſſe
iuſticiam qua tanto puniunt ſupplicio.
ibi:quia peccauerūt ante te. Auctorita/
tis ꝓſecutionē omitto cauſa breuitatis.
ſed vna figura adducit ad ꝓpoſitū: que
habetur.ij. Regum:xiiij.ca.vbi dicitur
ꝙ poſtꝗ̄ Abſolon occidit fratrem ſuum
Amon ꝓpter inceſtum ſororis ſue ⁊ Da
uid fugiſſet cum longo tempore ꝓſecutus
Joab miſit thecuā ⁊ tulit inde mulierem
ſapientem: vt ipſa mediante ad patris
gratiam filium reuocaret.⁊ inſtruxit eā

dicēs:Lugere te ſimula ⁊ indue te veſte
lugubri. ⁊ ne vngaris oleo:ſed ſis quaſi
mulier plurimo iam tēpore lugens mor
tuum ⁊ ingredieris ad regeʒ ⁊c.vſqꝫ ibi
que non reuertant. Sed notanduʒ ꝙ
Joab interpretat de patre vel ex matre
⁊ ſignificat ſpiritūſanctū qui cum ſit cō
ſolator poteſt dici pater orphanorum.⁊ prin/
ceps viduarum. Thecua interpretat tu
ba vel bucina vel ſonit⁹.⁊ ſignificat ſan/
ctam eccleſiam que patiens eſt dum ma
la pñtis vite equanimiter tolerat:ſemet/
ipſam macerans ⁊ per predicationē om
nes ad celeſtem patriam vocās. Dauid
manufortis interpretat ⁊ decorus aſpe/
ctu ⁊ ſignificat deum patrem a fortitudi
ne manus ſue qui in preſenti electos ſu/
os protegit ⁊ ad aſpectum ſue pulchritu
dinis introducit. Et ponitur in iſta fi
gura ex pte ſancte matris eccleſie. Pri/
mo digne ꝑparatio ꝓfecte ſāctitatis.ibi
lugere te ſimula ⁊ iduere veſte lugubri ⁊
ne vngaris oleo vt ſis qſi mulier iam plu
rimo tempore lugens mortuū ⁊ ingredi
eris ad regem ⁊ loqueris ad eū ſermōes
huiuſcemodi. Scdo grata ſupplica/
tio vere hūilitatis. ibi: itaqꝫ cū ingreſſa
fuiſſet mulier thecuites ad regeʒ cecidit
coram eo ſuper terraʒ ⁊ adorauit ⁊ dixit
ſerua me rex. Tertio prudens explica
tio ꝓprie neceſſitatis ibi.heu mulier vi/
dua ego ſum.mortuus eſt eīm vir meus ⁊
ancille tue erant duo filij qui rixati ſunt
aduerſum ſe in agro nulluſqꝫ erat, q eos
ꝓhibere poſſet ⁊ percuſſit alter alterum
⁊ interfecit eum. ⁊ ecce conſurgens vni/
uerſa cognatio aduerſum ancillam tuā
dixit trade eum qui percuſſit fratrem ſu/
um vt occidamus eū pro anima fratris
ſui quem interfecit ⁊ deleam⁹ heredem
⁊ querūt extinguere ſcintillam meā que
relicta eſt vt non ſupſit viro meo nomen
⁊ reliquie ſuper terrā. Quarto ꝯgrua
adaptatio noſtre vilitatis: ibi.q̄re cogita
ſti huiuſcemodi rem contra populū dei.
⁊ locutus eſt rex verbum iſtud vt peccet
⁊ non reducat eiectū ſuū.omnes morimur
⁊ quaſi aqua dilabimur in terraʒ q̄ non



reuertātur. Circa primū per ioab in/
telligitur ſpūſſanctus qui ſanctam eccle
ſiam inſtruit di.lugere te ſimula ⁊c. ⁊ in/
ſtruit eam pro tanto q̄ ſicut dicit Greg.
iij. libro moraliū.ca.xiiij. Vt ad preceʒ
ſine macula facies lauetur ante orationis
tempora ſemꝑ debet ſollicite conſpici ꝙ
quid pōt in oratione reprobari. Sunt
aūt quattuor ex parte orōnem facientis ꝓ
pter que pōt orō reprobari. Primū eſt
ſi nō ſit humilitas in mō. ⁊ ideo ſpūſſan/
ctus eccleſiaʒ hortat di.lugere te ſimula
⁊c.vſqꝫ mortuū. Iſte luctus ſancte mřis
eccleſie quē aſſerit hodie ꝓ fidelibus videt
ſimulatus ꝓpter vicinitatē ymo ꝓpter im
poſſibilitatem quā habet cū gaudio pre
cedente.iuxta illud Ro.xij.ca. Gaudere
cum gaudentibus ⁊ flere cum flentibus
Heri eīm gauiſa eſt mater eccleſia cum
omnibus ſanctis ⁊ hodie velle flere cuʒ
flentibus videt luctus ſimulatus. Se
cundū ſi non ſit benignitas in voto. ⁊ idō
hortat ſpūſſanctus.vt aſſumat habitū di
ulcitatis qui eſt teſtis amoris ad ſponſū
d. Induere ve.lugu.⁊c. Tertiū ſi non
ſit indigentia rei poſtulande.⁊ ideo hor
tat ſpūſſanct⁹ vt eccřia abijciat a ſe oēs
carnales delectationes. d.⁊ ne. vn.oleo.
⁊c. Quartū ſi nō ſit ꝯfidentia apud eū
quē rogat.⁊ ideo dat ei anulū fidelitatis.
di.⁊ ſic ingre.ad regē.⁊c.vſqꝫ ſermones
huiuſcemodi. Hec aūt omnia libenter
facit ſancta mater eccleſia vt ꝓ filijs poſ/
ſit veniā impetrare Circa ſcdm.ſ.vere
humilitatis ſupplicatio eſt notandum ꝙ
apud deū tm̄ eiſ grata ⁊ accepta alicui⁹
deprecatio:q̄ntū eſt ei grata offerētis cō/
uerſatio.gen.iiij.ca. Reſpexit dñs ad abel
ſcʒ ꝑmo ⁊ ad mūera eius.ſ.ſcdo. vñ Gre.
in paſtorali. Talis requirēd⁹ eſt ad orā/
dum qui ſit idoneus ad deprecandū. q̄a
cū is qui diſplicet ad intercedenduʒ mit/
titur:irati iudicis animus ad deteriora
ꝓuocat. Hoc aūt eccřia cū ꝯfidentia fa/
cere nō potuiſſet ſi conſiliū Joab.i. ſpūſ/
ſancti non audiuiſſet Greg.iiij.li. dialo/
gorum ca.xliij. Diffidit mens accipere qd
per orationē petit:que ꝑfecto cōmiſit vel

ſeſe feciſſe qd diuinitus audit. Et notan
dum ꝙ tāta eſt matris ad filios dilectio
naturalis vt interdū ſi pater iratus per/
cutiat:mater ſuꝑ eū ſe ꝓijciat: ⁊ ictus q̄s
filius reciperet mater in ſeipſa recipit.
Et ſic a ſimili hodie ſancta mater ec/
cleſia.i.vniuerſitas fideliuʒ ſe affligit ſic
vt motus pat miſericordia ⁊ pietate ceſ/
ſet ꝑcutere filios eccleſie qui ſunt ſcilicet
fidelium anime que in purgatorio ſunt.
Circa tertium.ſ.prudēs explicatio ꝓ/
prie neceſſitatis ibi.heu mulier.⁊c. Eſt
notandū ꝙ ſancta mater eccleſia allegat
quattuor ꝓ ſuis filijs in purgatorio exi/
ſtentibus cōtra quattuor que patiunt in
comoda. Primo quia fideles videntur
captiui dum in purgatorio detinent. Et
ideo allegat eccleſia.di. Heu mu.vi.ego
ſum ⁊ mor.eſt vir meus.q.d. Ecce quale
ꝑcium ꝓ eis datuʒ eſt. q̄ vir meus.i.xp̄s
ieſus ꝓ eis eſt mortuus:⁊ ego facta ſum
vidua ꝓpter eos.hāc allegationē facit cū
offert deo ſacrificiū. vñ Gre.ſuꝑ illo ꝟbo
Luc.xiiij.ca. Si quis venit ad me.d.ſin/
gulariter ad oblationē paſſionis illi⁹ re/
ꝑamur. Preciū aūt ꝯſueuit dupliciter re
putari:vel q̄ alias debitum:vel q̄ valori
rei inadequatū. Iſtud aūt ꝑciū fuit inde
bitū. ⁊ ideo ſumme gratioſitatis. Grego
li.xvij.mora.c.xviij. Dñs noſter ꝓ nobis
ſoluit mortem indebitā: vt nobis mors
debita nō noceret. Et iſtd debitū nō ſolū
eſt adequatū verū etiā exceſſiuuʒ. Nam
gutta vna ſanguinis ieſu chriſti ſatiſfe/
ciſſet ꝓ mille mūdis redimēdis. ⁊ nihil/
ominus tanta fuit habūdās ⁊ copioſa re
demptio. Vñ ꝓpha pſ.cxxix.metro. vij.
Apud dñm miſericordia ⁊ copioſa apd
eum redēptio. Ber:ñ. Non ſolū gutta ſed
ſanguinis vnda ꝑ ſex partes corꝑis eius
emanarūt. Scdo q̄ reputant ſuꝑati:
q̄ꝺdiu nō coronant. vñ eccřia allegat.d. ⁊
ancille t.e.du.fi.⁊c. Vbi notanduʒ ꝙ ſan
cta mater eccleſia ꝓ iſta muliere cuius fi
guram tenuit:fecundiſſimā rebeccam in
ducit q̄ duos filios hūit.ſ. Jacob ⁊ Eſau
quorum alter poteſtatē alteri⁹ tenuit quem
⁊ pater dñm alterius fecit. Hi eīm duo fi

gurant hominẽ interioꝛem ꝛ ſpũalem ꝛ
exterioꝛẽ ꝛ carnalez. ꝛ hij cõtinuo rixant
nec eſt q̃ diuidere poſſit qñ hic q̃ ſm car/
nem natus eſt p̃ſequebat illũ q̃ ſm ſpũm
nõ ſolũ in diuerſis ſuppoſitis. ſed in eodẽ
ſuppoſito Gal.v.ca. Caro ꝯcupiſcit ad/
uerſus ſpm̃: ſpũs aũt aduerſus carnem.
Modo aũt eccl̃ia rogat ꝑ filio ſuo. ſ. vni
uerſitate fideliũ quã credit fratrẽ ſuũ. i. ꝓ
pꝛium coꝛpoꝛis ꝑ pniam moꝛtificaſſe. ta
li em̃ victoꝛie eſt vita eterna in p̃miũ re/
pꝛomiſſa Ro. viij. capi. Si ſpiritu facta
carnis moꝛtificaueritis viuetis. Petit er
go eccl̃ia ꝑ filio ſuo coꝛonã vite. q: in iſta
rixa victoꝛ extitit ꝛ fratrẽ ſuum. ſ. coꝛpus
carnale per penitentiã edomuit ꝛ moꝛti/
ficauit. Tertio q: extimant cõdemna/
ti: dum grauiter cruciant. vnde di. ꝛ ecce
cõſur. vniuerſa cogna. ꝛc̃. Eſt notanduz
ꝙ non eſt mirum ſi vniuerſa cognatio ſi
deliũ reputat damnatos exiſtentes i pur
gatoꝛio: ſi eoꝛum penaz conſideret: quia
ſicut dicit Augu. libꝛo de vera penitẽtia
Ille ignis ꝛ ſi etern⁹ non ſit: tamen miro
modo grauis eſt. excedit enim omnẽ pe/
nam quã vnq̃ paſſus eſt aliquis in hac
vita. nunq̃ in carne inuenta eſt tanta pe
na licet mirabilia toꝛmẽta paſſi ſint mar
tyres. Et cõtra iſtos allegat mater eccle
ſia ꝙ ſcripta eſt pꝛo filio ſuo firma ſtipu/
latio. Et notandum ꝙ ſtipulatio ſm iu/
ra eſt pꝛomiſſio facta pꝛemiſſa interro/
gatione. Iſtud aũt vocabuluz ſtipulatio
dicitur eſſe ſumptuz ex eo. quia antiqui/
tus quando aliqui duo volebant inter ſe
aliquem contractuz firmare ꝛ perpetuo
roboꝛare ſtipulam inter ſe diuidebant et
i ꝑpetuã rei memoꝛiã illi⁹ ſtipule mediã
ꝑtem q̃lbet retinebat. Deus itaq̃ oĩpo/
tens cũ ſctã matre eccl̃ia fecit pactũ qñ
eã filio ſuo deſpõſauit: ꝙ ipa ꝑpetuo re/
gnaret: ꝛ ꝙ filij ſui hereditarẽt in regno
dñi nr̃i ieſu xp̃i. ꝛ ſuꝑ hoc ſcripſit nomen
eius i libꝛo vite: ꝛ firmauit hoc firma ſti
pulatione. vnde ſancte eccleſie dedit gr̃az
ꝛ ſibi retinuit gloꝛiaz. Et ideo allegat ec
cleſia ꝑ mulierem ſibi eſſe datã gratiam
d. volunt extin. ſcintillã meã. ſ. gr̃e q̃ reli/
cta eſt mihi ſuꝑ terrã inquantũ docet fili
os defunctos matris interceſſionibꝰ non
iuuari. ꝛ ꝑ conſequẽs volunt interficere
heredẽ vt nõ ſupſit no. v. meo. ſ. domino
ieſu xp̃o. De quo nomine dicitur. pſ. lxv.
ca. Seruos ſuos vocabit alio nomine: in
quo qui benedictus eſt ſuper terram: be/
nedicetur in deo Amẽ. Quarto quia
arbitrantur deſperati quia tantuz retar/
dãtur: ꝛ allegat eccleſia ꝙ data eſt bone
fidei iuſſio. quia dicit rex. Ego iubebo ꝓ
te ꝛ vi. do. q: nõ ca. de ca. ſi. tu. ſu. ter. Hac
fidei iuſſionem quatuoꝛ conditiones cõ/
mẽdant. Pꝛimo ſpõdẽtis ſublimitas
cuius verbuz non debet mutari. q: dicit
rex ꝛc̃. Ecce q̃ nobilem fideiuſſoꝛem ha
bet eccleſia in hac parte. Secundo iu/
ris auctoꝛitas. quam non licet abrogari.
Ego inquit iubebo ꝓ te. ꝛc̃. id eſt meipm̃
ſtatuo aduocatum Tertio iuramenti
ſolẽnitas qꝺ nõ licet violari. viuit inquit
dominus ꝛc̃. Iſta ſolẽnitas iuramẽti nõ
eſt niſi pacti ꝓmiſſi imobilitas Quar
to totalis imunitas quã nõ licet cõdem/
nari. q: non ca. de ca. ꝛc̃. q. d. licet illa bo/
na tm̃ retardent: tamen ego pꝛomiſſum
complebo Luc. xxi. ca. Et capillus de ca
pite veſtro nõ ꝑibit qꝺ erit qñ vt d. ap̃ls
Phili. iij. ca. Refoꝛmabit coꝛpus hũilita
tis noſtre ꝯfiguratũ coꝛpi claritatis ſue.
Quarto ꝛ vltimo ꝯcludit in hac figu
ra noſtre vtilitatis cõgrua adaptatio. ſꝑa
mulier illa ſapiens couertit figurã huiuſ
modi ſermõis ad noſtrã vtilitatẽ. d. oẽs
moꝛi ꝛc̃. In quibus verbis mater eccle/
ſia filios ſuos in ꝑegrinatiõe vite pñtis
poſitos ſollicitos reddere volens ꝛ ſciẽs
q: ad hoc eſt vtile iugis memoꝛia moꝛtꝭ
dñte. Hiero. Faciliter ꝯtẽnit oĩa q̃ ſe ſꝑ
cogitat moꝛituꝝ. reducit ad memoꝛiã il/
lam ſniam ꝓpter quã petm̃ pꝛimi parentis
pariter oẽs incurrerũt. d. om̃es moꝛi. ꝛc̃.
Ubi q̃tuoꝛ facit Pꝛimo ſniam magne
latitudinis ꝛ generalitatis. q: compꝛhen
ſiua vniuerſoꝝ ſine exceptione. ibi. om̃es
Scđo ſniam dure amaritudinis ꝛ ca
lamitatis. q: afflictiua peccatoꝝ ſine ex/
timatiõe. ibi. moꝛimur. Tertio ſniam



ſumme rectitudinis ꝛ eq̃tatis. q: ꝯſum/
ptiua ſingulo ꝝ ſine retardatione. ibi. ꝛ q̃
ſi aqua. di. ſu. ter. Quarto ſniam alte
foꝛtitudinis ꝛ auctoꝛitatꝭ. quia termina/
tiua meritoꝝ ſine reuocatione. ibi. q̃ non
reuertit. Circa pꝛimum. ſ. ſnie genera
litatem eſt notanduz ꝙ iſta generalitas
debet noſtram cõpꝛimere ſuperbiam. q̃a
nullus eximitur. q: oẽs. Pꝛopoſitio aũt
vniuerſalis nõ terminatur niſi in oĩbus
niſi in aliquo ſingulari inſtãtia detur. ſʒ
in nullo dari põt. q: nullũ excipit potẽtie
dignitas. q̃a hodie rex eſt. ꝛ cras moꝛit
hõ. eccl̃. x. ca. Rex hodie ẽ. ꝛ cras moꝛiet
cũ em̃ moꝛiet hõ hereditabit ſerpentes.
Non iuuat ſcie claritas eccl̃s. ij. ca. Mo
ritur doct⁹ pariter vt indoctus. Nec foꝛ/
titudinis validitas. Iob. xxi. ca. Iſte mo
ritur robuſtus. Nec ꝑſone ꝓſperitas iob
ſuꝑ. Moꝛit diues ꝛ felix. ꝛ ali⁹ moꝛit in
amaritudie anie ſue. ꝛ tñ ſimul in pulue
re doꝛmiẽt ꝛ vermes operient eos. Et q̃u
tum ad moꝛtem nulla eſt differentia iter
diuites ꝛ pauperes albos vel nigros ꝛc̃.
dicente Auguſtino. Nudi naſcimur om
nes nudati moꝛimur. nulla eſt diſtinctio
inter cadauera moꝛtuoꝛum ꝛ certe nulla
niſi q: foꝛte grauius fetent coꝛꝑa diuitũ
ꝓpter craſſi habũdãtiã. ꝛ q: nõ põt dari i
ſtantia q̃n oẽs cõpꝛhẽdat ſnia gñalis q̃ ꝛit
ꝓpheta. pꝰ. di. Quis eſt homo qui viuet
ꝛ non videbit moꝛtem. quaſi dicat null⁹
Scđo acerbitas dure ſnie amaritudi
nis ꝛ calamitatis debet nr̃am cõpꝛimere
laſciuiã ꝛ hoꝛtari ad ꝯtinẽtie ꝑparũ. dic̃
em̃ moꝛimur. Moꝛs em̃ eſt vltimũ terri
biliũ ꝛ maxime illis qꝰ põt multũ noce
re. ſ. peccatoꝛibꝰ qui dicũt eccl̃. xli. ca. O
moꝛs q̃ amara eſt memoꝛia tua hoi pa/
cẽ hñti in ſubſtantijs ſuis viro quieto ꝛ
cuius vie directe ſunt in oĩbus ꝛ adhuc
valẽti accipere cibũ. Et rõ eſt. q: ſeparat
coniuncta quatuoꝛ. Pꝛimo animam
a coꝛpoꝛe Secundo mẽtem a diuitijs
Tertio carnez a delitijs. Quarto
vitã mundanã a carnalibus amicis. Et
facta hac ſeꝑatione tali mõ diuidit iſtas
ꝑtes. Pꝛimo aĩam tradit igni ꝛ demo
nibus. Secundo coꝛpus putredini et
vermibus. Tertio delitias parẽtibus
Quarto lucrũ amicꝭ carnalibꝰ. Quas
ſeꝑatiões ſentiens ille pigwiſſim⁹ agag.
i. R. xv. ca. dixit: Siccine ſeparat amara
moꝛs. Bern. O hõ cur teipm̃ ꝯtinue nõ
p̃paras cogitãs te moꝛituꝝ quẽ ſcis d̃ ne
ceſſitate moꝛituꝝ. diſtingue q̃liter oculi
vertent in capite: vene rũpent in coꝛꝑe ꝛ
ipm̃ coꝛ ſcindet in doloꝛe. Sʒ multi hanc
memoꝛiã nõ faciũt. q: credũt eã i delitijs
fugere ꝛ euadere. Hui⁹ figura ponit Iu
dic. iiij. ca. vbi dr̃ ꝙ ſizara fugiẽs barach
ſe ꝑſeq̃ntẽ ad moꝛtẽ ꝑuenit ad iael vxoꝛẽ
aber cinei. q̃ dixit ei. Intra ad me dñe mi
ne timeas ꝛ recipiẽs eũ operuit palio ꝛ
apꝑuit vtrẽ lactꝭ ꝛ dedit ſibi bibere. Po
ſtea tulit clauũ tabernacli aſſumẽs ꝑiter
malleũ ꝛ abſcõſe cũ ſilẽtio poſuit ſuꝑ tẽ/
pus capitis ſizare doꝛmiẽtis ꝑcuſſumq̃
malleo defixit in cerebꝛũ vſq̃ ad terrã q̃
ſopoꝛẽ moꝛti ſociãs defecit ꝛ moꝛtuus eſt
Sizara interpꝛetat excluſio gaudij. Ba/
rach interp̃tat fulgur vel ꝑcutiens. Iael
interp̃tat aſcẽdẽs. Applica vt libet Gre.
vi. li. moꝛa. ca. vltimo. Nichil inquit ſic
ad exopinandum deſideria carnalia va
let q̃tuz vnuſquiſq̃ hoc qꝺ diligit viuũ
quale ſit moꝛtuum pꝛeſentet ꝛ ſic cogno/
ſcitur ſeperatio anime ꝛ coꝛpoꝛis ꝑ acer/
bam ſniam que habꝫ nr̃am cõpꝛimere la
ſciuiã. Tertio ꝯtinuitas ſine retarda/
tione recte ſnie debet nr̃am arguere inſi/
pientiam. quia dicit ꝛ quaſi aqua dilabi
mur ſuꝑ terram Reuera talis eſt noſter
defectus qualis eſt aque fluxus: q̃ ſemꝑ
tendit ad ima. Aug. Nihil eſt aliud pñ/
tis tꝑis dilatio niſi q̃dã curſus ad moꝛ/
tem. in quo nemo vel paululum ſtare vel
tardius ire permittit. licet em̃ aliq̃n no/
bis videat ꝙ hoies in honoꝛe huius mũ
di cũ gradu ſublimi currant tardius ad
moꝛtem q̃ ceteri ſimplices q̃ habundãt
diuitijs: fruũt delitijs ꝛ oĩa eis ſuccedũt
ad votũ tñ ad moꝛtẽ ꝑueniũt eos iterdũ
Hui⁹ figura ponit. Io. xx. ca. Currebãt
duo ſimul ꝛ ille ali⁹ diſcipulus p̃cucurrit
citius petro ꝛ venit pꝛioꝛ ad monumẽtũ

⁊ cum ſe iclinaſſet vidit lintheamina po
ſita:non tñ introiuit. venit ergo ſimō pe-
trus ſequens eū. Et introiuit in monu/
mentum. applica. Sed notandū ꝙ ꝓpter
bona temporalia nō debemus arbitrari:
ꝙ ad mortẽ tardius veniamus. qꝛ recte
ſicut homines nauigantes ſiue dormiāt
ſiue vigilēt: vel ludant fluxu aque ducūt
ſic reuera fluxu mortalitatis ducimur in
ceſſanter Greg. li. viij. moraliū ca. xij.
Quia tempus deficiens indeſinēter cō/
ſumit:ad finē noſtri itineris ⁊ quieſcēdo
puenimus ⁊ per curſum noſtri tranſitus
etiā dormiētes imus. Quarto ſnie ex/
tremitas ⁊ irreuocabilitas debet noſtrā
pigritiā excutere ⁊ hortari ad bene ope/
randū. qꝛ nullus inde regredit vñ d. que
non reuertunt. nullus eñ de cōi lege poſt
mortem reuertit ad meritorie operandū
⁊ ideo pctōres deſiderant viuere ne in il
lo ſtatu mortis ſnia feriant. qꝛ ſicut dicit
Gre. li. viij. moraliū. ca. xiiij. Quecunqꝫ
ſemel culpa ad penā ptrahit mie vlteriꝰ
ad veniā nō reducit. Et ibidem exponit
illud eccl'e. xi. capi. Si ceciderit lignum
ad auſtrū aut ad aquilonē. in quocunqꝫ
loco ceciderit ibi erit. Et iō valde metu/
endus eſt iſte tranſitus a quo non eſt re/
greſſus. in quocūqꝫ eñ ſtatu quemcūqꝫ
inuenerit ſuus nouiſſimus dies: in h̄ euꝫ
cōphendet ſtrictiſſimus iudex. vñ ſcri
bit. vbi te inuenero ibi te iudicabo. i. ſecū
dum ſtatum in quo erit. Rogabimus er
go ⁊c. Amen.

Sermo de domina. III.

## Que eſt iſta q̄ aſcē

dit de deſerto delitijs affluens
innixa ſup dilectū ſuū. Cant.
viij. De magnis rebus ſiūt magne q̄ſtio
nes: ⁊ magni ſapiētes diſputāt eas. ⁊ qꝛ
aſſumptio beate virginis fuit mirabilis
⁊ inſolita: ſapiens Salomon ſub qōne
ſoluēda d. Que eſt iſta ⁊c. In qua qōne
facit tres ꝯcluſiōes. Prima eſt ſui aſcē
ſus. qui eſt virtuoſus. ibi. q̄ eſt iſta q̄. a. de.
d. Scḋa eſt ſui ornatꝰ. qui eſt p̄cioſus
ibi. deli. afflu. Tertia eſt ſui geſtus q̄
eſt glorioſus. ibi innixa ſup. di. ſuū. Rñ/
dentes aūt ad q̄ſtionē ſunt. viij. valentes
quattuor de veteri teſtamēto: ⁊ quattuor
de nouo. Et ꝓpter reuerentiā nō determi/
nant relinq̄ntes eam maiori arbitrio de
terminandā ſcilicet deo Primo rñdet
angelus q̄ eam annūciauit. d. ꝙ eſſet ma/
ter dñi qui vitam eius cuſtodiuit ⁊ ſciuit
eam gratia plenā. Scḋo rñderunt pa/
triarche. a quibus corporaliter deſcēdit.
quibus fuerat ꝓmiſſa ⁊ ipſam ſanctā co
gnouerunt. In cuius ſignū ſe ſanctifica/
bant in ſuo matrimonio lauātes ſe ⁊ ſua
veſtimēta ante ⁊ poſt. Tertio reſpon
derunt pontifices ⁊ ſacerdotes. q̄ in eius
⁊ filij ſui figuram omnia ſacrificia facie/
bant ſcḋm ꝙ videbant in eis multas ꝑfe
ctiones ſanctitatis multiplicādo ⁊ diuer
ſificando ſacrificia. Quarto rñderūt
ꝓphete. qꝛ omēs ꝓphetie ⁊ laudes a ꝓpleu
debant ad eam ⁊ ad filiū. Quinto rñ/
derunt apl'i qui cū ea fuerūt ꝯuerſati. qa
in ordine aploꝝ ipſa fuit p̄ma apoſtoliſ/
ſa. Scḋa fuit magdalena. Tertia Mar
tha. Sexto rñderūt martyres qui i ci/
uitate ſua celeſti hieruſalem portauerūt
vexillū ſui martyrij. i. in aīa ſicut ꝓphatuꝫ
ei fuerat. ⁊ ideo ſicut dies veneris vene/
ratur ꝓpter martyriū xp̄i in eius paſſiōe:
ſic dies ſabbati virgini aſſignat propter
eius tranſgladiationeꝫ. Septimo rñ/
derunt ꝯfeſſores q̄ ſanctitatē eius ⁊ glo
riā ꝯtemplati ſunt cū gaudio ⁊ eiꝰ exem
plo mundū vicerunt ⁊ diabolū. Octa
uo rñderunt virgines. quaꝝ ipſa eſt regi
na: que eius amore virginitatē ſeruaue/
rūt. Et primo dicūt angeli ꝙ ipſa eſt
finis et terminus eoꝝ reſtaurationis.
Scḋo patriarche. di. ꝙ. ipſa eſt funda
mentū ⁊ origo oīs beatitudinis. Ter
tio pontifices ⁊ ſacerdotes d. ꝙ ip̄a eſt re
gula ſancte ꝯuerſatiōis. Quarto pro/
phete. di. ꝙ ipſa eſt ſpeculū ⁊ exēplar cla/
re reuelationis. Quinto apoſtoli. d.
ꝙ ip̄a eſt alpha ⁊ o chriſtiane religionis.
Sexto martires. d. ꝙ ip̄a eſt remediū
⁊ medicina humane afflictionis. Septi
mo confeſſores. di. ꝙ ipſa eſt manna diue



contemplationis. Octauo virgines.
di. ꝙ ipſa eſt lilium ⁊ roſa virginalis per
fectionis. Sed vltimo ip̄a trinitas. di
ꝙ ipſa eſt imperatrix. ⁊ dn̄a vniuerſalis
creationis. qḋ audiens Salomon admi
rans dicit. Can. vi. Pulchra es ⁊ ſuauis
⁊ decora filia hieruſalem terribilis vt ca
ſtrorum acies ordinata. Dictum ſuū ꝓ/
bant angeli tripliciter. Primo ex par/
te nature. ipſa eñ voluit ⁊ angeli volue/
runt ꝙ ipſa ſemꝑ eſſet ꝑfecta. Canti. iiij.
Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula
non eſt in te Secundo ex parte gratie
ſanctificationis. Aug. libro. de natura ⁊
gratia. Cum de peccatis agitur: nullam
fieri prorſus volo de virgine mentionem
Tertio ex parte gratie ſuperabundā/
tis Lu. i. Aue gratia p. d. t. Bernardus
Puto ꝙ copioſior ſanctificationis gra/
tia in ipſam deſcenderit: que non ſolum
eius ſanctificaret ortum: ſed ⁊ vitam de/
inceps ab omni peccato cuſtodiret imu/
nem. Item probant angeli dictum ſu/
um. Primo ex parte nature ſic. quia p̄
mo inuenit homo qui habet potentiam
⁊ inclinationem ad bonum ⁊ ad maluꝫ
indifferenter vt adam. qui libere poterat
vtrumqꝫ. Primo in bonū. quia nō ha/
bebat corpus inclinans ad malū. cū non
haberet fomitem peccati originalis.
Scḋo in malū. quia non habebat ad/
iutorium gratie confirmantis in bonum
Scḋo inuenitur homo qui habet ma
iorem inclinationē ad malū q̄ꝫ ad bonuꝫ
ſicut nuper baptiſatus: in quo remanet
radix ⁊ fomes in corde. ⁊ ideo data ſunt
iſti multa remedia ad reſiſtendum. ſ. ſa/
cramenta eccleſie ⁊ meritum paſſionis
xp̄i. Tertio inuenit hō qui habet ma/
iorem inclinationē ad bonū q̄ꝫ ad malū.
ſicut ſanctificatus in vtero. ſicut Iohā.
bap. Hiere. ꝓpheta: Sāpſon ⁊ multi alij
Et hoc eſt: qꝛ fomes peccati originalis
in eorum carne fuit ſopitꝰ. Et erant ple/
ni gratia inclinante ad bonū tñ. ⁊ quia
fomes peccati non plene fuit ſopitꝰ i eis
potuerūt peccare venialiter ſꝫ mortalit
non. Quarto inuenit homo qui nō ſo/
lum habet potentiā ad malū verum etiā
habet neceſſitatem. ſicut non baptiſatus.
Et hoc. qꝛ regnat in corde eiꝰ fomes pec
cati inclinans ad malum. nec refrenatur
aliquo adiutorio ſacramēti vel paſſiōis
xp̄i. Oportet ḡ vt detur vltimꝰ modꝰ ꝙ
ſit aliq̄ pura creatura q̄ habeat non ſolū
potentiā nō peccādi: ſed etiā neceſſitatē.
Et iſta fuit. b. virgo in qua non ſoluꝫ fo/
mes peccati fuit extinctus: ſed etiam fuit
eradicatus. ⁊ ideo nullam pronitateꝫ ha
buit ad peccādū: qꝛ fuit gratia plena dī/
te. Aug. in ſermone de natiuitate. b. vir/
ginis. Ceteris p̄ſtat ꝑ partes marie aūt
in ſe tota infudit gr̄e plenitudo. ⁊ ſic ptꝫ
quomodo habuit ſuam perfectionē quo
ad naturā corporis purgati ab originali
pctō. Scḋo ex pte aīe purgate ꝓbāt ſic
Primo quia inuenit hō qui nō potuit
peccare venialiter ſꝫ mortaliter: qui fuit
adā ⁊ eua. Scḋo inuenitur homo qui
nō potuit peccare mortaliter: ſed veniali
ter qui fuit Io. bap. ⁊ hieremias. Ter
tio inuenit homo qui pōt peccare morta
liter ⁊ venialiter. qui fuit lapſus poſt ba/
ptiſmum. Reſtat quartus qui nō poſ
ſit peccare venialiter nec mortaliter que
fuit beata virgo ⁊ eius filius. recte ergo
eſt in ſūmo apice ꝑfectionis. Tertio
ex parte gr̄e ꝓbant ſic. Primo ſicut illi
qui magis appropinquāt ad xp̄m: qui ē
fons gratie magis recipiūt de gr̄a. ſed ta
lis approximatio fit tripliciter. Pri
ma fit cognitione vt hieremias Secū
da cognitiōe ⁊ demōſtratiōe. vt Io. bap.
Tertia cognitione ⁊ demōſtratione ⁊
portatione. vt. b. virgo. Prima cogni/
tie ſ. hieremie fuit clariſſima qui clarius
alijs ꝓphetis dixit: ⁊ hoc quia magis de
gratia recepit. fuit eñ i vtero matris ſan
ctificatus. Hiere. i. Priuſq̄ꝫ te formareꝫ
in vtero noui te ⁊ anteq̄ꝫ exires de vulua
ſanctificaui te ⁊ ꝓphetam in gentibus de
di te. Scḋo cognitio ⁊ demonſtratio
Iohan. baptiſte ampliori gratia meruit
habundare. ⁊ ideo de futuro p̄dixit ⁊ de
preſenti monſtrauit di. Ioh̄. i. ca. Ecce
agnus dei. ec. qui tol. pecca. mū. hic eſt de

quo dixi: poſt me venit vir: qui ante me
factꝰ eſt. quia prior me erat. ⁊ ideo de eo
di. dominꝰ: Math. vltimo. Inter natos
mulierum non ſurrexit maior Ioh. bap.

Tertio cognitio ⁊ demõſtratio ⁊ por/
tatio beate virgini fuit non ſolũ qꝛ mul/
tum haberet de gratia. ſed quia fontem
gr̃e in ſe cõtulit. ⁊ ideo in eius laudẽ de/
uote h. eccl'ia. Quẽ celi cape nõ poterant
tuo gremio ꝯtuliſti. Scd'o ſic exẽpla/
riter. Dicitꝰ eñ a ph'is ⁊ hñ ꝙ illa elemen
ta q̄ ſunt altiora ſunt nobiliora. q̄ magis
ſunt ꝓxima luci. vt aqua q̄ꝫ terra. ⁊ aer q̄ꝫ
aqua ⁊ ignis q̄ꝫ aer. Et ſic ſancti illi qui
magis appropinquant ad diuinitatem dei
plus hñt de beatitudine ſed b. vir. trãſcẽ/
dit omnes angelos: ⁊ ſanctos vt tenet ca
tholica fides. ideo plus habet de beatitu
dine. ⁊ magis ꝑticipat de gl'ia diuinaꝝ per
ſonaꝝ. ⁊ idõ dicit eccl'ia. Exaltata eſt ſan/
cta dei genitrix ſuper choros ãgeloꝝ ad
celeſtia regna. ⁊ ſic ꝓbãt angeli dictũ ſuũ

Sꝫ queritꝰ cũ quibꝰ veſtimẽtis fuit aſ/
ſumpta. Et dicitꝰ ꝙ induta erat radijs ex
ip̃a ꝓcedẽtibꝰ. ⁊ ſic ꝓpter claritatem nõ po
tuit corpus eius videri. q̄ claritas in mu
liere fuit materia querẽdi. vnde ſalomõ
querit. di. Que eſt iſta ⁊c̃. Patriarche
probant dictum ſuum etiam tripliciter.

Primo ſic om̃is benedictio ſuꝑ h'oies
⁊ mulieres: aut datur in morte: aut in vi
ta. Primo in vita omnis mulier erat
maledicta qꝛ ſi erat fecunda ꝓpter amiſ/
ſionem virginitatis geñ. iij. Multiplica
bo erumnas tuas ⁊ ꝯceptus tuos. in do/
lore paries filios. Et ſi iſecũda erat etiã
maledicta ꝓpter carentiã poſteritatis. ſꝫ
expectabant vnã que eſſet mater ⁊ virgo
que hanc maledictionẽ mutaret dñtes:
Deus fecit hominẽ ſine patre ⁊ ſine ma
tre. vt adam ⁊ fecit hominem de patre ſi
ne matre vt euam. ⁊ fecit hominẽ de p̃re
⁊ matre vt abel. Faciet etiam neceſſario
hominẽ de matre ſine patre: qđ erit xp̃s
⁊ ſic maledictio in benedictione compẽ/
ſabitur. ⁊ ideo dicit Aug. in ſermone de
natiuitate virginis. Maledictio eue in
benedictiõẽ cõmutatꝰ marie. Secun/
do in morte nota eſt hominis ⁊ mulierꝫ
maledictio. ij. Reg. xiiij. Om̃s morimur
et quaſi aqua dilabimur in terrã. Hebr.
ix. Statutũ eſt hominibꝰ ſemꝫ mori. Eccl.
ix. Quid ſuperbis terra et cinis. Et ad
mortẽ currimus cũ horrore demonũ: cũ
dolore ſenſuũ: ⁊ cũ ſubiectione vermiũ ꝫ
beata aũt virgo hãc maledictiõẽ in bñ/
dictionẽ cõmutauit vt ſine horrore tran
ſiret: ⁊ dolorẽ euaderet: ⁊ corruptiõẽ nõ
ſentiret. Tertio poſt mortẽ fuit bene/
dicta. gloria eñi angelorũ nõ eſt talis nec
tãta ꝙ ꝓpter eam augmẽtetur gloria ali
orũ. nec ſufficit ad cõplemẽtũ gloria pa
radiſi: ſed ꝑ aduentum btẽ virginis fuit
augmẽtata gloria btõrũ ⁊ cõpleta glo/
ria celeſtis. eo qꝛ in paradiſo erat ſol ſine
luna: rex ſine regina: ſpõſus ſine ſponſa.
Et ſic patet ꝙ paradiſus erat diminuta
nec potuit ꝑfici per aliã purã creaturã ꝫ
ergo ſuꝑ omnes benedicta. Pontifi/
ces ⁊ ſacerdotes probant dictũ ſuũ tri/
pliciter Primo ſic om̃is ſanctitas aut
fuit ante eam aut cũ ea aut poſt eam. ſãc
titas aũt beate virginis fuit ſupra ſãcti/
tatem ꝓcedentiũ cõcomitãtiũ ⁊ ſubſeq̄n/
tium. Primo de ꝓcedentibus probatꝰ
ſic. Dicunt quidam ꝙ in adam reman/
ſit quedam particula non infecta nec fer
mentata. que per generationem tranſi/
uit ad beatam virginem ⁊ tranſmiſſa eſt
in eã ⁊ de illa fuit formata caro xp̃i. ⁊ ex
hoc factum eſt quod ſancti patres ⁊ ſan/
cte perſone hoc non ignorantes ſanctifi/
cabant ſe ratione illius ſanctitatis. ⁊ in/
de ſperabant redemptionem habere di/
uina gratia cooperante. quod eſt termi/
natum in beata virgine. Scd'o de cõ/
comitãtibꝰ ſic. nullꝰ aliꝰ ſctũs fuit ita cõ/
pletꝰ virtutibꝰ ſicꝰ ip̃a nã ſctitas eiꝰ redũ
dabat i alios ⁊ alias ꝑꝫ i ſalutatiõe ſctẽ
eliſabeth qꝛ ſctitas ſua trãſiuit ꝑ corpus
ſctẽ Eliſabeth ⁊ repleuit aiam. vñ exulta
uit iſans i vtero mrĩs. ⁊ de illo redũdauit
in matrẽ idõ di. lu. i. Btã q̄ credidiſti q̄ñ
am perficientur in te ea que dicta ſunt ti
bi a domino. Et ſupra parum. Ecce vt fa
cta eſt vox ſalutationis tue in auribus



meis exultauit in gaudio infans in vte/
ro meo. ⁊ ideo ſicut anima chriſti in inſtã
ti ſue creationis fuit plena gratia ⁊ ſan/
ctitate: ſic anima bea. virginis in inſtan/
ti cum facta fuit mater chriſti plena fuit
gratia Luce. i. Aue gratia plena. Ter
tio de ſubſequẽtibus ſic. ipſa fuit media
trix inter deum ⁊ hominem. ⁊ nullus re/
cipit ſanctitatem niſi per ipſam. Iohan.
i. De plenitudine eius nos omnes acce/
pimus. quia chriſtꝰ eſt fons ſanctitatis
⁊ ipſa riuulus. ceteri ſancti ſunt vine ⁊ va
ſa. Non enim poſſunt habere gratiam a
fonte niſi per riuulum. quia de per ſe at/
tingere non poſſunt. Iohan. i. Accepimꝰ
gratiam pro gratia. Prophete ꝓbant
dictum ſuum tripliciter ſic. Omnis co/
gnitio aut eſt ꝓph'ie: aut ph'ie. aut natu
re. cognitio autem bea. virginis fuit ſuꝑ
omnes. Primo quia ꝓph'ie ꝓphe/
tarum fuerunt de xp̃o venturo. ⁊ iohan.
baptiſta omnium ꝓphetaruꝫ maximꝰ
chriſtum venturũ predixit. ⁊ adeſſe mõ
ſtrauit digito. di. Ioh. i. Ecce agnus ⁊c̃.
Beata autem virgo omnium ſapientiſ/
ſima. ipſum portauit peperit ⁊ lactauit
manibus contrectauit. ⁊ omnibus demõ
ſtrauit di. Ioh. xix. Ecce homo. fuit eniꝫ
terminus omnium ſcripturarum ⁊ com
plementum. Secundo ſuper intelle/
ctum omnium philoſophorum. quia nõ
potuerunt cognoſcere ꝙ deus fieret ho/
mo ⁊ econuerſo. ſic arguentes: Infinite
diſtantes non poſſunt vniri: ſed creator
⁊ creatura infinite diſtant. ergo ⁊c̃. Sꝫ
beata virgo arguit contra di. Deus non
facit aliquid incomplete vel ſine perfecti
one. ⁊ illud ſolum eſt completum cuius
finis ⁊ principium vniuntur ſicut patet
in figura circuli. ſed deus eſt omniũ ꝓn/
cipium ⁊ homo eſt finis. ergo habent vni
ri cuius vnionis ipſa fuit maxima cauſa

Tertio ſuper intellectum nature qui
intelligere non poteſt ꝙ virgo ſit mater.
⁊ arguit ſic. Duo contraria non poſſunt
ſimul eſſe, ſed maternitas ⁊ virginitas
ſunt contraria. ergo ⁊c̃. Beata autẽ vir/
go arguit contra. di. ꝙ verum eſt niſi ha
beant vnum pacificans. Nam elementa
cũ ſint contraria poſſunt ſimul eẽ in cor/
pore mixto. ſic deus in virtute vere exiſtẽ
tie qui eſt lux pacificans maternitatem ⁊
virginitatem potuit in maria eſſe ſimul
ſpirituſſancti operatione. Ideo dicit An
gelus luce. i. Spirituſſanctus ſuperueni/
et in te. ⁊ vir. alti. obum. tibi. qđ enim ex
te naſcetur ſanctum vocabitur filius dei
Et ſic beata virgo anteceſſit intellectum
nature. Apoſtoli probant dictum ſuũ
tripliciter. d. in ipſa incepit chriſtiana re/
ligio ⁊ fides ⁊ in bea. vir. fuit conſeruata
⁊ conſumata. Primo enim beata vir/
go fuit inchoatiua catholice fidei. ſicut
enim aurora eſt terminus ⁊ finis noctis
⁊ principium diei. ſic bea. virgo fuit ter/
minus veteris legis ⁊ principium noue

Sed queritur hic quare non offerun
tur nunc animalia in ſacrificio. Et dicitꝰ
ꝙ beata virgo pro nobis obtulit filium
ſuum qui plus placet deo q̄ꝫ omnia ani/
malia mundi. Math. xvij. Hic eſt filꝰ
meus dilectus in q̄ mihi hñ cõplacui ip/
ſum audite. Et idõ di. ap'ls heb. ix. Si eñ
ſanguis hircoꝝ aut vituloꝝ ⁊ cinis vitu
le aſperſus inq̄natos ſanctificat ad emũ
dationẽ carnis. q̄nto magis ſanguis xp̃i
q̄ ꝑ ſpm̃ ſanctũ ſemetip̃m obtulit imacu/
latũ deo emũdabit ꝯſciam nr̃am ab opi/
bus mortuis ad ſeruiẽdũ deo viuẽti. q. d.
magis. ⁊ idõ eſt magis potẽs ad obtinẽ/
dũ gratiã ⁊ veniã ꝓ peccatis q̄ꝫ aliqđ ſa
crificiũ veterꝫ teſtamẽti. cuiꝰ finis fuit b.
vir Secundo fuit inchoatiua diei gra
tie. ſicut enim interpolatis vicibus fiunt
ſigna in nocte ſic a ſimili facta ſũt ſigna
noctis tranſeũtis ſeculi. Et ſicut contici
niũ noctis ſeculi cantauerũt patriarche:
medium noctis prophete: matutinũ ſa/
cerdotes ⁊ leuite: laudes reges ⁊ iudices
preco fuit Io. baptiſta. aurora vero que
ſolẽ parit eſt b. virgo. Et ita ip̃a fuit ꝓn/
cipium diei gratie. in qua ipſa lex gratie
fuit reſeruata tempore paſſiõis xp̃i. quo
tempore nullus remãſit fidelis ipſa exce
pta. In cuius preconiũ. d. eccleſia. Sola
ſine exẽplo placuit virgo chriſto. ⁊ ſic ec/

deſie: ꝓpter hoc ordinauit vt ter cū ſono
campane ſalutet̄ b. virgo in pͥncipio no/
ctis cuius finis ipſa fuit. ⁊ ter in aurora.
⁊ ter in pͥncipio diei cuius pͥncipium ipſa
fuit. Tertio fuit inchoatiua ꝑdicatio
nis legis gr̄e Luc. ij. Maria aūt ꝯſerua
bat omīa verba hec ꝯferens in corde ſuo
Jo. ij. Quodcunq; dixerit vobis facite. ⁊
btūs Lucas euāge. ſciuit miſſionē ange
li a deo. ⁊ multa alia que b. virgo reuela/
uit ſibi. Et ſic ſolauit fideles ⁊ cōfudit
hereticos. ⁊ iō d. eccleſia. Gaude maria
virgo: cunctas hereſes ſola interemiſti.
Martyres ꝓbant dictū ſuū tripl̄r. d̄i.
Primo qꝛ mūdana afflictio aut eſt ex
penurijs: aut ex iniurijs: aut ex paſſiōibꝰ
⁊ ſupplicijs. beata aūt virgo a pͥncipio vſ
q; ad finem vite ſue fuit paſſa penurias
paupertates imo ⁊ ꝑſecutiōes. Nam filiū
ſuū in publico peꝑit ⁊ in pꝛeſepio reclina/
uit. in egyptū fugit. manibus ꝓprijs ſibi
tunicam fecit. ⁊ victū ꝓpꝛiū manibus ſu/
is lucrabat̄ ⁊ in paſſiōe peplū ꝓpꝛiū filio
dedit. Naꝫ chꝛiſtus ad hoſpiciū marthe
declinauit qꝛ beata virgo pauperrima fu
it. theſauꝝ regū pauperibus diſtribuit. ⁊
ſic pꝫ quō vitam tenuē duxit. Si ergo
te oppꝛimaſit inopie reſpice reginā celi ⁊
certe ⁊ erit tibi remediū patientie Se
cūdo afflicta fuit in coꝛꝑe. Nōne ioſeph
voluit eā occulte dimittere. Nonne cum
grandi dolore filiū requiſiuit Luc. ij. di.
Ego ⁊ pater tuus dolentes querebamꝰ
te ⁊ Matt. xij. Ecce mater tua ⁊ fratres
tui foris ſtant querentes te. Nunq; legi/
tur ꝙ xp̄us fecerit vnā curialitatem ma/
tri niſi in fine quando pendens in cruce
eam recōmiſit iohanni euangeliſte. ⁊ iō
pōt dici ꝙ ſemꝑ fuit afflicta in mūdo. vt
ſemꝑ letaret̄ in futuꝝ. vt de ea ⁊ ſimilibꝰ
di. xp̄us Joh. xvi. Triſticia veſtra vertet̄
in gaudiū. Tertio afflicta fuit in mē/
te maxime. qꝛ qñ filiū ſuū obtulit in tem/
plo a Simeone audiuit. Lu. ij. Ecce po/
ſitus eſt hic in ruinam. et ſequit̄ ⁊ tuam
ipſius animam ꝑtranſibit gladius. ⁊ ex
tunc nunq; habuit animā letam. cū cer/
ta facta fuerat de paſſione filij. ⁊ inſuꝑ

paſſiones pregnantis ⁊ parturientis q̄s
euaſit in puerperio renouata ſunt ei i do/
minica paſſione. Et notandū ſm ꝑhi
loſophum ꝙ potius eligēda eſt mors q̄
portare dolores pregnantis ⁊ parturien/
tis. Et ideo dicere potuit cū filio. Mat.
xxvi. Triſtis eſt anima mea vſq; ad moꝛ
tem ⁊ Tren. i. O vos omnes qui tranſi
tis per viam attendite ⁊ videte ſi eſt do/
lor ſicut dolor meus. Confeſſores pro
bant dictum ſuum tripliciter. di. ꝙ in ea
fuit ſanctitatis fundamentū: honeſtatis
incrementū. ⁊ charitatis complementuꝫ
Primo ſanctitatis fundamentum ſcꝫ
humilitatis. Nam ſi humilitas fuit in
dauid ⁊ i magdalena: neceſſaria fuit eis
ꝓpter delicta eorum. ⁊ ſi fuit in Johanne
baptiſta merito fuit. qꝛ d. ſe eſſe preconeꝫ
Sed beata virgo fuit ſine crimine ⁊ pec
cato cum mater domini eſſet electa. ⁊ tā/
ta humilitas in ea fuit vt ſumme infimā
creaturaꝝ rōnabiliū ſe exprimeret. d. Lu
ce. i. Ecce ancilla domini. vnde ⁊ ſemper
cum reuerentia loquebat̄ filio attēdens
illud eccl. iij. Quanto maior es humilia
te in omnibus. Scḋo honeſtatis incre/
mentum. Primo in lingua. vix enī lo/
quebatur. nec inuenitur ꝙ locuta fuerit
niſi quinq; vicibus. bis cum angelo. bis
cum filio. ⁊ ſemel cum miniſtris. vel ad
plus ſepties Scḋo in geſtu. non enim
reperit eam angelus in platea. non in fo
ro vel in triuio ſed in domo ⁊ orantem. qꝛ
ſemper aut orabat: aut operabatur. ſed
quid faciebat poſtq; mater domini fuit
electa. ⁊ quid poſt filij aſcenſionem ſi an/
te talia exercebat. Et dicitur ꝙ in came/
ra ſemper erat in contemplatiōe. in qua
Joh. euange. venerabiliter ei ſeruiebat ⁊
reuerenter. Tertio in conuerſatione.
nam ſꝑ aut cū filio: aut cuꝫ apl̄is vel cū
eliſabeth: aut cū angelo cōmorabat̄. vt
dīe poſſet cū apl̄is. philip. iij. Noſtra autē
cōuerſatio in celis eſt. Tertio charita
tis complementum. qꝛ pro vtilitate mū/
di filiū ſuū obtulit paſſioni. qñ ipm̄ pre/
ſentauit ſimeoni. ſciens ꝙ niſi per filium
non poterat fieri redemptio generis hu/



mani. ⁊ ideo plus fuit gauiſa de morte fi
lij mentaliter q̄ contriſtata corporaliter
Virgines probant dictum ſuum tri/
pliciter. d. ⁊ bñ. quia prior. quia purior. et
quia firmior Primo quia prior. nam
tempore legis omes mulieres matrimo
nio tradebantur: ⁊ ſic virginitas matri/
monio poſtponebatur. Inuentrix ergo
virginitatis fuit b. virgo ⁊ laudanda. qꝛ
prior. Secundo qꝛ purior quo ad cor/
pus ⁊ quo ad mentē ⁊ q̄ ad incorruptionē
vtriuſq; hominis. nunq; enim ſenſit vel
leuiter motum carnis: aut mentis. fuit ei
ſanctificata ⁊ ab originali purgata vt. d.
Augu. in libro de natura ⁊ gratia. Cuꝫ
nulla alia creatura ſe excuſare poſſit a ꝑ
mis motibus qui non ſunt in noſtre po/
teſtate: vt d. magiſter ſententiarum in ſe/
cundo. ex habundantia em̄ gratie interi
oris redundabat quedam conuerſatio ho
neſtiſſima exterius. ita vt aliquos ⁊ ali/
quas caſtas faceret. Tertio quia fir/
mior. nam tantum mundiciam dilexit vt
pro aliqua re corporali aut mentali non
commutaret. Et iō ab angelo ſollicita
queſiuit quomodo generaret ſine violen
tia ſue firmiſſime mundicie. ⁊ quia im/
poſſibile erat vt ſuum conſenſum alicui
homini conſentiret. d. luce. i. Quomodo
fiet iſtud quoniam virum non cognoſco
q. di. cui conſenſum poſſem ꝑſtare. Sed
queritur quare ergo deſponſari cōſenſit.
Et dicunt ſancti ꝙ diuina diſpenſatione
hoc factum eſt propter infame dedecus
precauendum. ⁊ vt iſtud ſacramētum in
carnationis dei diabolo celaretur. Et vt
inde fides augeretur. Vltimo deus
trinitas auditis rationibus dixit ſalomo
ni. reſpondens ad queſtionē ꝙ ipſa eſt di
gna corona vt ſit imperatrix in celo ⁊ in
purgatorio ⁊ i inferno. qꝛ ad omes iſtas
ꝑtes ſentit̄ eius auxiliū Aug. i ſermone
de nati. btē virginis d. O beata virgo ſe
culum oīne captiuū tuum deprecat̄ aſſen
ſum: te domina mūdus ſue fidei obſidē
fecit. Et concludit Sentiāt omnes tuū
iuuamen quicunq; celebrant tuaꝫ cōme
morationeꝫ. Figurata eſt eſt in heſter q̄

obtinuit pro populo ſuo gratiam ⁊ ſuſpē
diū aman huꝫei hoſtis iudeoꝝ. vt pꝫ he
ſter. ix. Cuius honorē ⁊ exaltationem vi/
dens b. Joh. di. apoc. xij. Signū magnū
apꝑuit in celo mulier amicta ſole ⁊ luna
ſub pedibus eius ⁊ in capite eius coro/
na ſtellaꝝ duodecim Et ideo poſſumus
nos reſpondere ſalomoni querēti: Que
eſt iſta ⁊c. ꝙ ipſa eſt regina celoꝝ dña an/
gelorum aduocatrix peccatoꝝ ⁊ impera
trix omniū creaturaꝝ. Cuiꝰ gratie nos
participes faciat ieſus xp̄us dei ⁊ eius
filius Amen.

De ſacerdote nouo. Sermo. I.

## Sto mihi parēs

⁊ ſacerdos. Judicū. xvij. Iſtō
verbū licet lr̄aliter fuerit Mi
che ad leuitam de bethleem ipſum ad ſa
cerdotale miniſteriū inuitantis: tñ pōt eſ
ſe verbū xp̄i ad vnūquemq; diaconē be/
ne diſpoſitum ad ſacerdotale ſacrificiuꝫ
exhortantis. Et ſm hoc ſacerdotale offi
cium in iſtis verbis dupliciter deſcribit̄.
Primo quidē vt hñs poteſtatē aucto/
ritatis inſupabilis ibi. Eſto mihi parēs
ex ꝑſona xp̄i. Scḋo vt hñs ſublimita/
tem dignitatis incōꝑabilis ibi. ſacerdos
Magne quidē auctoritatis eſt eſſe parē
tem. i. patronū. ſed maioris eſt eſſe xp̄i ſa
cerdotē ⁊ miniſtrū. ⁊ ꝓ magna dignitate
attribuit̄ ſanctis in patria. apoc. xx. Ipſi
erunt ſacerdotes xp̄i ⁊ dei. qꝛ ergo ſacer/
dotij dignitas ⁊ auctoritas eſt hic deſcri
pta: ideo Primo inſiſtendum eſt circa
auctoritatem ſacerdotalem Scḋo cir
ca dignitatem. q̄tum ad primū qḋ nota
tur cum dicit̄ eſto mihi parens. eſt notā/
dum ꝙ quattuor perſone inueniunt̄ i di/
uina ſcriptura quibꝰ xp̄s dīe potuit eſto
mihi parens. Prima fuit ſua beatiſſi/
ma mater: que ipſum vere peperit. vnde
ſibi canit eccleſia. Salue ſancta parens.
Secunda fuit ioſeph qui fuit eius ba
iulus ad modum patris vnde pro ipſo ⁊
b. vir. dicit̄ luce. ij. Remanſit puer ihs in
hieruſalem ⁊ nō cognouerunt parentes
eius Tertia fuit iuſtus ſimeō qui fuit

xp̄i patrinus i eo ꝙ ip̄m in tēplo p̄ſētauit
Sicut vocanſ patrini q̄ itromittūt in ec/
cleſiā aliquē nouiter. iō de eo. d. euā. lu. ij
Et venit in ſpū in templū. ſequit. ⁊ ipſe
accepit eū in vulnas ſuas ⁊ benedixit de
um. ⁊ dixit. nunc dimittis ſeruum tuum
⁊c. Quarta fuit Joh. bap. qui fuit xp̄i
patrinus: in eo ꝙ chriſtum baptizauit.
Mar. i. In diebus illis venit ieſus a na/
zareth. galilee ⁊ baptizatus eſt in iorda/
ne a iohanne. quia in ſacramento baptiſ/
mi quod dicitur regeneratio acquiritur
ſingulariter ſpūalis cognatio ſecundum
quā baptiſans dicit patrinus ⁊ baptiſatꝰ
filiolus. Et ſm iſtas q̄ttuor pſonas acci
piunſ quattuor rationes quibꝰ xp̄us pōt
dīc cuilibet nouo ſacerdoti. Eſto mihi
parens. Prima ratio. quia ſicut ſpiritꝰ
ſctūs ꝯtulit. b. vir. virtutē generatiuā vt
ex puriſſimis eius ſanguinibꝰ fieret xp̄i
caro: ita virtus diuina datur ſacerdoti vt
p verba ſacramentalia ex puriſſima fru/
menti ſubſtantia conſecretur xp̄i corpus
Et ideo ſicut bea. virgo fuit xp̄i parens.
q2 ſibi dedit eſſe naturale: ita ſacerdos
ſuo modo quia dedit ei eſſe ſacramenta/
le. Iſta aūt deductio quadrupliciter de/
claraſ. Primo q2 ſicut opante. be. vir.
ſanguis virginalis in corpus xp̄i verꝫ cō
uertitur. ita opante ſacerdote panis i cor
pus xp̄i verꝫ conuertiſ. ⁊ ſicut. b. virgo ꝓ
tūc in ſuo vtero xp̄i corpꝰ pfecit: ita nunc
in altari ſacerdos corpus chriſti conficit
Secundo quia ſicut ibi virtus ſpiri/
tuſſancti operata eſt principaliter ⁊ vir/
tus virginalis miniſterialiter. ita in ſa/
cramento virtus dei operaſ ad tranſub/
ſtantiandū pncipaliter ⁊ virtus verboꝝ
ſacerdotaliū inſtrumētaliter. Tertio
quia ſicut ibi ſubito ⁊ ſine mora fuit fa/
cta ſanguinis in carnē ꝯuerſio ſm dam/
ſij. ſniaꝫ. ita in ſacramento fit in inſtanti
tranſſbatio. vt nō ſolū opatio ſit ſimilis
ſed etiā modus operandi. Quarto q2
non fuit maius mirabile ſanguinē in ve
ram carnē ſubito conuertere: q̄ꝫ panem
in corpus xp̄i. imo videſ minus difficile.
q2 maior eſt diſtācia iter iſta. ⁊ iō nō mi/
noris admiratiōis eſt cōſecratio ſacerdo
talis q̄ꝫ fuerit gnātio virginalis. vñ ſicut
illa laudaſ: ex eo ꝙ ibi deus gignitur: ita
iſta ex hoc ꝙ deus hic ꝯſecraſ. Scđa
q2 ſicut ſanctus Joſeph diciſ parens xp̄i
q2 ip̄m nutriuit ſedule miniſtrādo. vt pa
tet ex euangeliſtis. ita ſolius ſacerdotis
eſt officiū xp̄o imediate miſtrare. q2 oēs
alij eccleſiaſtici ordines mediāte ſacerdo/
tio reducūſ in xp̄m. Eſt tñ notādū ꝙ i
miſterio ſacerdotali ꝯſumiſ eucharíſtia
p modū cibi: ſed nō conuertiſ cibus in ci
batum. immo ecōuerſo cibans in cibum
⁊ ſic ſacerdos ſumens duꝫ in xp̄m ꝯuer
titur: p modū nutrimēti ſe habet ad euꝫ.
⁊ ſic videtur nutritius. Tertia q2 ſicut
ſanctus ſymeon poteſt dici xp̄i fuiſſe pri/
nus. q2 xp̄m in tēplo detulit ⁊ retulit oſtē/
dendo ⁊ alijs manifeſtando. ita ſacerdo
tis officiū eſt xp̄m in manibꝰ ſuis deferre
in eccleſia. ⁊ ſoli ſacerdoti licitū eſt corpꝰ
xp̄i proprijs manibus contrectare. ⁊ ſic po
teſt dici ſacerdos xp̄i patrinus dum ip̄m
manibꝰ proprijs reponit in ſacrario ex offi/
cio. Quarta q2 ſicut Joh. baptiſta per
quē xp̄us renatꝰ eſt ſacramentis ſm am
broſiū fuit xp̄i patrinus: q2 xp̄m regene/
rauit in baptiſmo: ita q̄libꝫ ſacerdos ſuo
mō pōt dici xp̄i patrinus in eo ꝙ ip̄m in
eucharíſtie ſacramento cōſecrat dans ei
eſſe ſacramētale miniſterialiter. Nec mi
rum ſi ſacerdotes poſſunt dici chriſti pa/
rētes. vt quilibet eoꝝ dicat. eſto mihi pa
rens quia homines ſancti ſunt de q̄bus
di. ſaluator Matt. xij: Quicunq̄ fecerit
voluntatem patris mei q̄ in celis eſt ipſe
meus frater ſoror ⁊ mater eſt. Circa
ſecundam partē. ſ. ſacerdotis dignitateꝫ
eſt notandum ꝙ iſtud nomen ſacerdos
habet interpretationem quadruplicem
⁊ ethymologiam dictis diuine ſcripture
conuenientem. Primo enim ſacerdos
dicitur ſacratꝰ domini quia ſcilicet a do/
mino conſecratur dum ei in conſecratio
ne ſacerdotali caracter inprimitur. queꝫ
caracterem vocat beatus dionyſius ſan/
ctum ſignum. Eſt etiam notandum ꝙ
caracter iſte qui dicitur ornatus ſpūalis



decorat mirabiliter animā ſacerdotis q̄/
niam qui intuitiue videret ip̄m p̄exiſten
tem in fronte anie. i. in ſuperiori vel emi/
nentiori portiōe. mirabiliter videret illā
illo caractere decoratam qui caracter ha
bet quadruplicem virtutem annexam.
Prima eſt: ad conficiendum q2 om̄is
habens hunc caracterem habet poteſta
tem cōſecrandi corpus xp̄i. ⁊ non hñs nō
pōt. q2 imprimitur tantum in ordine ſa/
cerotali. ideo nullus poteſt conficere ni/
ſi ſacerdos. Secūda eſt ad abſoluendū
quia virtute huius caracteris ſolus ſa/
cerdos in foro penitentiali poteſt abſol/
uere a peccatis. q2 ſolis ſacerdotibus di/
ctum fuit. Jo. xx. Quoꝝ remiſeritis pec/
cata remittuntur eis. Tertia ad obli/
gandum. quia cum in foro penitētiali ſa/
cerdos habeat auctoritatē mutādi penā
eternā i penā tpalēꝫ. iō di. eidē ſaluator
ſupra. Quoruꝫ retinueritis retenta ſunt
ſcꝫ quantum ad penam. Quarta ad
benedicēdū. q2 quicquid ſacerdos bñdi/
cit eſt benedictū virtute caracteris huiꝰ.
ideo diciſ. gen. xiiij. Melchiſedech rex. ſ.
⁊ ſacerdos dī altiſſimi bñdixit abrac qđ
non feciſſet niſi virtute ordinis ſacerdo/
talis ptātem habuiſſet. Scđa ethimo
logia eſt ſacrans dñm. q2 in ſacramento
eucharíſtie ꝯſecratio ſacerdotalis termi
naſ ad xp̄m. ⁊ ex tanta dignitate accipiū
tur quattuor iſtius ſacerdotij preconia.
Primuꝫ ꝙ dignitas ſacerdotalis trā/
ſcendit omnem temporalem dignitateꝫ
in mundana politia. quia cum dignitas
regia in temporalibꝰ ſit ſuprema: digni/
tas ſacerdotalis eſt ſuper eam. cuius ſi/
gnum eſt quia in veteri lege reges ſubij/
ciebātur ſacerdotibus. ⁊ per ſacerdotes
reges conſtituebrntur. ptꝫ de ſaule. i. R.
xij. Dixit ſamuel ad vniuerſum iſrael. ec
ce audiui vocem veſtram. iuxta omnia q̄
locuti eſtis ad me ⁊ conſtitui ſuper vos
regeꝫ ⁊ de dd. i. R. xvi. Tulit ergo ſamu
el cornu olei ⁊ vnxit dauid in medio fra/
trum eius ⁊ directus eſt ſpiritus domini
in dauid a die ille. Et tamen regia digni
tas non eſt mutata cum ſacerdotium fit
melioratum ſicut ⁊ lex dicente apoſtolo
hebreoꝝ. x. Vmbram habens futuroruꝫ
bonorum lex: non ipſam imaginem rerū
Et infra. Aufert primum. ſ. ſacrificiuꝫ vt
ſequens ſtatuat. ſtatuat. ſ. melius vide h̄
capitulum apoſtoli ⁊ precedēs circa ma
teriam. Secundum ꝙ dignitas ſacer
dotalis tranſcendit omnem dignitatem
ſpiritualē i ſupceleſti ierarchia. q2 cū epī
ſcopatus ſit ordo ſupremus ⁊ maxime ꝓ
ximus deo inter ordines ⁊ dignitates ec
cleſiaſticas ſm beatū dionyſium li. de ec
cleſiaſtica ierarchia tamē ep̄us eſt digni
or inq̄ꝫtum ſacerdos q̄ꝫ inq̄ꝫtum ep̄s. q2
inquantum epiſcopus nō habet dignita
tē niſi ſupra corpus xp̄i miſticū qđ eſt ec/
cleſia in conferendis ordinibus. inquan/
tum aūt eſt ſacerdos habet poteſtatem
ſupra corpus xp̄i verum ⁊ ideo ſicut hoc
corpus eſt venerabilius: ita iſtud officiū
dignius. ⁊ confirmatur quia eucharíſtia
eſt finis omnium ſacramentoꝝ ⁊ ordinū
ſm bea. diony. libro. vt ſup̄. ⁊ patet. quia
cum ordines celebrantur conſumatio fit
in miſſa. epiſcopatus autē reſpicit ordi/
nes ⁊ ſacerdotium eucharíſtiaꝫ. Ter
tium ꝙ dignitas ſacerdotalis tranſcen/
dit omneꝫ dignitatem ſpiritualem in ce/
leſti ierarchia. quia poteſtas ierarchica
ſpirituum beatoꝝ non ſe extendit vltra
fines celeſtis ierarchie. poteſtas vero ſa/
cerdotalis attingit vſq̄ ad fines ierar/
chie ſuperceleſtis. dum perſona que hic
conſecratur eſt in ſuperceleſti ierarchia:
vt perſona media collocata ⁊ ꝯfirmatur
deductio. quia ſicut corpus chriſti veruꝫ
ratione vnionis ypoſtatice excedit corpꝰ
chriſti miſticum. ita ⁊ totam celeſtem ie/
rarchiam circa quam verſantur dignita
tes angelice. ideo propter iſtum exceſſuꝫ
di. apoſtolus hebreorum. vltimo. Habe/
mus altare de quo edere non habent po/
teſtatem qui tabernaculo deſeruiunt.
Quartū ꝙ dignitas ſacerdotalis at/
tingit ad ſupremam dignitatē ierarchie
ſuperceleſtis. quia ſicut laudatur mater
xp̄i ineffabiliter ſublimata. eo ꝙ eundē fi
lium ⁊ tante dignitatis genuit tpaliter

quez pater celeſtis genuerat eternaliter:
ita quilibet ſacerdos noui teſtamẽti ſuo
modo laudari poteſt: qꝛ illud idez verbũ
qḋ pater genuerat eternaliter idẽ hic cõ
ſecrauit ꝛ conſecrat temporaliter. ꝛ ideo
eius actio ratione termini aliquo mõ eſt
dignitatis infinite. ꝛ ideo pro eis intelli/
gitur illud ſ̃ppoſi exo. xxij. Dijs non de
trahes ꝛ principẽ populi tui non maledi
ces Tertia ethimologia eſt ſacra dãs:
3 Ethim°
quia ipſe eſt ꝓprius miniſter ſacramẽto
rum noue legis in quibus gratia cõtine
tur. ꝛ idõ dat ſacra. Et notandũ ꝙ ſeptẽ
ſacramẽta ſũt noue legis: que a ſacerdo/
tibus miniſtrant̃. Primũ baptiſmus.
qḋ niſi neceſſitas ſit ab alio miſtrari ñ de
bet. Scõm penitentia qꝛ nullus ali⁹
abſoluere põt Tertiũ eucbariſtie quã
nullus preſumere debet miniſtrare ꝑter
ꝙ̃ ſacerdos. Quartũ matrimoniũ. qḋ
licet poſſit fieri ſine foro eccleſie tñ nõ de/
bet fieri ſine ſacerdote. Quintũ extre
mavnctio. qḋ ꝯferre nõ põt niſi ſacerdos
Jaco. vltimo. Infirmat̃ quis in vobis in
ducat ꝑſbyteros eccleſie: ꝛ orent ſup eum
vngẽtes eũ oleo in noĩe dñi. Et ſic dicit̃
ſacerdos q̃ſi ſacra dans: qꝛ quinqꝫ ſacra i
quibus ꝯfert̃ grã adminiſtrat. Alia aũt
duo. ſ. confirmationẽ ꝛ ordinẽ miniſtrat
epũs. Et ideo. qꝛ ꝓpter miniſteriũ ſacroꝝ
iſtud officiũ eſt ſũme vtile hoĩbus. d. mi/
chas vbi thema. Nunc ſcio qꝛ benefaciet
mihi deus habẽti leuitici generis ſacer/
dotẽ. Quarta ethimologia eſt ſacris
4° Ethimologia
dedicat⁹. qꝛ ſacerdos dedicat̃ ꝛ ꝯſecratur
vt ſit ſacris dedit⁹ ꝛ nõ ſecularibꝫ. Eſt tñ
notandũ ꝙ ſacerdos eſt ſacris dat⁹ ſin/
gulariter in celebratione diuine eucbari
ſtie. q̃ celebratio ſublimat̃ ſolẽnitate qua
druplici Prima quidẽ diuinaꝝ ꝑſona
rum. qꝛ ſicut tota trinitas xp̃m incarna/
uit vt d. Aug. i. de trinitate: ſic tota trini/
tas xp̃um ꝯſecrauit. quãuis ſola verbi ꝑ
ſona ſit hic ꝯſecrata ſicut ibi incarnata.
opa aũt trinitatis ſunt indiuiſa. qꝛ diue
ꝑſone ſunt vbi opant̃. idõ hic eſt ſũma ſo
lennitas p̃ñtia diuaꝝ ꝑſonarũ. Scḋa
eſt ex p̃ñtia ſctõꝝ angeloꝝ. q̃ ſe aſſociant
corpori xp̃i dñice Grego. in omelia paſce.
Quis fideliũ dubiũ habere poſſet ad ſa/
cerdotꝭ vocẽ celum apiri ꝛ angeloꝝ cho
ros adeẽ in illo diuo miſterio. Tertia
eſt ex p̃ñtia bẽaꝝ aiaꝝ. dicit em̃ hieroni
mus ꝯtra vigilantiũ ꝙ aĩe ſctõꝝ quoꝝ
reliquie ſũt i eccl̃ia comitant̃ xp̃m i hũc
mundũ q̃tidie veniẽtẽ. qḋ nõ fit coiter
niſi in altari. ꝛ ſic. d. ꝙ ſciũt honores qui
eis deferunt̃. Quarta eſt ex p̃ñtia. be.
virginis q̃ filiũ ſuũ hic credẽda eſt ſocia
re ex quo ceteri ſancti ipm non deſerũt. ꝛ
ipa eſt regina virginũ de quibꝫ apoc. xiiij
Hij ſunt qui cũ mulieribꝫ nõ ſunt coin/
q̃nati virgines em̃ ſunt ꝛ ſequuntur agnũ
quocunqꝫ ierit. ꝛ ſi iſtud eſt virginũ pri/
uilegium beata virgo nõ debet eo carere
que quattuor ſolemnitates inducunt no/
bis quattuor munitiones. Prima ꝙ fi
deles debent in ſumma reuerentia habe
re ſacerdotes ſicut et. b. franciſcus. ꝑſby/
teros monuit pre cunctis reuereri quia
ipſi ſunt tantaꝝ rerum adminiſtratores
Secunda ꝙ fideles cum magna reue
rentia ꝛ timore debent audire miſſas ꝓ/
pter reuerentiam diuinarum ꝛ ſanctarũ
perſonarum. Tertia ꝙ ſacerdotes de
bent cum mira contritione ꝛ deuotione
ad iſtud miſterium accedere. i. Corin. xi.
Qui enim manducat ꝛ bibit indigne iu
dicium ſibi manducat ꝛ bibit. Quar/
ta ꝙ ſacerdotes debent libenter frequen/
tare iſtud miſterium. quia dicit beatus
dionyſius. libro ð eccleſiaſtica ierarchia
ꝙ dignis iſtud miſterium confert ſancti/
ficationem. Cuius nos ꝛc̃. Amen.

## De ſacerdote nouo. Sermo. II.

Nterroga ſacer/
dotes legez. Aggei. ij. ſm ſen
tentiam Hieronimi ad pauli
nũ offm̃ ſacerdotis eſt qꝛ iterrogat⁹ de le
ge r̃ndere dꝫ. ꝛ idõ in hoc verbo ꝓphetico
ſacerdotalis ꝑfectio eſt dupl̃r deſcripta.
Primo vt illuſtrata veritate ſapiẽtie
inobfuſcabiliter refulgentis. quia inter/
rogat⁹. Nullus em̃ dubius querit certi/
ficari circa difficilia niſi a ſapientibus.



deutero. xxxij. Interroga patrẽ tuũ ꝛ an/
nunciabit tibi maiores tuos ꝛ dicẽt tibi.
Scḋo vt decorata equitate iuſticie in
obfuſcabiliter regulantis: qꝛ legẽ. lex em̃
diuina eſt quedã rectiſſima regula vt di/
cit Aug. li. de vera religione. ideo dicitur
de leui q̃ fuit patriarcha ſacerdotũ vete/
ris teſtamẽti. Lex veritatis fuit i ore ei⁹
Malachie. ij. Quia vero circa ſacer/
dotale officiuꝫ verſat̃ ſermo noſter. idõ de
eo ſunt. xij. miſteria ꝯtemplanda. Pri/
mũ q̃d eſt ſacramentũ. Et dicit̃ ꝙ eſt or/
do primus in om̃i ierarchia ſm ordineꝫ
dignitatis qḋ declarat̃ quadruplicitur.
Primo in humana policia. Antiq̃ em̃
ꝑhi in ciuitatibꝫ diſtribuentes aliq̃d ſm
ordinẽ a natura inducti ꝓpoſuerũt ſacer
dotes. qꝛ naturalis ratio dictabat. ꝙ pri/
mũ oportet vnũquemqꝫ bene eſſe ordina
tũ ad deũ qḋ fit ꝑ ſacerdotis officiuꝫ. vt
pꝫ. i. politicoꝝ. Scḋo in eccl̃iaſtica ie
rarchia. qꝛ in diſtributiõe eccl̃iaſticoꝝ or
dinũ iſte ceteris anteponit̃ imediate poſt
epõs. pꝫ ꝑ Dioni. li. de eccl̃iaſtica ierar/
chia ad hebreos. v. Omis nanqꝫ põtifex
ex homibꝫ aſſumpt⁹ ꝓ hoĩbus ꝯſtituit̃ in
his q̃ ſunt ad deũ. Tertio in celeſti ie/
rarchia vbi primi angeli qui deo aſſiſtũt
imediate ſunt ibi loco ſacerdotũ. q̃ ime/
diate ꝑ ſeipſos ad deũ accedũt ꝓ populo
orare vt dicit Dioni. li. de angelica ierar
chia. Et ideo dicit aplus ad hebreos. i.
Omnes ſunt adminiſtratorij ſpũs i mi/
niſteriũ miſſi: ꝓpter eos q̃ hereditatẽ ca/
piunt ſalutis. Quarto in ſupceleſti ie
rarchia que eſt thearchica. in qua ſunt tan/
tum tres perſone diuine. quaꝝ ſa habet
dignitatem ſacerdotalẽ. ſ. ꝑſona filij. qꝛ ꝑ
ſona patris eſt conſecrans. ꝛ non ꝯſecra
ta. perſona filij eſt conſecrans ꝛ cõſecra/
ta. perſona ſpũſſancti eſt conſecrata ꝛ nõ
ꝯſecrans. ꝛ ideo qꝛ ꝑſona ſecunda habꝫ
ꝙ ſit cõſecrans ꝛ ꝯſecrata di. ꝓpheta. ps.
cix. metro. v. Jurauit dñs ꝛ nõ penitebit
eum. tu es ſacerdos in eternũ ſm ordinẽ
melchiſedech. Et ideo qꝛ iſte ordo in ſu/
perceleſti ierarchia eſt primus dicit̃ Jo/
ſue. vi. ꝙ ſacerdotes ꝓcedebãt populum
cũ archa teſtamenti dñi. vt ſcꝫ oſtenderẽt
populo viam terre ꝓmiſſionis. Et a ſimi
li debent ſacerdotes euangelice legis cũ
archa ſacraꝝ ſcripturaꝝ ꝛ fide ꝓcedere
populũ xp̃ianũ ad terram viuentiũ quã
petebat ꝓpheta d. ps. cxli. Portio mea in
terra viuentiuꝫ. Scõm quid eſt ſacer
dotij ſignaculum Et dicit̃ ꝙ eſt caracter
in anima ſacerdotis a deo impreſſus cũ
ordinatur in calicis oblatione. quia chri
ſtus dando calicem ſuis diſcipulis ordi/
nauit eos ſacerdotes. Marci. xiiij. Eſt
tamẽ notandũ ꝙ iſtud ſignaculũ hꝫ qua
5.+
tuor preclara inſignia Primũ eſt deco
ris inobfuſcabilis. quare ornat animam
ſpiritualiter. qḋ fuit figuratum in lamia
aurea que fuit appoſita capiti ſacerdotꝭ
ſtantis ante altare dei zacharie. iij. Po/
nite cydarim ſuper caput eius. Secũ
dum eſt valoris impreciabilis. quia iſtḋ
ſignum non poteſt comparari alicui rei
temporali propter eius valorem. ideo in/
crepãtur ſymoniaci circa hunc ordinem
iiij. ſniaꝝ. diſtin. xxv. Tertiũ eſt vigo/
ris inſeparabilis. quia habet vim tranſ/
ſubſtãtiandi panez in veꝝ corpus chriſti:
ꝛ vinũ in ſanguinẽ eius. in quo ſacramẽ/
to tranſcendit potentiam rationalis cre/
ature. patet. iiij. ſniaꝝ. diſt. xiij. Quar/
tum eſt tenoris indelebilis. quia non po/
teſt deleri aliquo ſcelere vel peccato h̃ ca
racter. nec etiam in inferno quãuis de/
gradatus. Et ideo notandum ꝙ ſi ſacer
dos mortuus reſurgeret: ſacerdos eſſet ſi
ne noua ordinatione. patet. iiij. ſniaꝝ. Jõ
dicit yſa. vltimo. Uidebunt gloriam me
am ꝛ ponam in eis ſignum. Terti/
um. quia eſt ſacerdotis officium. Et di/
citur ꝙ eſt officium angelorum. ſicut em̃
angeli in celeſti ierarchia deo miniſtrãt
ꝛ aſſiſtunt: ſic ſacerdotes in eccleſiaſtica
ierarchia. vt multipliciter patet in ſacra
ſcriptura. ideo dicitur Malachie. ij. La
bia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam ꝛ le
gem ex ore eius exquirent: quia angelus
domini exercituum eſt. Eſt tamen notã
dum ꝙ quattuor angeli ſignanter nomi
nantur in ſacra ſcriptura. Primus eſt

michael: cuius officiũ eſt pro fidelibus
decertare. Apoca. xij. Factum eſt preliuȝ
magnum in celo michael ꝛ angeli prelia
bantur cum dracone: ꝛ draco pugnabat
ꝛ angeli eius ꝛ non preualuerunt: neqȝ lo
cus eorum inuentus eſt amplius in celo.
ꝛ proiectus eſt ille draco magnus ſerpẽſ
antiquus qui vocatᷣ eſt diabolus. Se
cundus eſt Raphael: cuius officium eſt
populum ſanare. qui tobiã antiquũ a ce/
citate ꝛ vxorẽ Tobie iuuenis a demõio
liberauit. pꝫ Tobie. viij. ꝛ vltimo capi.
Tertius eſt vriel cuius officiũ eſt fu/
tura annũciare: et pro bonis operibus an/
nũciare vitaȝ eternã ꝛ pro malis ſuppliciũ
eternũ. Math. xxv. Ibunt hij in ſupplici
um eternum. iuſti aũt in vitam eternam
Quartus eſt gabriel: cuius officiũ eſt
fidei miſteria declarare. pꝫ luce. i. vbi de
fide incarnationis mariã ꝛ totã ecclſiam
inſtruxit. Iſta quatuor officia cuilibet ſacer

Offm. Sacerdotis

doti ꝛ maxime curato iniuncta ſunt. qꝛ
primo debet habere officiũ michaelis. ſ.
populũ ſibi creditum defenſare. Io. x.
Bonus paſtor aiam ſuam dat pro ouibus
ſuis. Secũdo raphaelis. ſ. populũ ſa/
nare per deuotam ſacramentoꝝ admiſtra/
tionẽ. Iacobi vltimo. Infirmatᷣ quis in vo
bis, introducat pſbyteros eccl̃ie ꝛ orẽt ſu
per eũ vngentes oleo in noĩe dñi ꝛ orõ fi/
dei ſaluabit infirmũ ꝛ alleuiabit eũ dñs
ꝛ ſi in peccatis ſit remittẽtᷣ ei. Tertio
vrielis. ſ. futura pdicendo. i. penã ꝛ glo/
riam luce. x. Deſignauit dñs ꝛ alios ſe
ptuaginta duos ꝛ miſit illos in omnẽ ci/
uitatem ꝛ locum quo erat ipſe venturus
Et parũ infra In quacũqȝ ciuitatẽ intra
ueritis ꝛ ſuſceperint vos mãducate q̃ ap
ponuntᷣ vobis: ꝛ curate iſirmos qui in illa
ſunt ꝛ dicite illis: appropinq̃bit in vos
regnum dei. Quarto Gabrielis. ſ. de fi
de informando mar. vlti. Euntes in mũ
dum vniuerſum predicate euangeliũ om
ni creature: q̃ crediderit ꝛ baptizatus fu
erit ſaluᷣ erit: q̃ vero nõ crediderit ↄdem
nabitᷣ ꝛ Io. iij. Niſi quis renatus fuerit ex
aqua ꝛ ſpũſancto non põt introire in re/
gnum dei. Quarta quãta eſt ſacerdo/
tis dignitas. Et dicitur ꝙ in celeſti ierar
chia ordo ſeraphicᷣ eſt digniſſimus ſm
Diony. libro. de angelica ierarchia. Et
ſic ſacerdotalis dignitas pꝫ. vt dĩ etiam
iiij. ſniarũ. diſtin. xxv. Et poteſt oſtendi
quadrupliciter. Primo ex habitudine
ad ordines inferiores. quia epiſcopus cõ
ferens ordines ſacros incipit ab ordini/
bus infimis vſqȝ ad ſupremos gradatiȝ
ꝛ vltimo tanq̃ȝ in digniori in ſacerdotio
cõſumatᷣ. Secundo ex habitudine ad
ordines ſuperiores. ſ. epiſcopatum ꝛ ar/
chiepiſcopatum quia non eſt dignior ſa/
cerdos q̃ȝ epũs: ſed econuerſo. inquantũ
preciſe epũs. in eo eñi ꝙ eſt epũs habet
poteſtatem ſuper eccleſiam militantem
in conferendo ordines ſacros. ꝛ in hoc ſo
lum excedit epũs ſacerdotem: ſed vt ſa/
cerdos habet poteſtatem ſupra corpus
xp̃i verum conſecrando eucharitiaȝ. pꝫ
iiij. ſniaꝝ. diſtin. xxiij. Et in hoc ſacerdos
excedit epiſcopum. Tertio ex ordine
ſacramentoꝝ. quia illa dignitas vel ordo
qui verſatᷣ circa nobilius vel dignius ſa/
cramentum eſt maior. ſed pontificalis di
gnitas verſatur circa ordines: ꝛ ſacerdo/
talis circa eucharitiam. ergo maior. pꝫ
per Diony. libro de angelica ierarchia.
ca. iij. Quarto ex ordine ſacramento/
rum. quia xp̃s tanq̃ȝ caput eccl̃ie debuit
poni in ſupremo eiᷣ ordine. deus aũt pa/
ter conſecrauit eũ in ſacerdotẽ eſt eñi ipe
noſter ſacerdos ꝛ hoſtia. ꝓpter que cõpa/
rans Petrus hanc dignitatem regie ma
ieſtati. d. i. pe. ij. Uos aũt genus electuȝ:
regale ſacerdotium: gens ſancta: populᷣ
acquiſitionis. Quintũ q̃ta eſt ſacer/
dotis poteſtas. ꝛ dicitur ꝙ eſt infinita. qꝛ
ſm dicta ſanctorum virtus infinita non
ſufficeret ad conficiendum eucharitie
ſacramentũ. Sed notandũ ꝙ ſacerdotis
ptãs declaratᷣ ſm quadruplicẽ gradum.
Primo poteſtas ſacerdotis eſt maior
q̃ȝ poteſtas demonum: qui quidem ha/
bent poteſtatem incomparabilem. Iob.
xli. Non eſt poteſtas ſuper terram que
comparetur ei: qui nituntur claudere ce
lum propter peccata. Et ſacerdos po/



teſt aperire per penitentie ſacramentuȝ.
Et ideo datur ei poteſtas clauium in
ordinatione cum caractere ſacerdotali
dum ab epiſcopo ordinatur. patꝫ. iiij. ſen
tentiarum. diſtin. xix. Scd̃o eſt maior
ptãte angelorum. quamuis enim vnus
angelus poſſit mouere celũ ſm ſanctos.
ij. ſniaꝝ. diſt. xiiij. non tñ poſſet vnum celũ
ad terram trahere ꝛ tam cito ſicut radiᷣ
mittitur a ſole. ſacerdos aũt in ſuo miſte
rio transfert verum corpus xp̃i glorioſũ
de celo empirreo ad altare ꝛ ita cito ſicut
radius procedit a ſole ꝛ magis patet. iiij
ſententiarum. diſtin. xiij. Et eſt quid ma/
ius ducere xp̃m ad altare q̃ȝ trahere vnũ
celum. Tertio eſt maior poteſtate ar/
changelorum. poſſunt enim archangeli
angelos mittere ſm dioniſium libro de
angelica ierarchia. ſed ſacerdos celebrã/
do diuina: diuinam maieſtatem trahit
ad altare cũ comitiua angeloꝝ ꝛ archan
gelorum immo multoꝝ ſanctorum ꝛ ſan
ctarum ſm Greg. in omelia paſcali. Et
pꝫ. iiij. ſniaꝝ. diſtin. xl. Quis fidelium
dubium habere poſſit in ipa immolatio
nis hora in vocem ſacerdotis celum ape
riri: ꝛ angeloꝝ choros adeſſe: ꝛ eodẽ mo
mento in celum raptũ ſacramentũ mini
ſterio angeloꝝ. hec Greg. Quarto po
teſtas ſacerdotalis eſt ſicut poteſtas di/
uinarum pſonaꝝ. quia tanta virtus re/
quiritᷣ in tranſubſtãtiatiõe: q̃ta in mũdi
creatiõe: vt pꝫ in allegata diſtin. ꝛ apl̃s
extollens hanc poteſtatem. d. hebre. xiij.
Habemus altare de quo edere non ha/
bent poteſtatem qui tabernaculo deſer/
uiunt. i. angeli. Sextum quanta debȝ
eſſe ſacerdotiſ puritas. Et dicitur ꝙ ſum/
ma in cuius ſignum lauantur acceſſuri
ad altare vt di. Diony. libro de angelica
ierarchia. ca. iij. Et dicit ibi etiaȝ ꝙ ſum
ma purgatio eſt eis neceſſaria. quia deᷣ
videt cui ſecreta cordis patent. Sȝ ma/
xime debet habere ſacerdos quadrupli/
cem gradum humilitatis. Primo i co
gitatu. vnde Diony. ſupra Accedentes
ad eucharitiam purgandi ſunt a leuia/
ribus fantaſijs. ꝛ ſequitur. Homines in
quinari ſordidis cogitationibus ad hoc
ſacramentum digne non veniunt. Se
cundo in aſpectu. vt. ſ. inhoneſte nõ aſpi/
ciant. Ideo di. apoſtolus. i. coꝝ. xi. Debȝ
mulier velamen habere ſuper caꝑ ut pro/
pter angelos. i. ꝓpter altaris miniſtros.
quibus non licet talia aſpicere. Ter/
tio in affatu. quia illo ore de quo verba
ineffabilia procedunt. ſcilicȝ conſecratio
nis non debet aliquid dehoneſtari ver/
bo turpi. quia de eodeȝ fonte nõ emanat
aqua dulcis ꝛ amara. i. coꝝ. xv. Corrum
punt bonos mores colloquia mala: ꝛ idõ
diſſolutus locutor in ſacerdotio ↄſtituᷣ
dicere poteſt illud. yſa. vi. Ue mihi. quia
vir pollutis labijs ego ſum. Quarto
effectu. nam panis propoſitionis erat il
licitus inquinato cum mulieribus. i. Re.
ij. dixit ſacerdos Abimelech ad dauid:
Habeo panem ſanctum ſi mundi ſunt
pueri: maxime a mulieribus ſcȝ ſumãt.
Et multomagis corpus chriſti: qui eſt
panis vite. Iohannis. vi. Et quia talis
puritas non habetur niſi a deo dicitur
Malach. iij. Purgabit filios leuiᷣ ꝛ cola
bit eos quaſi aurum ꝛ quaſi argentum.
ꝛ erunt dño offerẽtes ſacrificia i iuſticia.
Septimum quanta debet eſſe ſacer/
dotis veritas. Et dicitur ꝙ cum veritas
ſit quedam lux ſpũalis ſm ꝓphetam pſ.
xlij. metro. iij. d. Emitte lucẽ tuam ꝛ veri
tateȝ tuã: ipſa me deduxerunt ꝛ adduxe/
runt in montem ſanctũ tuũ ꝛ in taberna
cula tua: ſic ſacerdotalis ordo ſm diony.
libro de angelica ierarchia ca. v. eſt illu/
minatiuus ꝛ lucidus: ideo in cunctis ſa
cerdotibus debet eſſe veritas pura. Et idõ
notandum ꝙ fides catholica que eſt ve/
ritas pura in quolibet ſacerdote debet
fulgere quadrupliciter. Primo vt ip/
ſam fidei veritatem diſtincte cognoſcat.
quia licȝ ſimplicibus fidelibus ſufficiat
que ſunt fidei credere vt tenet eccleſia.
non tamen ſacerdotibus ſufficit. ſed ex
plicite tenentᷣ ſcire articlos fidei. ꝛ idõ eis
dĩ. Oſee. iiij. Quia tu ſciẽtiã repuliſti: re
pellã te: ne ſacerdotio fungaris mihi ꝛ
obliᷣ es legis dĩ tui: obliuiſcar filiorum

tuoꝝ ⁊ ego. Scḋo vt ipſam firmiter
credat.q̈a niſi credant non intelligunt.
yſaie.vij. Si non credideris non perma
nebis. Tertio vt ardēter ꝓ ipa pugnet
īpugnādo ſortilegia ⁊ auguria. ſicut fecit
mathathias.d.i.mach.ij. Et ſi oēs gētes
regi antiocho obediūt.vt diſcedāt vnuſ/
q̈ſq; a ſeruitute legis pr̄um ſuoꝝ.⁊ ꝯſenti
ant mādatis eius.ego tñ ⁊ filij mei ⁊ fra
tres mei obediemus legi pr̄um nr̄oꝝ.ꝓpi
tius ſit nobis deus:nō eſt nobis vtile re/
linq̄re legē ⁊ iuſtitias dei ⁊ infra. Et ze/
latus eſt legem ſicut fecit Finees filius
zambri. Quarto vt ipſam fideliter do
ceat.q̄ tenent̄ ex debito de fide inſtruere
populū ſibi cōmiſſum. Cuius figuram
tenuit Ezechias:qui reduxit populum
ad cultum dei deſtructa ydolatria. de q̄
dicitur.iiij. R.xviij. Fecit qḋ bonum erat
coram domino:iuxta omnia que fecerat
dauid pater eius ipſe diſſipauit excelſa ⁊
contriuit ſtatuas ⁊ ſuccidit lucos confre
gitq; ſerpentem eneū quem fecerat moy
ſes. Octauum q̄nta debet eſſe ſacerdo
tis charitas. Et dicitur q̄ ſicut ordo ſe/
raphicus in eccleſia triumphante eſt ſu/
premus:ſic in eccleſia militante ordo ſa/
cerdotalis eſt ſupremus.et ideo ſicut or/
do ſeraphic⁹ ardet charitate:ſic ⁊ ſacer/
dotalis ardere debet. Et notandum ſe
cundum Auguſtinum libro de doctrina
chriſtiana q̄ quattuor tenemur ex chari
tate diligere. Primo.deum qui ſupra
nos eſt. Secundo noſtram animam
que eſt intra nos Tertio noſtrum cor
pus quod eſt circa nos. Quarto no/
ſtrum proximū qui eſt iuxta nos. Pri
mo ſacerdos ⁊ ſuper omnia debet dilige
re deum vt de multis beneficijs ſit grat⁹
dicente Grego. ſuper Math. Cum em̄
augentur dona:rationes etiam creſcunt
donorum. Secundo.animam ſuam.
vt ipſam non ledat alicuius ſorde pecca
ti.ſed multi cum caractere ſacerdotis ſu
ſcipiunt caracterem beſtie. Apoca. xiij.
Faciet vt quicunq; non adorauerit ima
ginē beſtie occidat̄:⁊ faciet oēs puſillos
⁊ magnos diuites ⁊ paupes ⁊ liberos ⁊
ſeruos hic caracterē. Tertio ſuū cor/
pus.vt ip̄m ſeruet imaculatū. i.coꝝ.vi.
Neſcitis q̄m corpa vr̄a templū ſunt ſp̄us
ſancti.⁊ qui maculāt corpus inde deum
expellunt.i.coꝝ.iij. Qui vulnerat tēpluz
diſperdet eum deus. Quarto ſuum ꝓ/
ximum.quia bonus paſtor animam ſu/
am dat pro ouibus ſuis. Joh.xix. No
num q̄nta debet eſſe ſacerdotis equitas.
Et dicitur q̄ eq̄tas eſt virtus que debet
dirigere in iudicio ⁊ quia ſacerdotes de
bent ſeruare eq̄tatem iuſticie in foro pe/
nitentie.q̄ iudices ſunt animaꝝ ſm̄ illḋ
morale dictū. Juſte iudica ꝓximuz tuū.i.
de proximo tuo. Jo.vi. Nolite iudicare
ſm̄ faciem ſed iuſtum iudiciuz iudicate.
Eſt notandum q̄ ſacerdos in tali iudi/
cio debet agere ſm̄ parabolam ſaluato/
ris Luce.xx. vbi dicitur q̄ ſamaritanus
appropians vulnerato alligauit vulnera
eius infundens oleum ⁊ vinum.ſic ſimi/
liter ſacerdos debet vulneribus peccato
ris infundere Primo vinum increpa/
tionis:exprimendo diuinam iuſticiam.
Secundo oleum ſuauis conſolatio/
nis enumerando diuinam benignitatez.
Tertio vinū diuine cōminatiōis ſi re
cidiuauerit in peccatis. Quarto oleū
eterne retributiōis ſi pſeuerauerit. Et q̄
iſta ad ſacerdotē ſpectāt dicit domin⁹ le
proſo luce.v. Uade oſtende te ſacerdoti.
Sed notandum ſm̄ Gregoriū libro pa/
ſtoraliū. Neceſſe eſt vt manus mūda eſſe
ſtudeat que ſordes lauat ⁊ ideo miniſtrā
tes ſacramenta in peccato mortali:pec/
cant mortaliter patet.iiij. ſententiarum.
diſtinctione. viij.capitu. de penitentia.
Decimum quanta debet eſſe ſacerdo
tis pietas. Et dicitur q̄ iſtud declarat
apoſtolus.i. Thimo.iiij. Exerce autē te
ipſum ad pietatem.quia ad omēs vtilis
eſt. Sed notandum q̄ q̄ttuor ſunt opera
pietatis:circa q̄ ſacerdos ſe exercere dꝫ.
Primuz eſt ſacramentoꝝ diuinorum
ſpōtanea adminiſtratio prece vel precio
nullo interueniente Mat.x. Gratis ac/
cepiſtis gratis date. Secundū ſuffra
giorū ſpiritualium voluntaria cōmuni/



catio:q̄ ſi in talibus ocurreret preciuz
lepram iezi ſibi adaptaret:de qua dr̄.iiij.
Regū.v. Nunc igit̄ accepiſti argentum
⁊ accepiſti veſtes:vt emas oliueta et vi/
neas oues ⁊ boues:ſeruos ⁊ ancillas:di/
xit Helizeus ad iezi: ſꝫ ⁊ lepra Naamā
adherebit tibi ⁊ ſemini tuo que peior eſt
hereſi Symonis:de qua Act.viij. Cuz
vidiſſet Symon quia ꝑ impoſitionem
man⁹ apl̄oꝝ daret̄ ſpūſctūs obtulit eis
pecuniā dicens: Date mihi ⁊ hanc pote/
ſtatem:vt cuicunq; impoſuero man⁹ ac
cipiat ſpiritūſctm̄: ⁊ dixit ei Petr⁹. Pe/
cunia tua tecū ſit in ꝑditionem. Ter/
tiū infirmoꝝ ſedula viſitatio:q̄ tempo/
re infirmitatis ſunt introducendi Jaco.
vlti. Infirmat̄ q̄s in vobis ⁊c̄. Require
ſupra miſterio tertio diuiſiōe ſcḋa pede
ſcḋo. Ideo in ꝑſona ſacerdotis dic̄ apl̄s
ij. Coꝝ.xi. Quis infirmat̄ ⁊ ego non in/
firmor. Quartuz mortuoꝝ viſceroſa
ſepelitio:q̄ eccl̄iaſtica ſepultura ordina
ta eſt ꝓpter ſpem future reſurrectiōis:vt
tangit Dyoni.li. de eccl̄iaſtica ierarchia
ſed dubiū eſt ne aliq̄ ſacerdotes vera pie
tate careant ſicut ille qui viſo vulnerato
abijt Lu.x. Undecimuz quāta debet
eſſe ſacerdotis ſanctitas? Et dr̄ q̄ ſi ſa/
cerdotes q̄ comedere debebāt panes ꝓ/
poſitionis:habebant eſſe ſancti:vt patet
i. Regū.xxi. Req̄re ſupra miſterio. vi. pe
de.iiij.multomagis catholici ſacerdotes
quottidie angelicū panē ſumētes.ſ.xp̄m
in eucharíſtie ſacramento: de quo Joh.
vi. Ego ſuz panis viuus q̄ de celo deſcē/
di. Sed notandū q̄ ſacerdotes vete.te/
ſtamēti q̄drupl̄r ſctificabant̄. Primo
quantū ad vnctionē Exo.xxix. Tolle vi
tulū de armento ⁊c̄. Et paꝝ infra. Oleū
vnctionis fundens ſuꝑ caput eius atq;
hoc ritu conſecrabit̄. Scḋo q̄tum ad
cibationē:q̄ coꝝ cibaria dicebant̄ ſācta:
vt dicit̄ in Leuit. Tertio q̄tum ad in
duitionez:q̄ veſtis ſacerdotalis dicebat̄
ſctā Exo.xxviij. Faciesq; veſtē ſanctam
aaron fratri tuo in gloriam ⁊ decorem.
Quarto q̄tum ad habitationē:quia
ſoli ſacerdotes ingrediebant̄ ſctāſctoruz
in tabernaculo federꝭ Nume.iiij. Et ſic
ſacerdotes noue legis ſpūalr̄ debent ſan
ctificari. Primo q̄tu ad vnctionez:vt
ſpū ſctō repleant̄. Scḋo q̄tū ad cibati
onem vt amenitatibꝫ celeſtibꝫ ꝑfruantur
Tertio q̄tū ad induitionē vt honeſtꝭ
moribus decorent̄. Quarto q̄tum ad
habitationē:q̄ ſicut celeſtia tractant ita
⁊ celeſtem habitationez habere debent.
Philip.iij. Noſtra aūt cōuerſatio in celis
eſt. Jō dr̄ eis Exo.xix. Sacerdotes q̄q;
qui accedūt ad dn̄m ſctificent̄ ne percuti
am eos.i. Coꝝ.xi. Itaq; q̄cūq; māduca
uerit panē hunc vel biberit calicē dn̄i in
digne:reus erit corꝑis ⁊ ſanguinis dn̄i.
Duodecimū quanta eſt honoꝝ ſacer/
dotū felicitas. Et dr̄ q̄ ſicut ſūt ſacerdo/
tes in eccl̄ia militāte:ſic erunt in trium/
phante Apocal̄.vij. Sūt ante thronum
dei.ſ.ſacerdotes ⁊ ſeruiūt ei die ac nocte
in templo eius. Et notanduz eſt q̄ in
coꝝ felicitate notant̄ quattuor inſignia.
Primū dignitas incōparabilis.quaz
extollēs Petrus di.i. Pe.ij. Uos aūt ge
nus electū:regale ſacerdotiū:gens ſctā:
populus acq̄ſitionis. Scḋm claritas
inobfuſcabilis: q̄ loti ſunt in ſanguine
agni.⁊ iō clariſſimi Apocal̄.i. Qui dile
xit nos:⁊ lauit nos a pctis nr̄is in ſang/
uine ſuo ⁊ fecit nos regnuz ⁊ ſacerdotes
deo ⁊ patri ſuo. Tertiū iocūditas ine
narrabilis Apocal̄.v. Cantabāt cāticū
nouū dicētes. Dign⁹ es dn̄e accipe libꝝ
⁊ ſoluere ſignacula eius. Et paꝝ infra:⁊
feciſti nos deo nr̄o regnū ⁊ ſacerdotes ⁊
regnabim⁹ ſuper terrā. Quartū ſecu/
ritas immortalitatis Apocal̄.vlti. Nox
vltra nō erit:⁊ nō egent lumine lucerne
neq; lumine ſolis q̄m dn̄s deus illumi/
nabit illos ⁊ regnabūt in ſecula ſeculoꝝ.
Idē ca.xx. In his ſcḋa mors nō hꝫ pta/
tē ſed erūt ſacerdotes dei ⁊ xp̄i ⁊ regnabūt
cū illo mille annis.i.ꝑpetuo ſm̄ qḋ expo
nit Auguſti. ij. de ciui. dei. Ad quā.⁊c̄.

De apl̄is Philippo ⁊ Jacobo.

Ac tibi duas tu
ſ. bas argēteas ductiles quib
C

cõgregare poſſis multitudinẽ Numeri.x
ca. Sciendũ ꝙ antiq̃tus tubis vtebanꝛ
in quatuor.ſ.in bellis aggrediendis:in
populis cõuocãdis:in caſtris mouẽdis:
in feſtis ſolennizãdis. De his quattuor
dicitur Nume.x. Ideo qꝛ fili⁹ dei venerat
in mundũ ad iſta q̃ttuor ſ. Ad expug
nãdũ hoſtes fidei. Ad cõuocandũ po
pulum ad cultũ dei. Ad mouendũ ca
ſtra per viã charitatis. Ad premiũ fe/
ſti eterne iocunditatis:merito igitur vti
voluit tubis.i.apoſtolis ꝛ apl'icis viris
inter quas tubas duo fuerũt Philippus
ꝛ Jacobus de q̃bus ait pater filio verba
ꝓpoſita. Fac tibi duas tubas argenteas
ductiles q̃bus cõuocare poſſis multitu/
dinẽ. In quibus quidẽ verbis iſti duo ꝑ
cioſi apoſtoli cõmendanꝛ a quattuor ſm
quadruplex genus cauſe.ſ. Ab efficien/
Primũ principale. te. A materia. A forma. Et a fine. Pri
mo ab efficiẽte ibi. Fac tibi.vbi notaꝛ in
ipis officij auctoritas. Secũdo a ma
Scdm teria.ibi.tubas argenteas:in quo notaꝛ
in ipis eloquentie claritas:in tuba ſon⁹
terribilis ad mouendũ affectũ:in argen
to ſonus lenis ꝛ facilis ad docenduꝫ in/
tellectum. Tertio a forma:quia duas
ductiles. in quo notatur in ipis vite ſan
ctitas.in dualitate gemina charitas:qua
bonũ inchoet:in ductilitate patientie fir
mitas que inchoatũ cõtinuet. Quar/
to a fine.ibi.q̃bus cõuocare poſſis mul/
titudinẽ.in quo ipoꝝ vtilitas ꝛ vtilitatiſ
generalitas deſignaꝛ.nã in cõuocatione
vnitatis fidei vtilitas: in multitudie vti
litatis generalitas deſignaꝛ. Hec em̃ ſũt
quattuor que pficiũt ꝛ cõmendabilẽ red
dunt predicatorẽ:auctoritas ꝓpter offici
um:eloquentia ꝓpter documentũ: ſcitas
ꝓpter exemplũ:vtilitas ꝓpter meritũ et
premiũ eternũ. Quantũ ad tertiũ ꝑn/
Tertiũ cipale.vbi duo ꝑcioſi apl'i cõmendanꝛ a
forma:qꝛ duas ductiles in q̃ notaꝛ i ipis
ſcitas.Eſt ſciendũ ꝙ iſte numerus duo
charitatẽ ſignificat: qꝛ dic̃ Greg.ꝙ dñs
miſit ad ꝑdicandũ binos apl'os: ad de/
notandũ ꝙ min⁹ q̃ inter duos charitas
haberi nõ põt:nemo em̃ ad ſeipm chari/
tatẽ habet:ſꝫ ꝑ charitatẽ in alteꝝ tendit:
vt charitas eſſe poſſit.Jdõ iſti duo apl'i in
vita ꝛ in morte ꝑfecta charitate cõiuncti
fuerũt: vnde bene miſtice deſignanꝛ per
duo luminaria magna Geñ.ij.cap. Per
duos pullos colũbaꝝ Leuit.v.cap. Per
duos cherubĩ Exo.xxv.ca. Per duas oli
uas Zach.iiij.cap. Per duas columnas
ij.Regũ.vij.cap. Per duo candelabra
Apocal.xi.cap. Quia in luminarib⁹
illuminatio claritatis:in pullis albatio
puritatis:in cherubin cognitio veritatꝭ
in oliuis compaſſio pietatis: in colũnis
ſupportatio penalitatꝭ:in cãdelabrꝭ edi/
ficatio ſctitatꝭ. Primo igiꝛ dico ꝙ iſti Primũ
duo apl'i deſignanꝛ ꝑ duo luminaria ma
gna: de q̃bus diciꝛ in figura Geñ.ij.ca.
Fecit deus duo luminaria magna:vbi
duo ponunꝛ.ſ.ex ꝑte efficiẽtis nobilitas.
ibi.Fec̃ deus.ex ꝑte effectus bonitas.ibi
Duo:ecce charitas:qꝛ minus q̃ inter du
os charitas eſſe nõ põt ſm Greg.ecce ſo
cietas amoroſa ꝛ grõſa: in qua fulgebat
charitas ad deũ ꝛ ad ꝓximũ.magna ec/
ce ſctitas:qꝛ fuerũt magni ſctitate ꝛ ꝑtu
te ꝛ ꝑfectione.ſed mõ ſũt magni glĩfica/
tione. Luminaria:ecce claritas:fuerunt
em̃ clari ꝛ luminoſi ꝓpter ſuaꝫ ſciam: qꝛ
licet ante aduentũ ſpũſſcti fuerit homi/
nes idiote: tamẽ poſt fuerũt illuminati
in fide omni ſcia neceſſaria ad ſaluteꝫ:q̃
et alios illuminauerunt. Scdo dico Scdm
ꝙ iſti duo apl'i deſignanꝛ per duos pul/
los columbaꝝ:de quibus diciꝛ in figura
Leuiꝛ.v. Anima que peccauerit ꝛc.ꝛ ſe/
quiꝛ:offerat duos turtures vl' duos pul
los colũbaruꝫ. In turture em̃ que habet
planctum ꝓ cantu ſignificaꝛ cõtritio: in
pullis columbaꝝ q̃ non habent fel:ſigni
ficaꝛ innocentia ꝛ puritas. Qꝛ autẽ iſti
duo apl'i habuerit iſtã puritatẽ: patet ex
hoc qꝛ fuerũt apl'i xp̃i ꝛ tenuerũt vitam
euangelicã:q: vt diciꝛ Lu.vi.ca. Relictꝭ
oĩbus ſecuti ſunt eũ.i.xp̃m.ꝛ optime dic̃
Relictis oĩbus que.ſ.poterant animas
deturpare eoꝝ que ſunt:ſuperbia:auari/
cia:luxuria. ſciebant em̃ illud veruꝫ eſſe
quod diciꝛ Eccl'iaſtici.xiij. Qui tetigerit



Tertiũ rit picẽ coinq̃nabiꝛ ab ea. Tertio dico
ꝙ iſti duo apoſtoli deſignanꝛ ꝑ duo che/
rubin: de quibus dꝛ in figura Exo.xxv.
Facies duos cherubin aureos ꝛc. Che/
rubin interpretaꝛ plenitudo ſcie ꝛ deſig/
nat apl'os plenos ꝟitate ſcia et ſapiẽtia.
Cherubin em̃ ſũt in ſuprema ierarchia
angeloꝝ qui imediatiſſime ꝛ itime aſpi
ciũt diuinã eſſentiã:ꝛ per illos reuelatur
ipſa eſſentia alijs:quare deſcribunꝛ ala/
ti ſex alis i Eſaia. Sic em̃ iſti beati apo
ſtoli fuerũt pleni veritate ſcia et ſapien/
tia cognoſcendo deũ xp̃m ꝛ hominem:ꝛ
eius veritatem ꝛ doctrinã habentes ſex
alas.duas reſpectu dei.dilectionis.ſ.et
cognitiõis:duas reſpectu ſui.ſ.cognoſcẽ
do bona nature in q̃bus creauit eos ad
imaginem et ſilitudinem ſuam: ꝛ bona
gratie in q̃bus recreauit per paſſionem
Quartũ Quarto dico ꝙ iſti duo apoſtoli deſi/
gnantur per duas oliuas:de q̃bus dꝛ in
figura Zacharie.iiij.ca. Ecce due oliue
ꝛ duo candelabra a dextris lampadis:ꝛ
alia a ſiniſtris ꝛc. Expone:iſte due oliue
ſunt iſti duo apl'i:ꝛ comparanꝛ oliue: oleũ
em̃ habet naturã conditiui ſaporis:ꝛ le/
nitiui dulcoris:due ergo oliue ſignificãt
in iſtis duob' apl'is duas ſpecies pietatꝭ
ſ.corꝑalis ꝛ ſpũalis:ſicut em̃ oleũ ſupna
tat alijs liquorib':ſic pietas in iſtis. De
pietate corꝑali patet: qꝛ pauꝑibus om/
nia reliquerũt ꝛ dederũt ſm conſiliũ xp̃i
De ſpũali patet: ſi reſpicias vitam eoꝝ
Quĩtũ quomodo cõſolabanꝛ deſolatos:ꝛ inſtru
ebant indoctos. Quinto dico: ꝙ iſti
apl'i deſignanꝛ ꝑ duas colũnas:de q̃bus
diciꝛ in figura.iij.Regũ.vij. Decẽ ꝛ octo
cubitoꝝ altitudine ꝛ duodecim cubitorũ
latitudine aderat colũna vtraq̃.duo q̃q̃
capitella fecit:que ponerenꝛ ſuper capita
columnaꝝ.ꝛ ſequiꝛ. Statuit duas colũ/
nas in porticu templi:expone. Templũ
iſtud eſt regnũ celoꝝ: porticus eſt eccl'ia
militans in qua ſunt due colũne.id ẽ iſti
duo apoſtoli. Altitudo.xviij.cubitoꝝ ſi/
gnificat ꝙ iſti duo apoſtoli ſemꝑ erigebã
tur verſus celum per.x.precepta legis ꝛ
octo ꝟtutes q̃bus debenꝛ octo btitudies
de q̃bus diciꝛ Mathi.v. Bti pauperes
ſpiritu:qm̃ ipoꝝ eſt regnũ celoꝝ. videas
omes ſicut continenꝛ ibi.ſ.v.cap. Linea
xij.cubitoꝝ latitudinis ſignificat.xij.ar/
ticulos diuinitatis ꝛ humanitatis xp̃i:
quos iſti firmiter crediderũt. Et dicunꝛ
colũne:quia ſicut columne ſuſtinent do/
mũ:ita iſti eccl'iam:ꝛ ſicut columne mul
tum laborãt edificiũ ſuſtentãdo: ſic iſti
ſuſtendando fidem xp̃i multos labores
habuerunt ꝛ ſuſtinuerunt in perſecutio/
nibus: in aſperitatibus ꝛ in tormentis:
ſed ſicut caput vbi ſũt quinq̃ ſenſus ha
bet regere totum corpus: ita duo capitel
la erant in columnis : que quidem capi/
tella ſignificant in iſtis apoſtolis duas
virtutes.ſ.temperantiam ꝛ patientiam:
ita ꝙ temperantia eſt neceſſaria in ꝓſpe/
ris:et patientia in aduerſis. Et iſte due
colũne erant fortes quia cree:ſic iſti apo
ſtoli fuerũt fortes:ꝙ nec ꝓſperis nec ad/
uerſis potuerũt frãgi. Et de hac fortitu/
dine cõtra omẽ malũ vide in vita eoruꝫ. Sextũ
Sexto dico ꝙ iſti duo apl'i deſignanꝛ
ꝑ duo cãdelabra:de q̃bus dꝛ Apocal.xi.
Dabo duob' teſtibus meis et propheta/
bunt amicti ſaccis. Hij due oliue ſunt ꝛ
duo candelabra lucentia in cõſpectu dñi
terre: ſi q̃s voluerit eis nocere:ignis exi
bit de ore eoꝝ ꝛ deuorabit inimicos eoꝝ
ꝛ ſequiꝛ. Hij hñt ꝑtãtem claudere celuꝫ
nubib' ne pluãt:ꝛ ſequiꝛ. et ꝑcutere ter/
ram omni plaga:expone et nota ꝑfectio
nẽ magne ſanctitatis in iſtis duob' apo/
ſtolis. In hoc ꝙ vocanꝛ teſtes laudanꝛ
de veritate:vnde ad litterã iſti fuerũt te/
ſtes vite xp̃i ꝛ mortꝭ ꝛ reſurrectiõis ꝛ do
ctrine euãgelice. In hoc ꝙ dicit ꝓpheta/
bunt laudantur de magna ſapientia ꝛ co
gnoſcibilitate:vnde in lege prophete vo
cabantur videntes deum:vnde ad lr̃am
Iſti viderunt ſecreta dei ꝛ reuelauerunt
ea dãdo conſilia populis:quomõ decli/
narẽt a maloꝝ facerẽt bonũ. In hoc ꝙ di
cit.amicti ſaccis:laudanꝛ de humilitate
contra diaboluꝫ:de paupertate ꝯtra mũ
dum:de auſteritate ꝯtra carnẽ. In hoc
ꝙ dic̃ due oliue laudantur de pinguedie

⁊ dulcedine deuotiõis mentalis ⁊ orati/
onis vocalis in hoc ꝙ dicit: duo cãdela/
bra lucentia: laudant̃ de honeſta cõuer/
ſatõe: ita ꝙ cõuerſatio eoꝝ lucebat ⁊ da/
bat exemplũ om̃ibus eos aſpicientibus
⁊ bene vocant̃ candelabra: vides eniȝ ꝙ
cãdela ponit̃ ſuꝑ candelabꝝ: vnde de cã
delabris dicit̃. ij. Paral. iiij. ca. Salomõ
fecit candelabra ex auro puriſſimo cum
lucernis ſuis: vt lucerẽt ante oraculũ. In
pede candelabri tripartito ſignificat̃ fi/
des trinitatis quã iſti glorioſi apl̃i ita for/
titer habuerũt ꝙ pro ea morti ſe expoſue
runt. In haſtili candelabri ſignificatur
ſpes: vnde in ſpe remunerationis eterne
oꝑabant̃ opera virtuoſa. In auro puriſſi
mo ſignificatur puritas mentis ⁊ operũ
ipoꝝ ꝓpter xp̃m. Lucerne que erant ſuꝑ
haſtis ſignificãt ꝙ opera bona debẽt eẽ
publica. candelabra eñ aploꝝ erant ſep/
tem: vt dicit̃ Zach. iiij. cap. que ſũt ſeptẽ
opera miſcdie corꝑalia vel ſpũalia facta
in charitate. Sed in hoc ꝙ di. Si qs vo
luerit eis nocere: ignis exibit de ore ipſo
rũ: laudant̃ de amore quẽ habebãt ad in
uicem. iuxta conſiliũ xp̃i. Diligite inimi
cos veſtros: ⁊ ille ignis ſic comburebat
tollere a ſe oēm maculā in qbuſdā ptibꝫ
corporis ſicut in manibus pedibus z ce-
teris non tamen vbiq̃. Oculus em̄ qui
non videt ſe non videt maculā in ſe nec
in partibus ſibi nimis ppinquis ſicut in
facie: quia illas non videt. Speculuȝ ſi
ſit verum oſtendit oculo omnē maculaȝ
z ipſius oculi z partiū ſibi ppinquarum.
Sic pſona volens videre et tollere a ſe
omnē maculam peccati debet ſe reſpice-
re in ſpeculo vero: perſona em̄ quantum-
cunq̃ prudens z cauta maculā ſeu defe-
ctum non videt in ſe nec in pſonis ſibi p-
pinquis pter amorem: in pſonis auteȝ
longe diſtantibus pter odiū vel ſaltem
pter indifferentiam bene videt defectū.
Et de hoc figurat. i. Reguȝ. iij. Hely cu-
ius oculi caligauerant non poterat vide-
re lucernam dñi donec extingueretur. ita
quidam non videntes caligmē oculoꝝ
ſuoꝝ oportet q ſe reſpiciant in ſpeculo.
Et de hoc habetur figura Exo. xxxviij.
Moyſes em̄ de mandato dei fecit labiū
eneū de ſpeculis: in quibus miniſtri ta-
bernaculi maculas ſuas videbāt: vt eaſ
abſtergeret. ſpeculū verū quod ſine om
ni palliatione oſtendit cuilibet ſuas ma
culas volūtas dei eſt: ideo iſtud ſpeculū
petebat Dauid dicens. Unā peti a do-
mino hanc requirā zc. vt videā volunta-
tem dñi pſ. xxvi. Sed iſtud ſpeculū pfe-
cte nobis oſtendit Mathi. vi. in domi-
nica oratione. ſ. Pater noſter. circa quod
ſm Auguſti. eſt aduertendum q oratio
dñica pro nobis pfectiſſima eſt: quia in
ipa continet quicqd a deo petere poſſu-
mus z qcqd nobis deus dare vult. Sed
pcipue a nob deſiderād⁹ eſt dei honor z
reuerētia qō in pma petitōe tangit. Sā-
ctificet nomē tuū. Sȝ ad ſufficietē decla
rationem totius orōnis pdicte eſt notā-
dū q hec ſacra oratio pma ſui diuiſione
diuidi pōt in duas ptes ſm q duo ibidē
pncipalr petim⁹. Nā pmo petim⁹ bo
na nob dari. Scdo petim⁹ mala a no
bis remoueri. Pria ibi. Adueniat reg
nū tuū. Scda ibi. Dimit. no. debi. nřa.
Pria adhuc in tres ſm q tria bona da
ri petim⁹. Primū z maximū bonū qō

petim⁹ eſt bonū gl'ie qđ petit ibi. Adue
niat regnū tuū. Scđm bonū eſt gra/
tie qđ petimus ibi. Fiat voluntas tua.
Tertiū eſt bonū terrenū qđ petimus
p ſuſtentatōe vite ibi. Panē nr̄m quoti
dianū da nobis hodie ⁊c̄. Non eñ poſſu
mus plura bona petere: niſi terrena ad
ſuſtentandū bona gr̄e ad merendum: ⁊
bona gl'ie ad fruendū. Scđa pars in
qua mala a nobis remoueri petim⁹ etiā
diuidit in ptes tres: ſm etiā q ſunt tria
que a nobis amoueri poſtulam⁹. Pri
mū eſt pctā pterita que petimus condo
nari: ibi. Dimitte nobis debita nr̄a ⁊c̄.
Scđm eſt pctā futura que petimus: ⁊
debēt vitari ibi. Et ne nos inducas in tē
ptationē. Tertiū eſt pena p pctis de/
bita quā petimus relaxari: ibi. Sed libe
ra nos a malo. Ecce q iſta oro conti/
net oia nobis neceſſaria bona que volu/
mus habere: ⁊ mala qbus volumus ca/
rere. Primo ergo petimus honorem ⁊
reuerentiā diuini nois. Scīficet nomen
tuū. id eſt ſctē ⁊ reuerēter loquamur de
deo. Hoſtiū eñ camere dñi debet eē mū
dum: maxime ſuptus q: ſi hoſtiū eēt fe/
datum: dñs nō libēter per illud intraret
Sed hoſtiū cordis noſtri qđ eſt camera
dñi: ē os. Et ideo cū omnes ptes corpo/
ris noſtri debeāt eſſe mūde magis tamē
os ſuptus loquēdo de deo ſcʒ et de ſctis
eius: alioqn xp̄s nō libenter intrat came
rā ſuā cor ſcʒ tuū p hoſtiū fetiduʒ qđ eſt
os immundū. ſicut eñ apis deferēs mel
nō intrat domū ſuā inueniēs in eius ho/
ſtio telam aranee venenoſaʒ: ſic xp̄s mel
diuinitatis deferēs non intrat pſonā: in
cuius hoſtio. i. ore inuenit verba blaſphe
mie venenoſa mendacia et detractoīa.
Debet igit labiū eſſe ſctm̄ in loquendo.
Leuit. viij. Labꝫ altaris cū baſi ſcīfica
uit oleo. Et nota q ſm ſctōs Judas ſu/
ſpenſus crepuit medius: ⁊ effuſa ſunt vi/
ſcera eius ⁊ hoc ne ſtercora exirēt per os
id eſt aia pcti fece maculata q xp̄m licet
pditioſe fuerit oſculatus. Et per os tuū
exit ſtercus blaſphemie ⁊ ois immundi/
cie. Exemplū in Brabātia nobilis qui/
dam nocte paſcales vadēs ad matuti/
nas trāſiuit p tabernā in q erāt iuuenes
ludentes ⁊ xp̄m blaſphemātes de q do/
luit: ſed cū vltra pceſſiſſet vidit populuʒ
lugentē in platea hoiem extraneū totū
plagatū totū cruētatū ⁊ occiſum ab illis
de taberna: vt aſſiſtētibus viſuʒ fuit. In
greſſus aūt nobilis tabernā cum minis
iuuenes illos dure redarguit: q attoniti
negāt hoiem ad ſe ingreſſum: ⁊ ſe nulluʒ
vidiſſe nec aliquē verberaſſe: q mox ſur/
gentes cū illo nobili querūt hoiem mor/
tuū ⁊ nihil inueniūt. Tūc in ſe reuerſi p/
penderūt hoiem illū fuiſſe xp̄m quē ſuis
blaſphemijs cruentabant. Quo viſo ta/
bernarius q erat vſurarius: oia plene re
ſtituit: ⁊ dimidiū bonoꝝ ſuoꝝ dans pau/
peribꝫ ſctē obijt: ergo ſctm̄ ⁊ terribile no
men eius ad Philipen. ij. In noie iheſu
omne genu flectat celeſtiū terreſtriū ⁊ in Scđa
fernoꝝ. Scđo petim⁹ bonū glorie ibi petitio.
Adueniat regnū tuū Math. vi. dicitur.
Ubi eſt theſaurus tuus ibi eſt ⁊ cor tuū
erit. Peccatores autē theſaurizant in ter
ra: ideo coꝝ cor ⁊ deſideriuʒ eſt in terra
dicitur: ſed ſcti theſaurizant in celo ⁊ pru
dentius. Ratio eſt: mercatores mare trā
ſituri in quo ſunt multa picula non por/
tant ſecū pecuniam: ſed emūt merces ab
eis q bona ſua habent vltra mare portā
tes certas lras quas cuʒ attigerint vltra
mare oſtendūt: mox eis dant merces q̄s
emerunt. Nūc autē paupes xp̄i habent
ſuas merces ⁊ theſauꝝ in eccl'ia Lu. vi.
Beati paupes quoniā veſtꝝ eſt regnuʒ
celoꝝ: ⁊ ideo ſcti cū tranſeunt mare: hoc
eſt piculū huius mūdi: nō portāt ſecum
theſauꝝ bonoꝝ tempalia: ſed dādo pau
peribꝫ cōparant ſibi theſauꝝ in celo por
tantes ſecū certas lras euangelij dicen
tis. Da pauperibus ⁊ habebis theſauꝝ in
celo Math. xix. Et ideo iuſti ſcti et bo/
ni viri q: iā ſuū theſauꝝ habent in celo
qđ iam emerunt petūt. Adueniat regnū
tuū: ⁊ hoc ſecure petūt ſperātes dulciſſi/
mā xp̄i inuitationē dicētis Math. xxv
Uenite benedicti patris mei poſſidete Tertia
regnū ⁊c̄. Tertio petim⁹ bona virtu/ petitio.



tum ⁊ gratie. ibi Fiat volūtas tua ſicut
in celo ⁊ in terra. Circa quod eſt aduer/
tendum q ſancti in patria ita obediunt ⁊
ſequuntur voluntatem diuinam vna cū
angelis q nihil omnino faciunt volunta
tis proprie. Modo petimus ita eſſe in
nobis quod quidem eſt neceſſarium ad
vitandum peccatum. cuius ratio eſt. Ui
demus eniʒ q nubes a ſole eleuata a ter/
ra ⁊ aqua quamdiu ſequit motuʒ ⁊ vir/
tutē ſolis non cadit: ſed aſcendit ſurſum
ſed quando ſequitur ſuam propriam cō/
ditionem refrigeratur: fit grauis ⁊ cōuer
ſa in niuem vel pluuiam cadit et mixta
terre fit lutum: qđ quidem ſibi accidit ex
ſpo ſcʒ medio interſtitio aeris: ſic recte
perſona a deo eleuata a terra cupidinis
⁊ aqua voluptatis q̄diu ſequitur motuʒ
⁊ virtutem diuine voluntatis: non cadit
in peccatum: ſed aſcendit ſurſum verſus
gloriam. quia. lxxij. pš. dicitur. In volun
tate tua deduxiſti me ⁊ cum gloria ſuſce/
piſti me. Econtra pſona ſequens ꝓpriaʒ
voluntatem ⁊ motum. primo refrigerat
a dei amore. deinde fit grauis ⁊ pondero
ſa in dei ſeruitio ⁊ ſic cadit in lutum pec/
cati. Et ſic quandoqʒ accidit paulo qui
ad ephe ſios. ij. ait. Conuerſati ſumus in
deſiderijs quaſi facientes voluntatem
carnis. Sed hoc ſepe contingit ex loco
⁊ ſocietate quam perſona frequētat. Ad
vitandum igitur caſuʒ peccati petimus
Fiat voluntas tua: exemplo xp̄i dicentis
Math. xxvi. Non mea voluntas ſed tua
IIII.pe. fiat. Quarto petimus bona tempo/
ralia ſuſtentationi neceſſaria non ſuper/
flua. Panem noſtrum quotidianum da
nobis hodie. Et hic petimus panem qui
ordinatur ad neceſſitatem ⁊ non alium
cibum qui ſepe queritur ⁊ procuratur p
pter voluptatem ⁊ ad ſuperfluitatē. Do
cemur ergo petere neceſſaria: non ſuper/
flua. Ratio eſt infirmus enim modicam
habens virtutem debet cibum tempera
te ſumere: ⁊ ſolum ad ſuſtentationē alio/
quin virtus non ſufficit cibum conuerte/
re ⁊ digerere ⁊ tunc ex nimio cibo ⁊ ex ſu/
perflua indigeſtione generatur apoſte/
ma ⁊ morbi inflatiui. ⁊ ſic recte eſt ad p/
poſitū. quia hodie quaſi q modicum ha/
bēt de prudentia in vtendo ⁊ diſpenſan/
do temporalia cadunt in apoſtema: ⁊ in
tumorem grauiſſimi peccati. debemus
ergo ea vti ⁊ ſumere ſolum ad neceſſita/
tem. exemplo Salomonis prouerbioꝝ
xxx. Mendicitatem ⁊ diuitias ne dede/
ris mihi. ſed tantuʒ tribue victui meo ne
ceſſaria. Superfluitas enim diuitiaruʒ
iflat cor: generat apoſtema ſuperbie ⁊ cō
temptus pauperum. ideo pſona tali apo
ſtemate ſentiens ſe grauatam debet face
re ſicut aial de quo legitur q ſentiēs ſe
grauatū apoſtemate cōfricat ſe ad arborē:
donec rupto, apoſtemate ſanies defluat.
ſic recte talis perſona debet ſe confricare
ad arborem crucis ad paupertatem ſcʒ ⁊
nuditatem quam xp̄us in mūdo ⁊ in cru
ce ſuſtinuit. vt videlicet ſanies diuitiarū
fluat in elemoſinas paupeꝝ. petimus er/
go victum neceſſarium ⁊ non ſuperfluū
qđ ſi facіemus obtinebimus. ij. ad corin.
ix. Panem ad manducandum preſtabit V. peti.
Quinto petimus veniam de peccatis
preteritis. Dimitte nobis debita noſtra:
ſic ⁊ nos dimittimus ⁊c̄. Math. vi. Si
enim nō dimiſeritis hominibus nec pa/
ter veſter dimittet vobis peccata veſtra.
non enim debet veniam petere a patre p/
ſona q vellet ei⁹ filium occidiſſe. ſed om/
nes filij dei ſumus per gratiam ⁊ ideo in
uicem fratres: odium aūt eſt homicidiū
ſpūale. i. Joh. iij. Qui odit fratrem ſuum
homicida eſt. nō ē ergo dignus venia pa
tris qui non dimittit fratri ex corde. vnđ
Math. xviij. de ſeruo tradito tortoribus
ſic dicit ibi xp̄us. Sic ⁊ pater meus cele
ſtis faciet vobis: ſi non dimiſeritis vnuſ/
quiſqʒ fratri ſuo de cordibus veſtris. ita
q quilibet leſus rancorem cordis admi
nus tenet dimittere ⁊ ſigna reconciliati/
onis oſtendere inimico. ſed non tenetur
dimittere damna: maxime ſi offendens
habet vnđ poſſit reſtituere qđ ſi facit me
retur intenſiſſime ⁊ de hoc exempluʒ ma
nifeſtum. Nobilis quidam fratrem ſuū
a quodam ruſtico occiſum amiſit qui ex

doloꝛe quaſi peregre pꝛofectus eſt qui cū
iter faceret cū magno comitatu homi/
cidam ſolū in agro inuenit. qui extracto
gladio cum vellet eū occidere. ille in ter/
ram pſtratus clamauit Domine nobiliſ
ſime miſerere mei amoꝛe xp̄i ieſu qui tui
miſertus eſt ꝛ omnē mundū ſua moꝛte
redemit. Moꝛ nobilis verſus in lachꝛi/
mas manum retraxit. Sed ne hoc igna
uie reputaretur a ſocijs: iterum man⁹ ex/
tendit in pꝛoſtratū. ꝛ iterum reus ob re/
miſſionem peccatoꝝ miſericoꝛdiam pe/
tēs ſecundo manū depoſuit. tertio incre
patus a ſocijs: iterum manum vt ipſum
interficeret leuauit. Et reus ob euaſi/
onem anguſtie quam omnis caro mali
in futuro iudicio perpeſſura eſt miſerere
mei. Reſpondit nobilis: mente ꝛ genere
Ego moꝛtem mei fratris tibi indulgeo.
ſed quid poſtea. Moꝛ eadem die eccleſi/
am intrās pꝛo miſſa audienda: coꝛā ima
gine crucifixi ter genua flectēs viſus eſt
a quodam ſancto viro ad ſingulas genu
flexiones nobilis crucifixus inclinare ca
put. Uocans aūt ſanctus nobilem ad p/
tem: interrogauit quis eſſet. cui ille: Mi/
les ſum i terra mea. Et ſanctus. Dicas
chariſſime ꝛ nihil celes. in quo magis cō
fidis miſericoꝛdiam dei meruiſſe. cui ille
ait. Miles ſum et ſeculo deditus: nihil
apud deū merui niſi foꝛſitan hodie ꝛ fa/
ctum retulit. Tunc ſanctus narrans ei
qd̄ viderat hoꝛtat⁹ eſt eū ad bonū. Ma
la eſt igit̄ vindictā expetere maxime tur/
batione durāte. Unde Tharētinus ille no
biliſſim⁹ ph̄s inueniēs villicū q̄ ſua ma/
le diſpēſauerat ait. Uindictā de te ſume/
rem niſi tibi iratus eſſem. maluit eīn ipū
inultū dimittere q̄ per irā nimiū punire.
Sexto petimus pſeruari a malis fu/
VI. peti turis. Et ne nos iducas in temptationē.
Et nota q̄ nō dicit. ne tēptemur: ſꝫ ne in
ducamur in tēptationē. pſona eīn nō eſt
in periculo ſubmerſiōis niſi inducat̄ itra
aquam. ſic etiā niſi inducat̄ q̄s intra tem
ptationē per peccatū. Et hec eſt rō: qua/
re multe pſone nō curāt tēptatiōes vita/
re. q̄ ꝯfidūt i magnas tēptatiōes q̄ſi nō
poſſe induci. ſed bene volunt tēptationē
circuire appꝛopinqndo ꝛc̄. Sed attēdāt
q̄ periculoſū eſt valde perſone habēti ca
put debile ire pꝛope ripā aque pꝛofunde.
ꝛ nimis appꝛopinquare. q̄ꝛ perſona vn̄q̄
ſtupet ꝛ turbat̄ imaginando. in tantū q̄
pes deficit ꝛ ſic in aquam cadit ꝛ ſubmer
gitur. nunc aūt omnes habemus caput
debile ꝛ infirmū contra peccatum. yſaie.
i. Omne caput languidum et ꝛc̄. Jdeo
nō eſt bonum peccata appꝛopinquare co
gitādo ꝛc̄. Turbatio eīn tantū aliqn̄do
inualeſcit: q̄ ſtupefacit perſonam. turbat̄
tunc ratio: ꝛ ſic totus ſubmergitur. Et
contra ſic appꝛopinquantes dicitur Hie
remie. xi. Jnducam ſuper eos mala: de q̄
bus exire non poterunt. Septimo pe VII. peti
timus liberari a penis: ꝛ miſerijs quas
patimur pꝛopter peccata. Sꝫ libera nos a
malo poſtq̄ eīn febꝛis reliquit infirmū
adhuc remanēt reliquie moꝛbi: ſcꝫ ama/
ritudo guſtus: debilitas pedū: ꝛ diu ſtat
anteq̄ recuperet pꝛiſtinum guſtū ꝛ foꝛti/
tudinē: ſic recte ad ppoſitū pſona poſtq̄
dimiſit peccata adhuc habet guſtū inſi/
pidum ad ſpiritualia. manus ꝛ pedes de
biles ad opa meritoꝛia. Et ð hoc habet̄
figura. ij. Reg. ix. Supereſt fili⁹ Jonathe
debilis pedib⁹ ſcꝫ miphiboſeth. quia de
manib⁹ nutricis iuuenis ceciderat. Et ab
iſta debilitate petimus liberari a deo. de
quo dicitur ſapiē. xvi. Tu es qui liberas
ab oīni malo. Sed quomodo hoc poteſt
fieri. Ecce nam perſona recuperat guſtū
ꝛ foꝛtitudinem poſt moꝛbum ſumendo
cibum leuem ꝛ confoꝛtatiuum ſimilimū
nature: non groſſum: naturam ſuffocan/
tem. cibi autem groſſi anime ſunt verba
diſſoluta delitie. ꝛc̄. Dilata materiam.
Caro eīn concupiſcit aduerſus ſpūm ad
Gal. v. Unde iſta ſpiritum non foꝛtificāt
ſed debilitant. econtra deuotio. oꝛatio. ie/
iunium. verba ſancta miſſe ꝛc̄. Unde de
perſona talia frequētante dicitur ad Ro/
ma. viij. Creatura liberabitur a ſeruitu/
tute coꝛruptionis in libertatem glorie fi
liorum dei Ad quam nos perducat ihe
chꝛiſtus dei ꝛ virginis filius. Amen.



Jncipit tractatus de penitentia.

Enitentiā agite
appꝛopinquabit enim regnū
celoꝝ. Math. iij. ca. Quia be
atus iohannes conuocās populū ad ba/
ptiſmū fluminis idē verbū aſſumit. q̄ſi p
thematę Math. iij. ca. Et iterum ſalua
toꝛ noſter inuitans populū ad baptiſmū
flaminis idem verbum reaſſumit Mat.
iiij. ca. idcirco ſancta mater eccleſia ſan/
ctoꝛum patrum ſequens veſtigia. iſto ſa/
cro tempoꝛe vocat fideles ad lamentum
penitentie. vt ex perſona eccleſie verbū
a nobis pꝛolatum pꝛoponatur. cum dici
mus. Penitentiam agite. in quo quidē
verbo diuino oraculo Pꝛimo aliqd
pꝛecipitur: ſcilicet penitentiam agere.
Secundo aliquid pmittit̄. ſ. regnū ce/
loꝛum poſſidere ꝛc̄. Preceptū nanq̄ ptī/
net ad meritum qd̄ in via eligit̄. Pꝛomiſ
ſum vero ad pmiū qd̄ in patria recipitur
Et ſm̄ illa duo pcepta hic indiget gra/
tia cooperante. ꝛ pꝛomiſſam gloria bea/
tificāte. de peccato aūt qd̄ hic inducitur
cum pꝛemittitur: Penitentiā agite. Lo
quitur autem chꝛiſtus expꝛeſſe ſub foꝛ/
ma pꝛecepti. Luce. xiij. di. Niſi penitenti
am egeritis ſimul omnes peribitis. Un
de acquirit̄ argumentum q̄ actum peni
tentie deus non pꝛoponit per modū con/
ſilij ſed per modū ſimplicis pcepti qd̄ pꝫ
quia eterna dānatio que hic non penitē/
tibus cōminat̄: non debet̄ alicui niſi pꝛo/
pter tranſgreſſionem pꝛecepti. De pmiſ/
ſione que exprimit̄. cum addit̄: Appꝛopi
nq̄bit regnū celoꝝ. habet̄ dan̄. ij. Suſcita/
bit inquit deus celi regnum: quod ineter
num non diſſipabitur ꝛ illud regnum de
lege communi ingredi non poſſunt niſi
pꝛeceptum de hoc dictum perficiant. ſcꝫ:
Penitentiam agite ꝛc̄. ꝛ ideo ſubdit dan̄.
Et regnum eius populo alteri non tra/
detur. quia vero ſtatus vite pꝛeſentis ita
eſt circa meritum qd̄ nondum circa pꝛe/
mium idcirco ad pꝛeſens circa pꝛimam
partem thematis que eſt Penitentiam
agite. eſt inſiſtendum. circa quā aū̄ oīa
eſt ſciendū q̄ penitentia accipit̄ quadru/
pliciter q̄ꝛ Pꝛimo modo accipit̄ p vir/
tute. q̄ꝛ vnuſquiſq̄ ſe punit de pctīs ꝛ ex/
ercet debitam ſuiipſius vindictam ſm̄
exigentiā culpe cōmiſſe. ꝛ illud pertinet
ad iuſticiam diſtributiuā cuius eſt mala
punire ꝛ bona remunerare. Et iſto mō lo
quit̄ de penitentia. Luc. iij. Facite fruct⁹
dignos penitentie quos fructus explicat
beatus Gregoꝛius di. q̄ ſm̄ quantitatē
culpe debꝫ eſſe acerbitas pene aſſumpte.
Secūdo modo accipitur pꝛo actu: ſm̄
q̄ actus penitendi eſt diſplicentia cōmiſ/
ſi mali qualitcūq̄. ſiue bene ſiue male: he/
retici ſiue dānati. dānati eīn penitere di/
cunt̄ pꝛopter ſuppliciū inflictū: de qua infru/
ctuoſa penitētia dicit̄. ſapiē. v. Turbabū
tur timoꝛe hoꝛribili di. intra ſe pniaꝫ agē/
tes. ꝛ pꝛe anguſtia ſpiritus gemētes. Et
de Juda poꝛditoꝛe dicit̄ i euāgelio q̄ pe
nitentia ductus laqueo ſe ſuſpendit ꝛc̄.
Tertio modo dicit̄ penitentia pꝛo ſta
tu. ſcilicet religionis vel religioſoꝝ q̄ di/
cuntur in pnia permanere. ꝛ ſic videtur
penitentia accipi. luce. iij. ca. vbi dicit̄ q̄
venit Johānes in omnē regionem ioꝛda
nis pꝛedicans baptiſmū penitentie. Jſte
baptiſmus non erat verus baptiſmus:
nec moꝛalis. nec verum ſacramentū: ſed
quidam actus diſponens ad chꝛiſtianā
religionē aſſumendā in illo. ꝛc̄. Quar
to modo accipitur pꝛo ſacramento. ſecun
dum q̄ commendatur cum baptiſmo et
euchariſtia baptiſmum ſequēs ꝛ eucha/
riſtiā pꝛecedens. Et illo modo videtur
loqui apoſtolus. ij. coꝛinth. vij. di. Que
enim ſecundum deum triſticia eſt peni/
tentiam in ſalutem ſtabilem operatur. eo
q̄ contritio pꝛeuenit illud ſacramentum
quia tamen tempoꝛe quadrageſime in/
tentio fidelium circa iſtō ſacramentum
penitentie verſatur pꝛecipue. idcirco cir/
ca illud ſacramentum noſtra intentio eſt
firmanda. Et ſm̄ hoc ſunt hic pꝛecipue
quattuoꝛ facienda. ꝛ Pꝛimo inſiſtem⁹
circa iſtius ſacramenti diffinitionem vt
appareat quid ſit. Scdō circa eius in
ſtitutionē: vt videamus a q̄ ſit pꝛicipalr.

Tertio circa eius ſuſceptionē vt vide
atur cuius eſt. Quarto circa eius per
fectionem vt declaretur propter quid eſt

Quantum ad primū eſt ſciendum ꝙ
diffinitio huius ſacramēti habetur in li/
bro de regulis theologie. cap̄. cix. qui li/
ber aſcribitur beato clementi vbi dicitur
ꝙ ſicut baptiſmus eſt remedium contra
originale peccatum: ita ſacramentū pe/
nitentie eſt ſecunda tabula poſt naufra/
gium circa cuius diffinitionis declarati/
onem ſunt q̄tuor inueſtiganda. ꝛ Pri/
mo quid eſt illud naufragium qđ prece/
dit iſtam tabulam penitentie. Secun
do qualiter iſta tabula ſequit̄ poſt nau/
fragium. Tertio que ſit iſta prima ta
bula q̄ ſequit̄ illud naufragiū. Quar/
to qualiter penitentia eſt ſecūda tabula.

Quantum ad primā particulā huius
diffinitionis. quid ſit illud naufragium.
Dicitur ꝙ prima ratio naufragij prece/
dentis tabulam eſt primū peccatū mor
tale qđ cōmittit̄ poſt ſuſceptum baptiſ/
mum. quia peccatū illud ſpecialiter nau
fragium appellat̄. eo ꝙ ſicut in naufragijs
deſtruit̄ integritas nauis: ita in peccato
corrumpit̄ virginitas anime que eſt inte
gritas illius. quia ſicut in muliere ſemel
corrupta non poteſt virginitas reparari
ita nec poſt tale peccatum gratia baptiſ/
malis que tunc amittit̄ recuperari. omis
enim gratia poſtea data eſt penitētialis
non tamen baptiſmalis. qꝛ hō nō poteſt
amplius rebaptiſari. ſed penitentiam fa/
cere. Iſta aūt integritas mētis tanto eſt
ſuperior integritate carnis: quanto aīa
preeſt corpori: ſicut enim virginitas ho/
minis prefertur virginitati bruti: ſic na/
tura humana nature brutorum. Et ideo
ſicut aureola dabitur virginitati carnis
multo magis anime. Dicit em̄ bea. Au/
guſtinus de ciuitate dei ꝙ pauci reperiū
tur illius felicitatis digni vt. ſ. ꝙ retine/
ant iſtam virginitatē. Et ideo dicit. Cū
maxima diligentia eſt cauendum ab in/
nocentia cadere in mortale peccatum.

Intelligendum eſt tamen ꝙ anima q̄
eſt in ſtatu baptiſmalis gratie candida/
ta habet q̄tuor priuilegia. quoꝝ Pri/
mum eſt ꝙ ipſa habet ſecuritatē in ſuo
ſtatu quam ſine baptiſmo obtinere non
poteſt. Unde dum mortaliter nō peccat
eſt ſecura de diuina gratia. Secundū
eſt ꝙ habet facilitatem in ſuo actu. quia
cum ſit ſine vicijs acquiſitis nōdum ha/
bet pronitatē malam ad multiplicāda
peccata. ꝛ ideo faciliter operatur bonū.

Tertium eſt ꝙ habet velocitatem in
ſuo curſu. quia penas purgatorij veloci/
ter tranſit: cum non habeat purgari niſi
a venialibus peccatis que ſm̄ apoſtolū
ſicut palea comburunt̄. Quartum eſt
ꝙ habet amenitatem in ſuo affatu. quia
ſicut in ſtatu innocentie vbi non erat pec
catum aliquod: erat delectabiliter benefa
cere: ita ꝛ in baptiſato habente gratiam
baptiſmalem. ꝛ ideo modo hic appropin
quat gratia originali iuſticie cum ſit in
anima innocente. Et iſta quattuor pri/
uilegia amittit̄ i naufragio peccati mor/
talis ſm̄ Auguſtinū vbi ſupra. quia ſicut
poſt naufragium homo Primo nō ha
bet ſecuritatem de ſuo ſtatu in aliquo li/
gno. ita ꝛ anima poſt baptiſmū minime
eſt ſecura. Secundo homo non habet
facilitatem in ſuo actu. quia cum diffi/
cultate magna poteſt venire ad portum
ita homo poſt peccatum acquirit inſani/
ma pronitatem ad peccandū. ꝛ ideo cum
difficultate eſt habilis ad reſiſtendum.

Tertio homo in naufragio nō habet
velocitatem in ſuo tranſitu. velocius enī
cū naui veniret ad portū. ita poſt pecca/
ti lapſum anima tardius tranſit penas
ꝛ purgatoriū quia peccata mortalia gra
uiſſime puniuntur Quarto in naufra
gio habetur triſticia magna eo ꝙ cū ma/
gna pena aliquis ſaluat̄: ita poſt peccati
ſcꝫ mortalis lapſum cum magna pena
anima poteſt venire ad ſalutem. ꝛ hoc ꝓ
pter originalis iuſticie diſtantiam que eē
delectabilia reddebat oīa. Et propter
iſta lapſus iſte recte naufragium dici po
teſt. Quantum ad ſecundam particu
lam: ſcꝫ qualiter tabula penitentie ſequi
tur illud naufragium. Dicit̄ ꝙ licꝫ nulla



tabula ſeperata ſit homini neceſſaria aū
naufragiū vt in ea ſaluet̄. ita poſt baptiſ
mum ante peccatū mortale nō ſtatim p⁹
ſacramentū penitentie eſt de neceſſitate
ſalutis. qꝛ peccata venialia q̄ p̄cedūt ho/
minē: dānare nō pñt: ſed ſtatim iſto nau/
fragio vt dictū facto illud ſacramentū eſt
de neceſſitate ſalutꝭ. qꝛ nō aliud eſt reme
diū hoī p⁹ .ſ. naufragiū. q̄ ſine aliq̄ ligno
diuiſo ſaluari poſſit. Quātū ad tertiā
ꝑticulā. q̄ ſit prima tabula poſt illđ nau/
fragiū neceſſaria. Dicit̄ ꝙ pnia .ſ. interior
q̄ cōſiſtit i attritione ꝛ contritione. quia
illud eſt primū refugiū. poſt talem lapſū
qꝛ ſm̄ Aug. ſine interiori pnia nullū pōt
dimitti pcīm. ꝛ iſta eſt penitētia mētalis
pniaqꝫ ſpūalis. Quantū ad quartam
particulā q̄ ſcꝫ eſt ſcđa tabula dicit̄ ꝙ eſt
pnia exterior dicit̄ aūt ſcđa tabula. qꝛ nō
valet ad ſalutē niſi cū pnia prime: niſi ei
quis mente peniteat fruſtra ore confitet̄.
que vocalis cōfeſſio dicit̄ exterior pnia. et
qꝛ prima pnia poſt naufragiū dicit̄. ij. ta/
bula ꝛ hinc eſt ꝙ ſacramentū pnie qđ cō
ſiſtit in cōfeſſione vocali recte dicit̄ ſcđa
tabula poſt naufragiū. cū ſint due tabule
ad naufragiū ꝛ pniam pertinentes. Iſte
aūt due tabule fuerūt figurate in lege ꝑ
duas tabulas legis antiq. q̄ dicte ſunt ta
bule teſta. de quib⁹ dicit̄ exo. xxxiiij. qꝛ ſic
prima tabula erat reſpectu bonoꝝ ſpūa/
lium ꝛ ſupnaturaliū: ita ſcđa tabula re/
ſpectu naturaliū. ita hec prima eſt in ſpū
alibus ꝛ ſcđa in ſenſibilibus. Intelli/
gendum eſt tamen. ꝙ quattuor ſunt que
requirunt̄ ad iſtius ſacramenti integri/
tatem. vt declarat̄ in libro. iiij. ſacre theo
logie. ſ. Cauſa efficiens Cauſa ma
terialis. Cauſa formalis. Cauſa
finalis. Cauſa efficiēs iſtius ſacramē
ti quantū ad miſterium eſt ſacerdos rite
cōſecratus. qꝛ nullus carens tali ordine
pōt illud ſacramentū cōferre. quia ſolum
illi ordini date ſunt claues ligandi ꝛ ſol/
uendi. Unde confeſſio facta layco i mor
tis articulo ꝓpter defectū ſacerdotis nō
eſt ſacramentū: ſed humiliatio. Si autē
per modū ſacramenti intenderet̄ magis
obeſſet q̄ꝫ prodeſſet. Cauſa aūt materi
alis eſt omne peccatū: tam obmiſſionis
q̄ꝫ cōmiſſionis: tam veniale q̄ꝫ mortale:
tam cogitatū q̄ꝫ cōſumatū vnde merita
non ſunt huius ſacramenti materia cū
de ipſis non ſit pnia facienda. Cauſa
formalis eſt: Abſoluo te quantū ad oīe
abſolubile. quia ſic ab apoſtolis tradita
inuenitur. Signū aūt trinitatis ſꝫ perti
nere ad bene eſſe ſm̄ illa que inueniūtur
tradita a beato petro. Cauſa vero fina
lis eſt intentio debita. ſm̄ ꝙ intentio req
ritur in omni ſacramento. vt. ſ. cōferens
intendat facere qđ facit eccliā. qꝛ ſacra/
menta ſm̄ bea. Aug. non habent virtutē
in fide vnius perſone. ſed in fide vniuer/
ſalis eccleſie. Circa tertiam partem III. pa
ſermonis negociandū eſt circa iſtius ſa/ ꝑncipa
cramenti inſtitutionem: vbi quinqꝫ ſunt
videnda. Primo a quo ſit inſtitutum.
Scđo quibus ſit inſtitutū. Tertio
qñ fuit inſtitutū. Quarto quare fuit i/
ſtitutum. Quinto vbi fuit inſtitutum

Quantū ad primū. ſ. a quo fuit inſtitu
tum. Dicendū ꝙ de cōfeſſione peccatoꝝ
mentionē faciūt ſcripture in locis mani
feſtis ꝛ Primo in pſ. xxxi. Dixi cōfite/
bor aduerſum me iniuſticiā meam dño.
Iſta aūt cōfeſſio nō ꝑtinet ad ſacramen/
tū pnie. qꝛ nō fiebat homini ſed ſoli deo

Scđo dan. ix. dicit̄ ꝙ dan. in ore cōfite
bat̄ peccata ſua ꝛ populi ſui nec illud ꝑti
nebat ad cōfeſſionē ſacramentalem. qꝛ in
hac ſolū peccata populi ꝛ venialia confi/
teri debēt. Tertio eccleſiaſticus dicit.
Non confundaris confiteri peccata tua
eccle. iiij. ꝛ illa confeſſio nō erat ſacramē
talis. quia ibi videtur eſſe intentio eius
de confeſſione publica que fit zelo verita
tis ꝛ humilitatis Quarto bea. Mar.
iij. ca. deſcribit di. de baptiſmo Iohānis
quia tunc exibat omnis hieroſolyma et
omnis iudea. omniſqꝫ regio circa iorda/
nem: ꝛ baptiſabātur ab eo in iordane cō
fitentes peccata ſua. Et illa confeſſio nō
erat ſacramentalis: ſed ſicut baptiſmus
eius erat quoddam preambulum ad ba/
ptiſmū xpi: ita ſua cōfeſſio erat ꝑambula

ad vere penitentie ſacramentū. De hijs
premiſſis teſtimonijs nullus vere ptine
bat ad vere penitentie ſacramentū. licet
illud figurarent. Jacob etiam in cano.
ſua.ca.v.vi. Confitemini alterutrū pec/
cata veſtra. Et Jo.in prima ſua canoni.
ibi Si confiteamur peccata noſtra fide/
lis ꝛ iuſtus eſt vt remittat nobis. Nec
tamen ꝑ hoc qs credere debet ꝙ iſti apo
ſtoli illud ſacramentū inſtituerint ſ; tan
tum predicauerunt ſicut ſacramentū ba
ptiſmi.qꝛ lex per moyſen data eſt. gratia
ꝛ veritas ꝑ ieſum xp̄m facta eſt. io.i.qꝛ a
xp̄o facta eſt lex noua cum oībus ſacra
II. parſ mentis ſuis. Quantū ad ſecundum
queſitum.ſ. quibus illud ſacramentū in
ſtitutum eſt. Dicit̄ ꝙ omībus de cōmu/
ni lege qꝛ omēs ſunt peccatores.iuxta il/
lud.i.Johannis.i. Si dixerimus ꝛc. Et
iacob[9] In multis offendimus omēs ia/
cobi.iij.ꝛ non eſt remediū contra pecca/
tum poſt baptiſmū niſi iſtud. ideo dicit
xp̄us Luc.xiij.ca. Niſi penitentiam ha/
bueritis omēs ſimul ꝑibitis. Intelligen
dum tamen eſt ꝙ in ſacra ſcriptura quat
tuor modi ſūt ſacramentoꝝ q̄ntū ſpectat
ad propoſitum ꝛ Primus eſt quia q̄/
dam complectunt̄ omnē ſexum ꝛ etatē;
ſicut ſacramentum baptiſmi qꝺ obligat
vtrumq; ſexū ꝛ omnē; etatem. vt docet
Aug.de fide ad petrū. Scd̄s eſt quia
quedam complectunt̄ omnē etatem ſed
non ſexum ſicut erat in lege veteri circū/
ciſio que non niſi maſculis debebat̄.illis
tamen ſecundū omnē etatē; vt legit̄ gen̄.
xvij.ca. Tertius eſt illoꝝ qui comple
ctunt̄ vtrūq; ſexum:ſed nō etatē ſicut ſa/
cramentū diuine eucharíſtie inſtitutum
eſt vniuerſaliter ꝑ viris ꝛ mulieribus:tū
nullus de neceſſitate tenet̄ vſq; ad ānos
diſcretionis. qꝛ hoc ſacramentū eſt reme
diū contra actuale peccatū tm̄.qꝺ nō cō/
mittit̄ donec diſcretio habeat̄. Quar/
tus modus eſt illoꝝ q̄ nō complectuntur
vtrumq; ſexum:nec omnē etatē ſicut ſa/
cramentū ordinis ſolū ꝑ hoībus ꝛ in eta
te perfecta conſtitutis:ſicut patet ꝑ ſcd̄z
membrum quibus hoc ſacramentū fuit

inſtitutum. Sed aduertendū eſt ꝙ in
uenit̄ quadruplex ſtatus hominū quan/
tum ſpectat ad ꝑpoſitū; ꝛ Primus ſta
tus eſt in quo potuerunt peccare morta/
liter ꝛ non venialiter ſicut in ſtatu inno/
cētie.dicit̄ aūt peccatū fuiſſe mortale.qꝛ
ibi peccatū; non poterat cōmitti: niſi ex
certa malicia cum ibi non eſſet ignoran/
tia:ſed gratia accepta cū originali iuſti/
cia: ꝛ ibi non debuit eſſe ſacramentū. qꝛ
peccatum mortale illud obruebat totali
ter. Secundus fuit ſtatus in quo po/
terant peccare venialiter ꝛ non mortali/
ter ſicut ſtatus apoſtolorum poſt confir/
matione ſpiritusſancti. tunc illud ſacra/
mentū erat neceſſariū. vñ bea. Joh.in ca
nonica ſua in loco preallegato confeſſio/
nem peccatoꝝ ſibi ipſi indicit. tamē tali/
bus hoc ſacramentū nō omnino erat de
neceſſitate ſalutis vt periclitarentur ſine
eo. Tertius ſtatus fuit in quo poteſt
peccari mortaliter ꝛ venialiter ſicut eſt
ſtatus communiter credentiū ꝛ in hoc ſta/
tu hoc ſacramentum eſt de neceſſitate ſa
lutis. vnde ſimoni mortaliter peccanti:
dixit petrus actuum. viij. Penitentiam
age a nequitia tua. Quartus ſtat[9] eſt
in quo nec mortaliter nec venialiter pec/
cari poteſt ſicut fuit ſtat[9] in quo fuit ma
ter domini ꝛ eius filius ꝛ hoc ſacramen/
tum ad illos nullatenus pertinebat. ideo
dicit Azarias in oratione ſua.daniel.iij.
Tu domine iuſtorum non poſuiſti peni
tentiam iuſtis hís qui tibi non peccaue/
runt. Quantum ad tertiū; queſitum III. pars
quando ſc; illud ſacramentum ſit inſti/
tutum eſt aduertendum ꝙ in euangelio
quattuor tempora nominantur in quibꝫ
chriſtus tradidit quadruplicem poteſta
tem. Prima fuit vniuerſalis ꝛ publi/
ca ſicut illa quam tradidit bea. Petro.
Math. xvi.ca. Quodcunq; ligaue/
ris ſuper terram. Secunda fuit parti
cularis ꝛ publica ſicut ibidem. Quecū/
q; ligaueritis. ſicut enim epiſcopi habēt
poteſtatem particularem ꝛ publicā; ſub
romano pontifice. ita alij.ſ.apoſtoli dei
habuerunt ſub petro Tertia fuit pote



ſtas charitatis in foro priuato. ꝛ illā po/
teſtatem tradidit xp̄us apoſtolis: quan/
do ipſos i ſacerdotes ordinauit: qꝛ ptās
ligandi ꝛ ſoluendi ordini ſacerdotali eſt
ānexa ꝛ illa ptās fuit collata ꝑ omībus
ſacerdotibus:qn̄ xp̄us inſtituit eucharí/
ſtie ſacramentū.qꝛ tunc dixit: Hoc facite
in meam cōmemorationem. Luce. xxij.
Quarta fuit poteſtas iuriſdictionis
priuate ꝛ non publice:quam xp̄us dedit
ad relaxandū ꝛ dimittendū peccata Jo.
xx. Quoꝝ remiſeritis peccata ꝛc. Et in
illo verbo dicitur ſacramentū pñie inſti/
tutum.qꝛ in eo datur auctoritas dimittē
di peccata. Si aūt queriť que dies erat
illa. Dicit̄ ꝙ fuit in die dominice reſurre
ctionis inſtitutū: ſicut die illa xp̄us fuit
a mortuis reſuſcitatus. ita in hoc ſacra/
mento anima a morte ſpirituali ſuſcitat̄
dum tranſit de peccato mortali ad gr̄am
IIII. ps quā cōſtituit illud ſacramentū. Quā/
tum ad quartū punctum vbi illud ſacra
mentū fuit inſtitutum. Dicit̄ ꝙ in hieru
ſalem.qꝛ ibi apparuit xp̄us aplīs qn̄ dixit
eis verba in quibꝫ inſtituit hoc ſacramē/
tum. Intelligendum eſt tamen ꝙ in
hoc loco fuerūt inſtituta quattuor ſacra/
menta habentia connexionē ad inuicē;
quoꝝ.ſc; Primū eſt ſacramētū bapti
ſmi.qꝛ licet math. vltimo fuerit data for
ma baptiſmi in mōte galilee. vltimū tū
preceptū de baptiſmo datū fuit marci vl
timo ante aſcenſionem imediate in mō/
te oliueti qui eſt iuxta hieruſalem vñ luc.
vltimo. dicitur ꝙ locutus eſt cum eis pri
mo.poſtea duxit eos foras hieruſalem.
Secundum fuit ſacramentum eucha
riſtie. quia in hieruſalem fuit facta cena ī
qua chriſtus inſtituit eucharíſtiam ſicut
quattuor euangeliſte teſtantur. Ter/
tium fuit ſacramentū ordinis. quia chri/
ſtus dixit eis in eodem loco vbi cenabat
porrigens eis calicem bibite ex hoc om/
nes.in qua quidem oblatione dicitur ca
racter infundi ſacerdotalis. quia tunc
dixit: Hoc facite in meā cōmemoratio/
nem Luce.xxij. Quartum fuit ſacra/
mentum penitentie. quia ibi dictum fuit

Johannis.xx. Quorum remiſeritis ꝛc.
Et habent illa ſacramenta connexionē;
quia nullus poteſt recipere ſacramentū
penitentie:niſi prius baptiſetur. quia ba
ptiſmus eſt ianua ſacramentorum vnde
primo ordinatur poſt baptiſmum. vt pa
tuit. Nec ſacramentum eucharíſtie po/
teſt digne ſumi ſine penitentia. nec po/
teſt perfici niſi prehabito ſacramento or/
dinis. Et ideo quia ſic connexa: fuerunt
conuenienter in eodē; loco inſtituta. iſte
eſt ille locus penitentie quē; non potuit
ille eſau ſpiritualiter inuenire ꝛc. vt ha/
betur hebreoꝝ.xij.ca. quia non attentus
ſed turbatus erat. Quantum ad quin V. pūct.
tum punctum.quare ſcilicet illud ſacra/
mentum fuit inſtitutū: introducunt̄ hu/
ius ſacramenti inſtituendi quinq; con/
ditiones ꝛ Prima eſt. ꝙ penitentia eſt
ad peccatorum patrocinium acquiren/
dum. ſicut enī nos videmus ꝙ in cauſis
ciuilibus homines cōmuniter indigent
patrocinijs vel iudicibus:qui ſint iuris
periti: vt penes iuris poſſint euitare ꝛ ta
les oportet ordinate in ſuis cauſis proce
dere. ita in ſpūalibus multo magis. ꝛ ſō
expediens eſt ſacerdoti peccata ſua reue
lare qui ad ea vitanda ſanum conſilium
dare poſſit. propter qꝺ eligendus eſt ſa/
cerdos doctus qui ſciat ꝛ poſſit inter le/
pram ꝛ lepram diſcernere. quia illud eſt
eius officium. vt habetur in libro leuiti.
per totum Secunda ratio fuit ad pec/
catorum purgationem faciendam. ſicut
enim quando ſumptus eſt cibus vene/
noſus niſi euomatur ledit cor: ſuffocat
hominem: et moritur homo. Ideo vo/
mitus eſt optimum remedium ſi con/
uenienter aliter curari non valeat. ita cū
peccatum ſit anime mortiferum vene/
num cum intrauerit ad eam conuenien/
tiſſime curetur per vomitū qui fit pleniſ
ſime in confeſſione vnde de illis qui quo
tidie peccata ſua iterant cum ſpe confeſ/
ſionis dicit Petrus.ij.canoni. capitu.ij.
Canis reuerſus ad vomitū ꝛ ſus lota in
volutabro luti Tertia rō fuit ad petōꝝ
multitudinē ꝑhēdā. qꝛ cū; ſit difficile/

mum pctã ꝓpꝛia ꝯſummaciõꝫ turpia q̄ na/
tura abboꝛret detegere ⁊ alteri reuelare.
cũ ꝗlibet cogitet ꝙ alteri opoꝛtet de neceſ/
ſitate reuelare ſicut ſacerdoti timet ea ꝑ/
petrare:ſicut in manifeſto turpia natura
liter refugimus facere. Unde ꝓpheta da
uid.q.ꝑ modũ cõminatiõis ſibi ipi iter/
dicens peccatũ di. Quõ iniquitatẽ meaꝫ
ego cognoſco ⁊c̃. Quarta rõ fuit.ad
medicinã ꝓpꝛiã recipiendã qꝛ pena eſt q̄/
dam medicina ſpũalis.⁊ per ipſam infir/
mitas anie noſtre curaꝭ.ſm Aug.illa au
tem infirmitas nõ curaꝭ ꝓꝑꝛie:niſi ꝑ me/
dicinã ꝯtrariam.⁊ idõ ſic pctã ꝑ magna
delectatione degluciunꝭ ita opoꝛtet vt ꝑ
magnã penã euacuenꝭ.nulla aũt pena i/
poni potuit contra peccata q̃ꝫ illa. qđ pꝫ
qꝛ hoies frequenter exponũt ſe damnati
oni eterne pꝛiuſq̃ꝫ velint ſua turpia reue
lare. Unde ibi. doloꝛ eſt medicina dolo/
ris. Uñ ſaluatoꝛ nr̃ ꝑ modũ medicie idu
cens ait Luc.v. Non egent qui ſani ſunt
medico:ſed qui male habent. Ideo dicit
Mat.ix. Non veni vocare iuſtos: ſed
peccatores ⁊c̃. Quita ratio eſt.ad pla
candũ diuinã iracundiã que cõcitaꝭ per
peccatũ. qꝛ nullus actꝰ eſt ita placatiuꝰ
ſicut actus humilitatis extreme. vñ qui
volũt iras hoim placare ſolent ſe deijce/
re ⁊ humiliare ſe vilificando. vnde ſerui
Benedab volentes placare regẽ iſrꝭ po/
ſuerunt ſaccos in lumbis ſuis ⁊ funicu/
los in capitibus ſuis:quia actus ille in q̊
homo nõ ſolũ vult vilitatẽ ſuã recogno/
ſcere:ſed etiã manifeſtare eſt ſumme hu/
militatis ⁊ abiectionis.etiã eſt cõuenien
tiſſimus ꝑ actu remiſſiõis. Et ideo bea.
pe.loquẽs de illo ſacramẽto in cano ſua.
ij.ca.iij.dicit ꝙ deus nõ vult aliquẽ ꝑire:
ſed ad pniam ꝯuenire ne peat. Circa
III. ps. pncipa tertiã partẽ ſermõis negociandũ eſt cir/
ca illꝰ ſacramenti ſuſceptionẽ. Et quan
tum ad hoc ſunt alia quinq̃ꝫ inueſtigan/
da.quoꝝ Primum eſt quot modis po
teſt illud ſacramentũ ſuſcipi. Scđum
eſt qualiter debet ſuſcipi. Tertiuꝫ eſt
quomodo debet ſuſcipi. Quartuꝫ eſt
quotiens debet ſuſcipi. Quintum eſt

quomodo ſeruatur iam ſuſceptũ. Quã
tum ad primũ cõuenit penitentẽ ꝯtrictum
ad illud ſacramentũ ſe habere quadru/
pliciter. Primo mõ vt recipiat ſacrm
⁊ rem ſacramẽti.ſicut quãdo accipit cuꝫ
bona cõtritione ⁊ accipit illud ſacramen
tum in ſancte trinitatis noie abſoluiꝭ. et
rem ſacramẽti.qꝛ ſuꝑple gr̃a que dicitur
res illius ſacramenti infundiꝭ. Scđo
vt recipiat ſacramentũ ⁊ non rem ſacra/
menti:vt quis fictus aut ſine cõtritione
accipit.tunc eñ ſacramentaliter abſolui
tur ⁊ tamẽ ei gr̃a nõ infundiꝭ ſed acquiri
tur ſibi culpa ⁊ peccat moꝛtaliter. qꝛ ois
q̄ accipit vel accedit ad ſacramentũ ꝯtra
naturã illꝰ ſacramenti cõmittit ſacrile/
gium. Tertio modo vt accipiat rem
ſacramẽti ⁊ nõ ſacramentũ:ſicut ille q̄ ac
cedit ad illũ:qui nõ põt eũ abſoluere cre/
dens ipſuꝫ eſſe qualis nõ eſt ex ignoran/
tia inuincibili:vt pote ſi aliquis nõ ſacer
dos: ⁊ tñ fungereꝭ officio talis. recipiet
gr̃am ⁊ abſolutionẽ ſine ſacramento. qa
deus ad impoſſibile nullum obligat. ſm
Hiero. Quarto mõ vt nõ accipiat ſa/
cramentũ nec rem ſacramẽti:ſicut cũ q̄s
fictus vadit ad nõ hñtem poteſtatem: talis
non recipit gratiã cũ obicẽ ponat.nec ſa/
cramentũ cũ nõ ad debitã ꝑſonã que mi
ſteriũ cõferre nõ põt ſic cauſa illꝰ quatu/
oꝛ in ſacramẽto bapti ſmi ⁊ eucbariſtie di
ſtinguimus. Et iſta quarta atq̃ꝫ ſcđa in/
fructuoſa eſt pnia: qꝛ ſicut illa iude de q̄
diciꝭ Math.xxvij.ꝙ pnia ductus retu/
lit.xxx.argenteos. Quantũ ad ſcđum
punctũ eſt aduertendũ ꝙ illud ſacramẽ/
tum accipi debet mõ ꝯditionato. ſm q̄/
druplicem cõditionẽ ⁊ qualitatem. qꝛ cõ
feſſio pnialis debet eſſe Primo amara
amaritudine triſticie. qꝛ ſicut culpa per
delectationem cõmittiꝭ:ita ꝑ triſticiã tã/
q̃ꝫ ꝑ oꝑpoſitã pena diluiꝭ. Uñ i perſona
hominis penitentis di. Hiere. treñ. iij.
Repleuit me amaritudinibꝰ: inebꝛiauit
me abſinthio. Scđo debet eſſe ſana ⁊
plena ne palliẽnꝭ neq̃ꝫ circũduciꝭ pctã.
ſed aggrauenꝭ. qꝛ ſicut bonaꝝ mẽtiũ eſt
ibi culpã agnoſcere: vbi culpa nõ eſt. ſm



Greg:ita ⁊ culpã reputare ſicut faciebat
ille qui dicebat. Iniq̃tates mee ſuggreſ/
ſe ſunt caput meuꝫ. Tertio debet eſſe
verecunda:qꝛ naturalis erubeſcentia eſt
de omni re turpi: vt in primis parentibꝰ
patuit.qꝛ moꝝ vt turpia perceperũt eru/
beſcere ceperunt. Sed nullus poteſt eſſe
contritus niſi de turpitudine ſuoꝝ pctõꝝ
erubeſcat ⁊ doleat vñ dicit Hiere.in ꝑ
ſona hois penitentis. Confuſus ſum et
erubui vnde ſuſtinui obpꝛobꝛium adole
ſcentie mee. Hiere.xxxi. Quarto debꝫ
eſſe integra ⁊ perfecta vt non ſolũ oĩa
pctã ſed etiaꝫ circũſtantias peccatoꝝ ag
grauantes ꝑ poſſe exprimat.qꝛ deus nũ/
q̃ꝫ fecit aliq̃d imperfecte. vñ treñ.ij. diciꝭ
anima penitenti. Effunde ſicut aquam coꝛ
III. pñ. tuũ ante cõſpectũ dei. Quantũ ad ter
tium punctũ.intelligendũ eſt ꝙ illud ſa/
cramentũ debet accipi cum quatuoꝛ con
ditionibus ſpũm ꝑficientibꝰ quia Pri
mo accedẽs ad pniam debet habere ꝓpo
ſitũ obediendi.qꝛ ex quo aliquis in aliq̄
cauſa eligit aliquẽ iudicẽ ꝓpꝛiis iudicꝫ
debet parere. vnde deutero.xvij. Qui ſu/
perbierit nolens parere ſacerdotis im/
perio moꝛiaꝭ. Item peccatũ moꝛtale cõ/
mittit qui ſacerdoti in his que ptinẽt ad
ſacramentũ nõ obedit ſm rectã regulaꝫ
rationis. Scđo debet habere ꝓpoſituꝫ
nõ peccandi.qꝛ nullus recipit veniam de
peccatis que ꝑpetrare intendit. tales eñ
ſimiles ſunt illis.quibꝰ diciꝭ.ij.pe.ij. Ca/
nis reuerſus ad vomitũ ⁊c̃. Tertio de
bet habere ꝓpoſitũ non ſolũ dimittendi
peccata:ſed etiam agẽdi bona.quia mi/
nus eſt mala nõ agere: niſi quis ſtudeat
bonis operibus inſudare. ſm Gregoriũ
Quarto debet habere ꝓpoſitum ſati/
faciendi.quia ſatiſfactio eſt vna ps pnie.
vt ait pã. Quõ ego in flagella paratꝰ ſuꝫ
IIII. pñ Quantum ad quartum punctũ. quo/
tiens illud ſacramẽtum eſt ſuſcipienduꝫ
Dicitur autem ꝙ quatuoꝛ ſunt caſus i
quibus de neceſſitate ſalutis eſt ad ſacra
mentum penitentie recurrendum: quoꝝ
Primus eſt in die eucbariſtie ſumen/
de. quia neceſſarium eſt ꝙ anima ſit pur/

gatiſſima ſm bea. Diony. de angelica ie/
vnde pro illo ſacramento di. apoſtolus.
Pꝛobet aũt ſeipm homo ⁊c̃. Iſta aũt ꝓ/
batio fit quando conſcientia diligenter
diſcutitur ⁊ per confeſſionem purgatur.
Secundus eſt in precepti tranſgreſſi/
one.quia ſtatim.ſ. vt anima habet cõſci/
entiam de peccato moꝛtali: debet ad pe/
nitẽtiam recurrere:aliter periculo dam/
nationis eterne ſe diſponit:quia ſi ſubi/
to moꝛeretur:ſtatim dãnatus eſſet. Et tõ
talis periculoſa expectatio nõ videꝭ ſine
moꝛtali peccato. Et ꝓpter hoc dicit Gre
go. ꝙ peccatũ qđ per penitentiam nõ di/
luitur:moꝝ ſuo pondere ad aliud trahit
Tertius eſt in mortis articuli expe/
ctatione quando eſt in moꝛtis articulo
qualitercunq̃ꝫ ad illud ſacramentum tã
q̃ꝫ neceſſariũ debet recurrere anteq̃ꝫ ſibi
vltimum tempus penitentie claudatur.
eccli.xvij. Ante moꝛtem confitere pecca/
ta tua ⁊ quia talis finalis pnia eſt nimis
dubia:ſemꝑ ſanus ⁊ viuens confiteberꝭ
domino. Quartus eſt in anni circula/
tione.quia nullo predictoꝛum caſu exiſtẽ
te ante circulum anni quilibet teneꝭ ſua
peccata confiteri. quia non minus obli/
gant precepta noue legis q̃ꝫ antique ⁊ in
illa tenebantur que pertinebant ad pec/
catoꝛum emundationeꝫ per ſingulos an
nos implere emundationem peccatoꝝ
vt patet in leui. ⁊ deutero. Quantum V. pñct.
ad quintum punctum.ſ. qualiter illud ſa
cramentum ſuſceptum debet ſeruari:in/
telligendum eſt ꝙ homini per ſacramen
tum penitentie a moꝛtuis reſuſcitato de/
bet occurrere illud verbum apoſtoli.i.ad
coꝛin.x. Qui ſe exiſtimat ſtare videat ne
cadat. Sꝫ attẽdẽdũ eſt ꝙ caſus talis
damnabilioꝛ eſt quadruplici ratione.
Prima eſt quia culpa eſt tanto deteſta
bilioꝛ:quanto caſus ſublimioꝛ ⁊ frequen
tioꝛ. vnde ij.petri.ij. Canis reuerſus ⁊c̃.
Secunda eſt quia pena potentioꝛ: q̄n
to eñ peccatum magis cauſatur tanto
maioꝛi pena puniꝭ. vt patet in iuribus ci
uilibus ⁊ canonicis. vnde dicitur deute/
ro.xxviij. Augebit dominꝰ plagas tuas

Tertia eſt. quia vita eſt inferior. ex
tunc poteſt minus reſiſtere. ideo inimi/
cus poteſt eũ ſuperare ⁊ ſic tota die ſtat
in miſeria ⁊ ſeruitute ſubiecti ſui. Quar
ta eſt. quia indulgẽtia eſt difficilior poſt
iſtam renouationem. vt patet in ciuilib⁹
⁊ canonicis extra. de qua difficultate di.
apoſtolus. vi. ad hebreos. Impoſſibile
eſt eos qui ſemel ſunt illuminati ⁊c̃. ⁊ ſe
quitur rurſus renouari ad penitentiam.
Quod nobis concedat chriſtus ieſus
dei ⁊ virginis filius: qui cum patre ⁊ ſpi
rituſancto viuit ⁊ regnat. Amen.

Incipiunt quedam pulchra
de ieiunio ſecundum iura.

# Eiunium vt ait

Auguſtinus Purgat mentẽ
ſubleuat ſenſum: carnem ſpi
ritui ſubijcit: cor contritum facit ⁊ hu/
miliatum: concupiſcentie nebulas diſp/
git: libidinum ardores extinguit. ⁊ caſti
Lõſtio. tatis lumen accendit. Quis primo ie
iunium inſtituit. Dicitur q beatus pe/
trus ab vniuerſo populo celebrari conſti
II. qõ tuit. vt colligitur ex geſtis ipſius. Se
cunda dubitatio eſt ad quid valet ieiu/
niũ Dico q valet ad ſeptem neceſſaria
nobis ⁊ Primo ad culpã expellendã
Math. xvij. Hoc genus demonioꝝ non
eijcitur niſi in ieiunio ⁊ oratione. Se
cundo ad gratiam ꝓmerendam ⁊ procu
randam. vt patet in apoſtolis qui ieiunã
tes meruerunt habere ſpiritumſanctum
in penthecoſtẽ. Tertio ad veniã pro/
merendam. exemplũ de niniuitis Ion.
iij. ca. Quarto ad penam euitandam
exemplum de heſter: que ieiunauit trib⁹
diebus. poſtea ingreſſa eſt ad regem ⁊ re
uocauit ſententiam latã contra iudeos
heſter. iiij. Quinto ad cordis ⁊ corpo/
ris medicinam obtinendam. exemplum
in dan. cum ſocijs eius qui noluerunt co
medere de cibis regijs. dan. i. Sexto
ad victoriam exequendam: ⁊ ſpũalem et
corporalem. exemplũ in filijs iſrael qui
poſt ieiuniũ vicerunt filios Beniamin
exemplum de ſpirituali in xp̃o qui poſt
ieiunium vicit diabolum. Mat. iiij. cap.
Septimo ad animam illuminandã
exemplum in dan: qui poſtq̃ ieiunauit
vidit viſiones dei. danielis. iiij. Exem/
plum in Anna propheteſſa. Exemplũ
in Paulo qui poſt ieiunium raptus fuit
vſq ad tertium celũ ⁊ vidit ⁊ audiuit ar
chana dei: act. ix. Sic ſpiritualiter per/
ſona ieiunans illas gratias promerebit.
Tertia dubitatio eſt quare ieiunam⁹ III. que
xl. diebus. Reſpõdeo q propter octo cau ſtio
ſas. ⁊ Primo quia corpus noſtrũ cõpo/
ſitum eſt ex quattuor elementis: in quo
debemus motus ſenſuales reſtringere q̃
terdecies propter legem quattuor euan/
geliorum ⁊ obſeruantiam. x. preceptorũ.
Secundo quia. xl. diebus inundauit
diluuium qđ deleuit omnem carnem. ita
⁊ nos quaterdecies debem⁹ ieiunare vt
omnis vitioſa carnalitas in nobis ſub/
mergatur. Tertio quia. xl. annis filij
iſrael ſteterũt in deſerto anteq̃ intrarẽt
terram promiſſionis: ita ⁊ nos ieiunam⁹
vt ingrediamur terram viſionis diuine.
Quarto q. xl. diebus Moyſes ieiu/
nauit bis cum debuit legem accipere ita
⁊ nos vt lex diuina in cordibus noſtris
inſcribatur. Quinto quia. xl. diebus
helyas ieiunauit ⁊ poſtea aſcendit in mõ
tem: ita ⁊ nos ſi volum⁹ aſcendere in mõ
tem domini. Sexto quia. xl. dies fue/
runt dati niniuitis ad penitendũ: ita et
nobis dati ſunt. Septimo quia. xl. die
bus xp̃us ieiunauit ⁊ temptatorem vicit
ita ⁊ nos vt diabolũ ſupemus Octa
uo quia. xl. horis xp̃us ſtetit mortuus: ⁊
tot diebus poſt reſurrectionem ſtetit cũ
apoſtolis anteq̃ celum aſcenderet: ita ⁊
nos tot diebus ſimiliter moriamur pec/
cato vt ad ſtatum glorie aſcendamus.
Nono. xl. diebus purgabatur mulier.
⁊ nos ſimiliter in quadrageſimo die pur
gati eſſe debemus. Quarta dubitatio IIII. qõ
eſt. quare ieiunium incipit feria quarta.
⁊c̃. Reſpondeo q propter duo. Primo
quia chriſtus natus die dominica. ince/



pit ieiunare quarta feria trigeſimi pri/
mi anni etatis ſue ſcilicet ſtatim poſt ba
ptiſmum. Secundo quia tali die vo/
luit vendi ad mortem nature. et nos
tali die debemus vendere propoſitum
ad mortem culpe. Et hec eſt ratio quare
multi quarta feria ieiunant. ⁊ a carnib⁹
abſtinent. Notandum q ieiunium eſt
parſimonia victus. ⁊ abſtinentia ciboꝝ.
Unde dicitur ieiunium. Reſpondeo
q a quodã inteſtino: quod vocatur ie/
iunum. quia ſemper eſt vacuum. Notan
dum q ieiunium eſt triplex. Primo q̃/
V. qõ dem generale ⁊ magnum: vt ab iniqui/
tatibus ⁊ voluptatibus ſeculi. Et illud
eſt perfectum. ⁊ tale dixit domin⁹ de cõ/
ſecratione diſtin. v. Secundo eſt ieiu/
nium cuiuſcunq diei. ⁊ cuiuſcunq rei. a
cibis ſcḋm ꝓpriã volũtatẽ ſtatutũ ſcriptũ
vl' conſuetudinariũ. ſecundũ q aliquis
abſtinet a ſuperfluo cibo. ⁊ pluries non
comedit in die. ⁊ vocatur moderata refe
ctio. ⁊ hec duo omni tempore ſeruanda
ſunt. Tertio ieiunium eſt abſtinentia
victus ſecundum ordinationem eccleſie
ſiue ſcripto ſiue conſuetudine approba/
ta. ⁊ ſic dicitur ſubtractio prandij. id eſt
ſemel tantum in die comedere Sexto
VI. qõ queritur. quando eſt ieiunandum. Et re
ſpondeo. quedam enim ieiunia ſunt in/
dicta ab eccleſia ⁊ neceſſaria vt q̃tuor tẽ
pora: tota quadrageſima, omnium apo/
ſtoloꝝ vigilie. in vigilia natiuitatis do
mini. beati iohannis baptiſte. aſſumptio
nis domine ⁊c̃. Quedam ſunt indicta
ab eccleſia. ſed non neceſſaria. vt ſexta fe/
ria et ſabbato. quia ſi eſſent neceſſitatis
nõ liceret mutare: ſed licet comedere car
nes die veneris ſi natiuitas domini ve/
nerit tali die niſi ex voto vel obſeruantia
regulari eſſent aſtricti. in rogationibus
in vigilijs pent. ⁊ in vigilijs ⁊ dieb⁹ qui/
bus communiter ieiunatur de conſuetu/
dine approbata. ite͂ in aduentu ⁊ in mul/
tis alijs vt patet. Quedam autem ſunt
voluntaria. ⁊ neceſſaria ad q̃ voto vel pro
poſito homines ſe aſtringunt vel per ſa/
cerdotem vel per iura ex magnitudine
delicti. Quedam autem ſunt totaliter
voluntaria ⁊ non neceſſaria ⁊ tale poteſt
fieri omni die ⁊ tempore ⁊ die dominica
ex deuotione Si quis autem ieiunet ra/ Que/
tione febrium ⁊ ſacrilegij ſanandoꝝ pec/ ſtio
cat ⁊ excommunicari debet. Et ſciendũ
eſt q omnes qui ſunt ſane mentis ⁊ doli
capaces cũ peccare poſſint ⁊ peccata de
flere tenentur ieiunare. Sed in qua qõ
etate tenentur ieiunare. Dico q mulier
in. xij. ſcilicet anno. ⁊ maſculus in etate
quattuordecim annorum. Sed querit
vtrum vxor teneatur frangere ieiunium
ex precepto mariti. Reſpondeo q ſi ieiu/
nium eſt indictum ab eccleſia q non. ſi
autem eſt voluntarium poteſt ⁊ tenetur
Queritur vtrum ieiunia poſſint redi/ qõ
mi pecunia vel aliquo modo. Dico q in
dicta ab eccleſia redimi non poſſunt niſi
cauſa vel neceſſitas ſit in ieiunante. Sꝫ
voluntaria ieiunia redimi poſſunt aucto
ritate ſuperioris ⁊ non poſſunt commu/
tari. Queritur vtrum vnus poſſit ie/ qõ
iunare pro alio. Dico q ſic. quia ieiuniũ
viui liberat mortuum. Queritur vtrũ qõ
ieiunium valeat factum in peccato mor/
tali. Dico q non ad vitam eternam: ſed
tamen ad diſpoſitionem gratie recupe/
randam valet. Queritur vtrum medi qõ
cina ſumpta pro infirmitate remouenda
vel euitanda frangat ieiunium. Dico q
non licet pro ſanitate conſeruanda ſic.
Queritur vtrum bibens ante pran/ qõ
dium ſoluat ieiunium. Dico q ſic pro/
pter conſuetudinem eccleſie. Queri/ qõ
tur vtrum comedentes carnes in locis
non conſuetis ſcilicet ciuitatibus caſtris
vel villis die ſabbati peccent. Dico q ſic
de conſecratione diſtincti. v. Queri/ qõ
tur vtrum vouẽs in vigilia alicuius ſan
cti vtputa in vigilia beati franciſci nõ co
medere panem vel poſtea vel ante vouit
die veneris vel die ſabbati non comede/
re niſi panem et aquam. accidit autem
q vigilia venit illa die. queritur ad qđ
votum tenetur. an ad primũ vel ad ſcḋm
ꝓſoluendũ vel ad vtrumq. Dico q ante
in vouendo ſecundo nõ recolit de primo

ſi recordatus fuiſſet nō excepiſſet: tunc te
netur tantum ad primum. aut recoluit
ſed non excepit. ꝛ ſi recoluiſſet non exce/
piſſet. Et tunc dico ꝙ ſi poteſt perſoluat
vtrunqꝫ. quia que ſine conditione vouē/
tur ſine conditione ſoluunt. Aut non po
teſt vtrunqꝫ perſoluere. ꝛ tūc dico ꝙ ſo/
lum tenetur ad primum: ꝛ non ad ſecun
dum. Queritur que perſone excipiun/
tur a ieiunio. Dico ꝙ omnes oppreſſi la/
boribus: mendicantes ſi non habent ad
ſufficientiā: in infirmitate laborantes: pe
regrinantes: pregnantes: ꝛ lactantes:
vbi eſſet periculū ꝛc. vide in. iiij. ſniaꝝ.

Tractatus de articulis fidei.

# Irca articulos fi

dei ſciendum eſt ꝙ in exordio
ne btī Petri. quaꝝ Prima fuit oculoꝝ



eleuatio eleuatis inq̄t oculis in celū: ex q̄
accipit documentū: q̄ illi q̄ accipiūt hoc
ſacramentū debent habere oculos men/
tis eleuatos in deū ⁊ non in infernū de/
preſſos. Scd̄a fuit gratiarūactio tibi
inquit deo patri gratias agēs: ex quo ac
cipit documentū q̄ circa illud ſacramen
tum verſantes debēt eſſe deo grati de be
neficio tam ineſtimabili. Tertia fuit
benedictio: benedixit inq̄t: ex quo accipi
tur documentū ab aliquibꝫ q̄ xp̄us bene
dicendo cōſecrauit: ⁊ facta conſecratiōe
dixit. Hoc eſt corpus meū ⁊ ſic non con/
fecit p̄ verba p̄ que nos conficimus ſm̄
Innocentiū. tamē ad oppoſituʒ videtur
Ambro. ⁊ Cyprianus martyr qui dixit
q̄ eadem facimus: ⁊ non alia q̄ʒ qđ xp̄s
fecit. Quarta circūſtantia fuit panis
diuiſio: fregit inq̄t: ex quo accipimus do
cumentū q̄ ſi xp̄s tempe quo habuit cor
pus paſſibile ⁊ mortale: ⁊ tale quale ha/
buit dedit apl̄is: fregitq̄ ſpecies panis
ſine ſui corpis leſione: q̄ multomagꝭ poſt
ſuam reſurrectionē cū habeat corp⁹ im/
paſſibile nō patit ex taliū ſpecieꝝ quali/
cunq̄ attritione. Quinta circūmſtan
tia fuit liberalis cōſecratio: dedit inq̄t diſ/
cipulis ſuis: ex quo accipit documentuʒ
q̄ illud ſacramentū cum ſumma libera/
litate eſt miniſtrandū dicente dño. Gra/
tis accepiſtis gratis date: q̄ꝛ vt vt patuit
fuit cum ſumma liberalitate collatum.
Unde ſymonia circa illud ſacr̄m eſt val
de deteſtabilis: q̄to eīm excellentius eſt
donū dei: debem⁹ velle ſine pecunia mi/
niſtrare di. Petro apl̄o Act. viij. ſymoni
mago. Pecunia tua tecū ſit in p̄ditionē:
q̄ꝛ exiſtimaſti donū dei pecunia compa
rari. De ſcd̄a particula illius conſide
rationis. ſ. qñ illud ſacramentū fuit inſti
tutū: ⁊ conſtat q̄ in cena dñi que q̄nta fe
ria fuit ante paſceuē vt q̄tuor euange/
liſte teſtant. Intelligendū eſt tamē q̄
illa dies inuenit in ſacra ſcriptura q̄dru/
plici miſterio conſecrata: et Primo mi
ſterio creationis auiū: quia illa die fuerūt
aues create et a deo formate: ſicut habe/
tur Geū. p̄mo. Ex quo datur intelligi q̄
homines qui habent alas contemplatio
nis ſm̄ beatū Grego. ſuper Ezech. ſunt
idonei ad percipiendū illud ſacramen/
tum. Scd̄o fuit conſecrata miſterio
creatiōis piſciū: q̄ꝛ eodē die fuerūt piſces
a deo in mari creati: quia piſces in ama
ritudine maris viuentes ſignificant ho
mines in amaritudine cordis ⁊ contriti/
onis p̄manentes: qui ſunt idonei ad illđ
ſacramentū percipiendū. Tertio fuit
conſecrata miſterio dñice oblationis: q̄ꝛ
feria q̄nta fuit xp̄s a matre in templo ob
latus cum fuerit in die dñico nat⁹ vt ali/
bi patet. Et ita ſacerdos offert xp̄m in
hoc ſacramento inuiſibiliter ſicut mater
tunc obtulit viſibiliter. Quarto fuit
cōſecrata miſterio dñice aſcenſionis: q̄ꝛ
illa die fuit in celum aſſumptus: vt habe
tur ex apl̄oꝝ actibus. Et idem dicit in
omelia paſchali beat⁹ Greg. Sed q̄d
de hora? Dicit q̄ illud ſacramentū fuit
hora completorij inſtitutū: quia veſpere
facto in cena diſcubuit Math. xxvi. cap̄.
Et illa inſup hora inuenit quadrupli
ci miſterio cōſecrata. Primo miſterio
mundialis creatiōis: iſta eīm hora dicūt
aliqui ⁊ credunt q̄ mūdus fuerit creat⁹:
quia p̄ p̄mo dic dñica ſcribit Geū. ij. Fa/
ctum eſt veſpere ⁊ mane dies p̄mus id ē
incipiendo a veſpa ſm̄ Augu. iiij. de tri/
nita. Scd̄o fuit cōſecrata miſterio paſ
chalis comeſtiōis quia illa hora fuit ce/
lebratū paſcha in egypto: vt habetur in
Exo. vt v̄itas reſpōderet figure. Ter
tio fuit conſecrata miſterio angelice an/
nunciationis: iſta eſt hora vt creditur in
qua angelus dicit virginē ſalutaſſe. Et
ideo ſm̄ traditionē patrū illa hora a fide
libus mater dñi in eccl̄ia per Aue maria
ſalutat. Quarto fuit conſecrata miſte
rio dñice ſepulture: iſta eīm hora corpus
xp̄i fuit clauſum in ſepulchro: vt habet
ex ordine euangelico: ſic in hoc ſacramē/
to eſt xp̄i corpus infra ſpecies occultatū.
De tertia parte illi⁹ conſecrationis ſcʒ
vbi hoc ſacramentū fuerit inſtitutū. Cō/
ſtat q̄ fuerit inſtitutum in ciuitate hieru
ſalē: in qua xp̄s cenauit teſtimonio qua/

moꝛ euangeliſtaꝝ. Sed attendendū
eſt ꝙ in hoc loco fuerūt inſtituta q̄ttuoꝛ
ſacramēta que habēt adinuicē connexio
nem: quoꝝ. Primū eſt ſacr̄m baptiſmi
Math. xxviij. Euntes docete om̄es gen
tes baptiſantes ꝛc. Scdm̄ eſt ſacramē
tū oꝛdinis qꝛ in cena xp̄s oꝛdinauit apo-
ſtolos ſacerdotes dans eis poteſtatē cō-
ficiendi di. Hoc facite in meā cōmemo-
rationē Lu. xxij. Tertiū eſt ſacramen
tū penitentie qn̄ Joh. xx. dixit. Quoꝝ re-
miſeritis peccā remittunť eis ꝛc. Quar
tum eſt ſacramentū eucbariſtie vt patu-
it in cena dn̄i: ꝛ illud habet oꝛdinē ad p̄-
cedentia: quia ꝓpter delicta quotidiana
non debet illud celebrari ſine penitentie
ſacramento: adminus certo tempe: nec
illud poteſt conferri niſi ꝑ ſacr̄m oꝛdinis
nec oꝛdo poteſt ſuſcipi niſi ab homie ba-
ptiſato. De quarta ꝑticula quare illō
ſacr̄m fuit inſtitutū: dicendū eſt ꝙ apſto-
lus. i. Coꝛinth. xi. aſſignans rationē illi-
us inſtitutiōis dicit. Quocienſcunq̄ mā
ducaue. panem hunc ꝛ calicē bibe. moꝛ-
tem dn̄i annunciabitis donec veniat.

Sed aduertēdū eſt ꝙ in diuina ſcrip
tura q̄ttuoꝛ aſſignanť ſpeciales rationes
quaꝝ. Prima eſt ad fidē catholicā ex-
tollendā: quia cū iſtud ſit de bono ꝛ diffi
cili quāto difficilioꝛ tanto laudabilioꝛ: ꝛ
quia illud eſt arduū ad credendū digni-
ficat fidem credentis ꝛ eius exaltat me-
ritū. Scda eſt ad memoriā de preteri
tis retinendā vt non obliuiſcamur tan-
toꝝ meritoꝝ quoꝝ illud ſacr̄m eſt ſignū
memoꝛabilexet ideo dicit. i. Coꝛinth. xi.
Hoc facite in meam cōmemoꝛationē ꝛc̄

Tertia eſt ad ſpem de futuro confitē
dam: quia ſpes proximi boni maxie con
firmať per arrā: illud aūt ſacramentū eſt
pignus ꝛ arra future beatitudinis quaꝫ
expectamus: vnde non eſt ſignū ſolum
memoꝛatiuū: ſed etiam pronoſticuꝫ ſm
Dioni. de eccl'iaſtica ierarchia. Quar
ta ratio fuit ad charitatem nobis inten-
dēdā: quia naturaliter quilibet inclinať
ad diligendū quemlibet ſe diligentem.
Et ideo chriſtus vt nos ad charitateꝫ ꝛ

eius dilectionē maxime incitaret in hoc
ſacramento voluit ſuam dilectionē ma-
ximam demonſtrare: in quo non ſua; ſed
nobis tradidit ſemetipm̄: et illud eſt ſa-
cramentum quod maxime tenet eccleſiā
in ſanctitate et puritate: vt docet Dioni
ſius de eccliaſtica ierarchia. Quantū
ad tertiā conſiderationem. ſ. de illius ſa-
cramenti ſuſceptione quattuoꝛ ſunt vidē
da. ſcꝫ Primo quot modis ſumitur.

Secūdo qui ſint admittēdi. Ter-
tio qui ſint excludendi. Quarto quo-
tiens eſt ſumendū. Quantū ad p̄maꝫ
particulam eſt intelligendū ꝙ ſm docu
menta apſti. i. Coꝛinth. xi. iſtud ſacramē
tum poteſt quattuoꝛ modis ſumi: quia
ſcꝫ Primo ſumiť ab aliquibus nec ſa-
cramentaliter nec ſpiritualiter ſicut ab
illis qui ſpeciebus illis vtuntur: ſicut cō-
muni cibo ad ſacietatem ꝛ ebrietateꝫ: de
quibus dicit apoſtolus. Alius q̄deꝫ eſu
rit alius autē ebrius eſt. Scdo aliqui
ſumunt ſacramentaliter ſed non ſpiri-
tualiter ſicut illi qui ſumunt in peccato
moꝛtali: de q̄bus dicit apoſtol9. Qui em̄
manducat ꝛ bibit indigne iudicium ſi-
bi māducat ꝛ bibit. Tertio aliqui ſu-
munt ſp̄ualiter ſed non ſacramentaliter
ſicut illi qui fide ꝛ deuotiōe ad illud fla
gitant ſacramentū exiſtentes in grā: ſed
ꝓpter aliquod impedimentū non poſſūt
ipm̄ recipere: de quibus dicit Auguſti.
Crede ꝛ manducaſti. Quarto aliqui
ſumunt ſacramentaliter et ſpiritualiter
ſicut illi qui cū debita pꝛeꝑatione de ſa-
cto ipm̄ percipiunt: de q̄bus dicit idem
apoſtolus. Pꝛobet autē ſeipſum homo ꝛ
ſic de pane illo edat ꝛ de calice bibat ꝛc̄.

De ſcda particula eſt intelligendum:
ꝙ ad illud ſacramentū obligantur fide-
les ſm quadruplicem gradum: qꝛ Pri
mo aliqui obligantur ſolū ad credenduꝫ
ꝛ amandum ſicut illi qui taliter ſtant in-
ter infideles: vt nullo modo poſſint ha-
bere copiam de eo: ꝛ ſm Hieronymū ad
impoſſibile nemo obligať: et Auguſtin9
dicit ꝙ ſeruū pigꝝ domin9 non dānaret:
ſi ea que nullo mō fieri poterāt: imparet



Secundo aliqui obligantur non ſo-
lum ad credendū et diligendum: ſed eti-
am ad venerandum: ſicut inter fideles
quilibet non impeditus in diebus domi
nicis adminus ad ecclīam vadat ꝛ miſ-
ſam audiat obligať: quia de ſabbati ob
ligatione preceptum in iſtuꝫ cultum eſt
tranſlatum. Tertio aliqui obligantur
non ſolum ad venerandū: ſed et ad aſſu
mendū: ſicut omnis perfecte etatis circa
dominicā reſurrectiōis: et eo tempe quo
hoc ſacramentū inſtitutum fuit: vt patu-
it. Quarto aliqui obligantur non ſo-
lum ad venerandū et ſumendū: ſed etiaꝫ
ad conficiendum ſicut om̄es ſacerdotes
non impediti in ſolennitatibus magnis
Jlli em̄ qui nunq̄ celebrant tenent ocio
ſam diuinaꝫ poteſtatē quibus inuite ac-
cedentibus ad illud iocundiſſimū ſacra
mentum: dicit Malach. p̄mo. Quis in
vobis qui claudat oſtia ꝛ incendat alta-
re meum gratuito? De tertia particu-
la eſt intelligendum ꝙ beatus Dioniſi9
in p̄allegato capitulo de eccliaſtica ierar
chia ponit quattuoꝛ genera perſonaruꝫ
que in p̄mitiua eccleſia ab hoc ſacramē-
to excludebanť: ꝛ Primo cathecumi-
ni q̄ non erāt renati ex fonte baptiſmali.

Scdo energumini. i. apoſtate: qui ab
hoc ſacr̄o fuerunt alienati. Tertio tē-
ptationibꝫ vexati. Quarto ab iſtis pur
gati ſed nondū ꝑfecte. Jſtis aūt excluſis
di. ꝙ admittebať vere digniſſime deo va
cans ꝛ rebꝫ ſenſibilibꝫ ſolū in nature ne-
ceſſitatibꝫ vtens. Sed remanet dubiū
ſi miniſtrās q̄litercūq̄ circa illud ſacr̄m
in pctō moꝛtali: peccet moꝛtalr̄. Dicit ꝙ
non: vtpote ſubdyaconus ſeu dyaconus:
qꝛ iure diuino illud non eſt explicite ꝓhi
bitū. Scda dubitatio ē. Si q̄s indig
ne ſumēs ſic peccat moꝛtalr̄. Dr̄ ꝙ ſic: qꝛ
illa eſt determinatio apſti. i. Coꝝ. xi. Qui
em̄ manducat ꝛ bi. indi. iudi. ſibi mā. et
bibit. Tertia dubitatio eſt ſi cōſecrās
indigne ſemꝑ peccet moꝛtalr̄. Dr̄ ꝙ ſic ꝑ
locū a minori qꝛ plus eſt coꝛpus cōficere
q̄ ipm̄ ſumere cū illud ſit oim̄: hoc ſoluꝫ
ſacerdotū. Quarta dubitatio eſt cum

ſm p̄miſſa oīs indigne celebrans cōmit
tat duplex pctm̄ moꝛtale in q̄ grauí9 pec
cat vel in cōſecrādo vel in ſumēdo. Dr̄ ꝙ
cū pctm̄ illud ꝑueniat ex irreuerētia q̄n-
to eſt maioꝛ dignitas: tanto maioꝛ irre-
uerētia. Et ideo cū dignius ſit cōficere:
videť tūc magis peccare. De tali cōque-
riť domin9 ꝑ pſ̄. xlix. Quare tu enarras
iuſticias meas et aſſumis teſtamentum
meum per os tuū. De q̄rta ꝑticula. ſ.
quotiēs ſumi debet: q̄tuoꝛ v̄itates occur
rūt. Prima eſt ꝙ nō debet in die freq̄n
ter iterari ſine neceſſitatis cauſa cōiter: qꝛ
ex frequētia nimia ſolet oꝛiri contēptus.

Scda eſt: ꝙ ab hac regula natiuitas
dn̄i eſt excepta: qꝛ tunc ſine aliq̄ neceſſita
te poſſunt dici tres miſſe ſm bt̄m Greg.

Tertia v̄itas eſt ꝙ cū neceſſitate poſ-
ſunt dici due miſſe in die alijs tempibus
vt qn̄ ꝓpter inopiā ſacerdotū vnus ſacer
dos adſeruit duab9 parochijs. Aut qn̄
venit magna ꝑſona que non pōt eſſe ſine
miſſa vt. ſ. notať in. iiij. ſententiaꝝ. Quar
ta veritas eſt ꝙ nunq̄ licet iterari niſi in
p̄cedenti celebratione ſe obſeruauerit a
purificatiōe vini ꝛ aque: qꝛ tunc non eſſet
ieiunus: ꝛ nulli non ieiuno licet accedere
ad hoc ſacr̄m. Sꝫ remanet dubitatio.
Si quotidie ſumere eucbariſtiam ſit
conueniēs. Vn̄ reſpondēs Auguſti. dic̄
Quotidie ſumere nec laudo nec vitupe
ro: vn̄ dicunt doctoꝛes ꝙ ſi ex tali frequē-
tia augeať deuotio eſt iteranda: ſi aūt di-
minueretť eſt dimittenda. Scda dubi
tatio eſt: ſi xp̄us dedit illud ſacr̄m ante
alium cibū. Dicit ꝙ non: immo poſt ce-
nā: vt habeť Math. xxvi. ꝛ Lu. xxij. hoc
aūt fec̄ vt ſacr̄m datū vltima hoꝛa artius
in eoꝝ coꝛdibus impꝛimereť ſm Grego.

Tertia dubitatio eſt quare mutat9 eſt
ille mod9. Dicit ab Aug. ꝙ placuit ſpiri
tuiſctō vt in honoꝛe tāti ſacramēti ante
oēs alios cibos illud in os fidelium intra-
ret. Quarta dubitatio eſt Si in peri
culo moꝛtis illud q̄libet debet recipe ꝛ re-
q̄rere ſacr̄m. Dr̄ ꝙ ſic: qꝛ eſt viaticū i trā
ſitu: qꝛ ſm Amb. ꝑducit aiaꝫ vſq̄ ad vi
te potū. Vn̄ fuit bene ꝑ illū panem ſub-

cinericiũ figuratũ:in cuius virtute am/
bulauit Helyas vſq; ad monté dei oreb
xl. diebꝰ ⁊ xl. noctibus. iij. Regũ. xix. cap.
Quantũ ad quartã conſiderationem
que eſt de illius ſacramẽti ꝑfectione tria
ſunt videnda. Primo que ſunt illiꝰ ſa
cramenti ſublimia. Scdõ que ſũt eiꝰ
priuilegia. Tertio que ſũt eius bene/
ficia. De ꝑma ꝑticula eſt ſciendũ ꝙ
ſublimitas illiꝰ ſacri ex parte cauſe qua/
drupliciter declaratur ⁊ Primo ex parte
cauſe efficiẽtis miſterialis quia eandem
cauſam ꝑncipalẽ efficientẽ habent om̃ia
ſacramẽta qꝛ ordo ſacerdotalis ẽ digniſ/
ſimũ:licet eñ btũs Dioni. ponat epiſco/
patũ:vt includit ſacerdotiũ eſſe ordinem
maxime deo ꝓximũ:in libro de eccl'iaſti/
ca ierarchia:tñ ſacerdotiũ ꝑ ſe acceptũ
vt diſtinguit̃ cõtra epiſcopatũ eſt incom
ꝑabiliter digniꝰ epiſcopatu:qꝛ plus ẽ cõ
ſecrare xp̃m ꝙ̃ cõſecrare quẽcunq; aliũ:
nobiliſſimus aũt actus ep̃alis inquãtũ
talis eſt cõferre ordines in q̃bus homi/
nes conſecrant̃:hic aũt conſecrat̃ ille qui
eſt verus deus. Et ideo btũs Franciſcꝰ
admirans illã excellentiſſimã dignita/
tem preſbyteros monuit pre cunctis re/
uereri:⁊ ex tanti ordinis reuerentia renu/
nuit eſſe ſacerdos. Scdõ declarat̃ illa
ſolennitas ex parte cauſe materialis:cir/
ca quam ſicut omnia alia ſacramẽta ver
ſatur circa corpus xp̃i miſticũ:ita illud
immediate circa corpus xp̃i verũ quod
hic conſecrat̃. Et ita ſicut corpus xp̃i ve/
rum eſt digniſſimũ vltra miſticũ:ita et
hoc ſacr̃m queadmodũ theologia prefer
tur ceterꝭ diſciplinis:qꝛ circa digniſſimũ
ſubiectũ verſat̃. Tertio declaratur ex
ꝑte cauſe formalis qꝛ illa forma ĩ q̃ exce/
ditur nobiliſſima creatura:oportet vt ſit
nobiliſſima: ſicut homo excedit bruta ꝑ
illud ſolũ in quo natura humana eſt no/
biliſſima:ꝑ illud autẽ ſacramentũ ſolum
hoies precellunt angelos ſcḋm apoſtolum
ad Hebre. xiij. Habemus altare de quo
edere non habent poteſtatẽ q̃ deſeruiũt
tabernaculo corꝑis. Quarto declara
tur ex ꝑte cauſe finalis: qꝛ cũ finis ſemꝑ
ſit melior his q̃ ſunt ad finẽ: iſtud autẽ
ſacr̃m eſt finis oim ſpũaliũ ꝑfectionũ:ſic
declarat btũs Dioni. ij. ca. de eccl'iaſtica
ierarchia:vñ dat iſtud ſignũ:cum cetera
ſolenniter celebrent̃ cõſumatio fit in miſ
ſa vt patet in ſacris ordinibꝰ. De ſcḋa
particula dr̃ ꝙ ſunt q̃tuor ꝑuilegia iſtiꝰ
ſacri. quoꝝ Primũ eſt de illius ſacri fi
gura:quia ſacr̃a noue legis ſignificant
gratiã directe:illud aũt habet de directo
ſuã ſignificationẽ ⁊ gl'iam:quia dic̃ bea
tus Dioni ca. i. de eccl'iaſtica ierarchia:
ꝙ ſicut noticia diuinaꝝ ſcripturaꝝ eſt no
bis imago future contẽplationis in pa/
tria : ita ſumptio digniſſime eucharíſtie
eſt imitatio illius fruitionis beatifice q̃
ſaciabimur cũ apparuerit eius gl'ia: ideo
dicit ſaluator Lu. xxij. Dico enĩ vobis
qꝛ ex hoc non mãducabo illud donec im
pleat̃ in regno dei. Scḋm priuilegiũ
eſt de illius ſacri natura:qꝛ cũ ꝑmanen/
tia habeãt ꝑfectiorem naturã ꝙ̃ ſucceſſi
ua:cetera autẽ ſacr̃a habent naturã ſuc/
ceſſiuã cũ tranſeant cũ vſu: illud autẽ eſt
ꝑmanens cũ tam diu ꝑmaneat ſacramẽ
tũ iſtud q̃diu ſpecies durare poſſunt: vt
notat̃ in. iiij. li. ſententiaꝝ. Tertiũ pri
uilegiũ eſt de illius ſacri veritate : qꝛ in
ceteris inuenit̃ ſacr̃m ſine re ſacri:vt cum
quis accedit ficte:hic autẽ res ſacramen
ti eſt cũ ſacramento q̃ntũcunq; quis fi/
ctus conficiat quia vere corpus chriſti ẽ
ibi vt patuit : vnde illud eſt verius quia
ſemꝑ efficit quod figurat. Quartum
ꝑuilegiũ eſt de illiꝰ ſacramẽti cauſalita/
te:quia cetera ſacramenta habent cauſa
litatẽ reſpectu vnius gratie inherẽtis: il
lud reſpectu duplicis gratie ſcꝫ inheren/
tis ⁊ ſubſiſtẽtis:qꝛ ita confert:imo perfe
ctius ꝙ̃ cetera ſacr̃a gratiã:⁊ iterꝝ ibi effi
cit conuerſionẽ in verũ corpus xp̃i:et idõ
per ſingula priuilegia excedit omnia alia
ſacramenta. Et ideo dicit btũs Dioniſi.
iij. de eccl'iaſtica ierarchia ꝙ eucharíſtia
eſt perfectio perfectionũ ſpiritualiũ ⁊ nõ
eſt vltra ipam laudandũ aliquod ſacra/
mentũ. De tertia ꝑticula:que ſunt illi
us ſacramẽti beneficia:⁊ eſt ſciendum ꝙ



ſunt q̃tuor:quoꝝ Primũ eſt gratiarũ
augmẽtatio qꝛ cũ requirat hoiem in gr̃a
exiſtentẽ: gr̃am primã non donat ſꝫ ipſã
datã augmẽtat:et ideo dicit̃ eucharíſtia
id eſt bona gr̃a quia ꝑficit gratiã colla/
tam ſicut dic̃ Dioni. in ca. preallegato.
Scḋm eſt vite conſeruatio:ſicut enĩ
alimentũ corꝑis habet vitã corꝑis cõſer
uare:ita illud ſacr̃m cũ ſit cibus aie ha
bet gr̃am conſeruare que eſt vita ipſius
aie:⁊ ideo datũ eſt ſub ſimilitudine cibi et
potus:vñ Joh. vi. Niſi mãducaueritis
carnẽ filij hoīs ⁊ biberitis eiꝰ ſanguinẽ
non habebitis vitã in vobis. Et iterum
Qui manducat me viuit propter me ⁊c̃.
Tertiũ eſt pctõꝝ remiſſio:quia habet
omnia pctã venialia delere:ſicut aggra/
uare mortalia qñ inuenit ea vt notat̃ in
iiij. ſententiaꝝ. Et ideo ſaluator inſtitu/
ens illud ſacr̃m poſt formã conſecratio/
nis adiũxit: In remiſſionem peccatoꝝ.
Quartũ bñficiũ eſt premioꝝ ꝓmiſſio
qꝛ ſaluator noſter Joh. vi ca. certitudina
liter ꝓmiſit q̃tuor ꝑmia digne ſumenti/
bus ipm:et Primũ eſt reſurrectio cer/
taxa inq̃t. Reſuſcitabo eũ in nouiſſimo
die ⁊c̃. Scḋm eſt immortalitas ſem/
piterna. Hic inq̃t eſt panis de celo deſcẽ
dens:ſi quis ex eo manducauerit nõ mo
riet̃ ineternũ ⁊c̃. Tertiũ eſt ſocietas ꝑ
clara:vnde ait. Qui mãducat carnẽ me/
am ⁊c̃. ⁊ ſequit̃. in me manet ⁊c̃ Quar
tum eſt ſacietas ꝑfecta : vñ accedẽtibus
digne ad ipm dicit idem. Qui venit ad
nõ eſuriet neq; ſitiet vnquã. Cuiꝰ ſacie/
tatis nos ꝑticipes faciat xp̃s ihs dei et
virginis filius. Amen.

Tractatus de ſeptem donis
ſpirituſſancti.

In principio crea
uit deꝰ celũ ⁊ terrã ⁊c̃. Gen. i.
cap. Nota ꝙ ſicut deus maiorẽ
mundũ creauit ꝑ opa ſeptẽ dieꝝ: ſic etiã
minorẽ mundũ id eſt hominẽ per ſeptẽ
dies opatus eſt filius dei: vt per ſpiritũ
ſctm̃ ſoluant̃ ſeptẽ opa diaboli. Et ideo
ꝑma die fecit lucẽ deus. i. quandã nebu/
lam lucidã Gen. i. Fiat lux ⁊ hoc eſt pri/
mũ opus qḋ ſpũſſctus ꝑmo facit in aia.
Ante ſiquidẽ aduentũ ſpũſſcti in animã
ſũt nebule ſuꝑ faciẽ abiſſi. i. cordis hũa/
ni:vñ de pctõribus dr̃ Sap. vij. Una ca
thena tenebraꝝ oẽs erant colligati: pec/
catores eñ de pctis faciũt vnã cathenã:
vt. ſ. de pctõ cogitationis in pctm̃ cõſen/
ſus:⁊ de conſenſu in locutionẽ:⁊ de locu/
tione in opationem:⁊ de opatione in cõ/
ſuetudinẽ ⁊ tandẽ in contemptũ ⁊ deſpe
rationem. Sed ꝑ aduentũ ſpũſſancti
cathena illa tenebrarũ diſſoluit̃ et noua
lux introducit̃ Judicũ. xiiij. Irruit ſpiritꝰ
dñi in ſampſonẽ:⁊ ſicut ſolẽt arbores ad
ignẽ conſumi : ita vincula q̃bus anima
ligat̃. i. peccata deſtruunt̃ ⁊ diſſipãtur ꝑ
aduentũ ſpirituſſcti. Hoc autẽ facit ſpi/
rituſſctũs per donũ timoris quod eſt fun
damentũ omnis boni ſpũalis ſicut enĩ
euerſo. ſ. fundamento euertit̃ domus:ita
niſi timor dñi tenuerit te cito euertet̃ do/
mus tua: vnde Eccle. i. Qui ſine timore
eſt non poterit iuſtificari: timor eñ facit
q̃dam illuminationẽ : licet non plenam
in aia: ſicut eñ lima purgat ferrũ:⁊ ſplẽ/
didũ reddit ⁊ mola cultellũ ſic timor pur
gando aiam illuminat ipam ad cogniti
onem ꝓprie fragilitatis ⁊ ꝑuitatis pecca/
ti:⁊ firmitatis ſeu ſerenitatis iudicij Ec
cle. ij. Qui timetis dñm diligite illũ:⁊ il/
luminabit cor veſtrũ. Sed ſicut ille qui
nimis limat ferrum vel acuit cultellum
deſtruit cultellũ: ſic nimius timor in ani
ma curuat animã: quia qui nimis emũ/
git elicit ſanguinem Per hoc autẽ pri
mũ opus ſpũſſancti deſtruit̃ primũ opus
diaboli in anima. ſ. ſupbia:mens eñ illu
minata ex cognitione ⁊ conſideratione
ꝓprie fragilitatis ⁊ vilitatꝭ peccati ⁊ po/
tentie diuine humiliat̃ ⁊ illuminat̃ ſicut
timens ꝑcuti demittit caput. i. Petri vi.
Humiliamini ſub potẽti manu dei: ⁊ idõ
Eccle. i. Timor dñi expers eſt peccati. Scḋa
Scḋa die fecit deꝰ firmamentũ Gen. dies
ꝑmo. Fecit firmamentũ in medio aq̃ruꝫ
Hoc eſt ſcḋm opus qḋ facit ſpũſſctũs
in aia. Nã ipa inſtabilis eſt ante aduẽtũ

ſpūſſancti: ꝛ in aduerſis ventis mouetur
modo eñ aduerſitatibꝫ deprimit̃: modo
pſ͡paritatibus eleuat̃ Trenoꝝ. i. Peccatū
peccauit hierlm ꝓpterea inſtabilis facta
eſt: ſed ſpūſſctūs adueniens eam ſtabilit
ꝛ confirmat Hebre. xiij. Optimū ē gra
tia ſtabilire cor. Hāc confirmationē pe/
tebat pſ. li. Et ſpiritu ꝑncipali cōfirma
me. Et in miſſa de ſpūſctō petit ꝑncipa/
liter hanc confirmationē ſacroſctā mat̃
eccl'ia di. Cōfirma hoc deus quod ope/
ratꝰ es i nobis ꝛc̃. Hoc aūt ſcōm opꝰ fac̃
ſpūſſctūs in aīa ꝑ ſcōm donū ſcꝫ ꝑ donū
pietatis Eccle. iij. Ignē ardentē extinguit
aq̃: ꝛ elemoſina reſiſtit pctīs ꝛ deꝰ ꝓſpe/
ctor eſt eius q̄ reddet grām. ꝛ Eccle. vij.
Nō te pigeat viſitare infirmū ex ōgibus
eñ pietatis in dilectione dei firmaberis
Sed nota ꝙ non ſolū eſt opus pietatꝭ
ad proximū: ſed etiā ad ſeipm̄: dicit̃ enīꝫ
Eccl'. xxx. Miſerere aīe tue placens deo
ꝛ Eccle. xiiij. Qui ſibi neq̄ꝫ eſt: cui boꝰ
erit. In habentibꝫ eñ cor lapideū nō eſt
ſenſus doctoris nec metus timoris ideo
auferā a vobis cor lapideū ꝛ dabo vobiſ
cor carneū. i. dulce benignū ꝛ compatiēs
ꝛ faciā vt in ꝑceptis meis ambuletꝭ que
ſūt: Que tibi nō vis fieri alteri ne fecerꝭ
vñ pſ. Flauit ſpūs tuus. i. ſpūſſctūs ꝛ flu
ent aque. ſ. compaſſionis. Per hoc do
nū ſpūſſcti in anima diſſipat̃ ſcōm opus
dyaboli. ſ. inuidia que gaudet de alieno
malo: ꝛ triſtat̃ de alieno bono: ꝛ ideo re/
ducet eos deꝰ ad iuſtū metū. ſ. ad iſernū.
vbi cor eius cruciabit̃ malis: ꝛ bonis qui
bus noluit gaudere ꝑuabit̃ ꝛ iꝑroperiū ꝛ
Tertia dies contumeliā hereditabit malus. Ter/
tia die ꝓduxit deus herbā virentē: et hoc
eſt tertiū opus qd̄ facit ſpūſctūs in aīa.
ante autē aduentū ſpūſſancti in animaꝫ
ipa eſt quaſi herba vel arbor mortua et
arida ꝛ ſine humore gr̃e: ꝛ ꝑ cōſequēs ſi/
ne fructu: ideo non eſt apta niſi incendio
infernali: q2 omnis arbor que non facit
fructū excidet̃ ꝛ in ignem mittet̃ ꝛ ardet
ſed adueniente ſpūſctō viuificante red/
ditur ei gratia humoris Eſa. xliiij. Effū
dam ſpiritūꝫ meū ſuper ſemen tuū: ꝛ be/
nedictionē meam ſuper ſtirpē tuā ꝛ ger/
minabit inter herbas quaſi ſalices iux/
ta pretereuntes aquas ꝛ ſic anima fit ar
bor fructifera cuius folia ſunt bona ver/
ba: fructus bona opera: odor vero bona
fama: talis arbor erat illa anima que di
cebat. Ego ſicut oliua fructificaui in do
mo dn̄i: oliua eñ ſicut in ſe pinguis eſt ꝛ
in aliis medicinalis: ſic anima debet ha
bere in ſe pinguedinem deuotionis ꝛ ali
os ſuſtentare ꝛ ſanare verbis ꝛ exemplis
cōſolatoriis: vt ſint folia eius ad medici
nam: ꝛ fructus eius in cibum Ezechiel.
xlvij. ca. Per hoc autē tertiū donū ſpi
rituſſancti ſoluit̃ tertium opus dyaboli.
Hoc autē tertiū opus facit ſpirituſſan/
ctus in anima. ſ. donū ſcientie: que docet
hominē gratioſe cōuerſari in medio na/
tionis praue ꝛ ſe amabilē exhibere: et ir/
reprehenſibilē: omnibꝫ quod ſpecialiter
fit per manſuetudinē ꝛ patientiā idō dicit̃
ad Gala. v. Fructus autē charitatis eſt
gaudiū: pax patientia: longanimitas et
bonitas. Per hoc auteꝫ tertiū donum
ſpirituſſancti ſoluit̃ tertiū opus dyaboli
in anima ſcꝫ ira: que hominē impedit ne
aliis fructificet per exemplū: conuerſati/
onē eius odibilē reddēdo Prouer. xviij.
Spiritū ad iraſcendū facilem quis pote
rit ſuſtinere: ꝛ Eccle. xviij. Nonne ardo/
rem iracundie refrigerabit ros. ſ. gratie.
Galath. vi. Uos q̄ ſpirituales eſtis hu/
iuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.
Quarta die fecit deus luminaria ſolē Quar/
lunā ꝛ ſtellas: que quottidie curſum ſuū ta dies
perficiūt. Et per hoc intelligit̃ continui/
tas pſeuerantie in bono: ante eñ aduen/
tum ſpūſſancti licet homo bonū ꝓpoſitū
concipiat ꝛ aliqua de genere bonoꝝ faci
at ſtatim deficit ꝛ infirmat̃ manus poſt
factum ꝛ ad modicum temptationis im
pulſum reddit ſe victum: ſed adueniēn/
te ſpirituſancto fortificatur ꝛ roboratur
et que prius erant importabilia tunc vi/
dentur leuia: exemplum eſt de beato Pe/
tro qui ante receptionem ſpirituſſancti
ad verbum ancille dum mori timuit vi/
tam negauit: ſed poſtea virtute indutus



ex alto pro xp̄o mori leue reputauit: nec
per aliquam temptationem a bono pro/
poſito auerti potuit: ideo dicit̃ de anima
ſctā. Jere. ij. In deſiderio anime ſue at/
traxit ventum amoris ſui ſcꝫ ſpirituſſan/
cti donū quod eſt amor: nullus auertet
eam. ſ. nulla temptatio. De iſtis viris
ſpūalibus dicit̃ Judicū. v. Stelle manē/
tes in ordine ꝛ curſu ſuo aduerſus ſyſa/
ram pugnauerunt. i. aduerſus dyaboluꝫ
Milites ſic ordinati horribiliores ſunt
demonibꝫ vt caſtroꝝ acies ordinata: ita
Judicū. xiiij. Irruit ſpiritus in ſampſo/
nem ꝛ lacerauit leonē. i. diabolū q̄ edum
in fruſta decerpſerat. Hoc autē opus
fac̃ in anima ſpūſſctūs ꝛ eius donū. ſ. for
titudinis: qui eñ ſperant in domino mu
tabunt fortitudinem. ſ. carnalem in ſpiri
tualem. current et non laborabūt: ambu
labūt ꝛ nō deficiēt Eſa. xl. Sed de forti
bus in ſeruitio diaboli dicit Jere. xxiij.
Factꝰ eſt decurſus eoꝝ malus: ꝛ fortitu/
do eoꝝ diſſimilis qui. ſ. ſūt debiles in ſer
uitio dei Eccl'. v. Ne ſequaris in fortitu/
dine tua concupiſcentias cordis tui.
Per hoc donū quartum ſpirituſſancti
deſtruitur in anima quartū opus diabo
li. ſ. accidia que eneruat vires hominis ꝛ
Quinta dies facit laborem in preceptum. Quinta
die fecit deus piſces ꝛ aues: ꝑ aues que
mediantibus alis volant intelligunt̃ cō/
templatiui qui deſiderio eternoꝝ et con/
temptu mundanoruꝫ a terra ſe eleuant.
Per piſces qui mediantibus pēnulis in
aqua natant ꝛ non ſubmergunt̃ boni di/
uites qui ſunt in aqua temꝑalis affluen
tie: ꝛ tamen in ea nō ſubmerguntur ꝑ ni
miū amorem: de quibus dicit pſ. Diui/
tie ſi affluāt nolite cor apponere: licet eñ
ſe non ſeparent corꝑe: ſeparantur tamen
mente. Non eñ omnes piſces ſunt im/
mundi: nec omnes diuites reprobandi.
Illi eñ qui ad modum piſcium natant
per opera miſericordie ſunt mundi: ſed
illi qui ſicut anguille ſe abſcondunt in lu
to ſunt immūdi: de quibus dicit̃. i. Thi.
vi. Nam qui volūt diuites fieri incidūt
in laqueum ꝛ temptationem diaboli: et
in deſideria praua mergunt̃. Hoc eſt q̄n
tum opus quod facit ſpirituſſanctus in
anima. Ante aduentum eñ ſpirituſſan/
cti cor ad terrena deprimebat̃ ꝓpter nimi
um amorem: vnde de peccatoribus dicit
pſ. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in
terram: quia vbi. ſ. amor ibi oculus. Sꝫ
adueniente ſpirituſancto cor de terrenis
ad celeſtia eleuatur Ezech. ꝑmo. Cum
eleuaretur cherubin. ſ. de terrenis eleua/
bantur pariter et rote id eſt viri perfecti
volubiles ad modum rotarum ex parui
tudine obiecti. Spiritus eñ vite erat in
rotis ꝛc̃. Hoc autem opus facit ſpiri/
tus in nobis per ſpirituſſancti donum. ſ.
conſilij: conſilium autē eſt. Uade et ven/
de omnia que habes ꝛ da pauperibꝰ ꝛc̃
Per hoc autem donū ſpirituſſancti in
anima deſtruitur quintū opus diaboli. ſ.
auaritia que eſt idolorum ſeruitus: quia
vbi eſt ſpiritus domini ibi libertas. ij. Sexta
Corinth. iij. Sexta autem die deus dies
fecit hominē ad imaginem et ſimilitudi
nem ſuaꝫ Gen. ꝑmo. Faciamus ꝛc̃. Nūc
enim homo ſiue anima in ſe imaginem
et ſimilitudinem dei gerit et exprimit:
quando ad eternorum contemplationeꝫ
ſe conuertit. Hoc autem eſt ſextum opꝰ
quod facit ſpirituſſanctus in anima. ele/
uat enim ipſam ad contemplanduꝫ eter
na et hoc per donum ſpirituſſancti. ſ. in/
tellectus. Eſt enim intellectus donum
interius ꝛ ſuperius. i. Corinth. ij. qd̄ ocu
lus non vidit ꝛc̃. ſequitur. Nobis autem
reuelauit per ſpiritūſanctum ſuū. Spiri
tus eniꝫ omnia ſcrutatur id eſt facit ſcru
tari profunda: vt dicitur. ij. Corinthioꝝ
iij. Nos vero omnes reuelata facie glo/
riam domini ſpeculantes in eādem ima
ginem transformamur a claritate in cla/
ritatem tanq̄ꝫ a ſpiritu domini. Per h̄
opus ſextum deſtruitur ſextum opus dia
boli in anima noſtra. ſ. luxuria que maxi
me in homine imaginem dei deprauat.
Hoc enim peccatum aſſimilat homineꝫ
brutis que ſunt ſine intellectu: vt dici/
tur in pſ. Homo cum in honore eſſet nō
intel. ꝛc̃. Cōtra tales dicit̃ in pſ̄. Noli/

te fieri ſicut equus ⁊ mulus ⁊c̃. Spirit⁹
em̃ ſctũs non cõpatiť ſecũ hoc pctm̃: imo
ipm̃ deſtruit ⁊ diſſoluit Geñ. vi. Nõ
pmanebit ſpũs meus in homie ineternũ
qꝛ caro eſt .i. carnaliter viuit maxime in
pctõ carnis in quo homo totus efficitur
caro Job. xxxiiij. Si direxerit ad domi/
nũ cor ſuũ p feruorẽ ſcꝫ deſiderij: ſpm̃ il/
lius ⁊ flatum ad ſe trahet. Deficiet om/
nis caro ſimul ⁊ homo in cinerẽ reuerteť
ex ꝓpria ſcꝫ fragilitatis ⁊ carnalitatꝭ cõ/
Septima die ſideratione humiliando ſe. Septima
die requieuit deus ab omni ope quod fe
cerat: hec em̃ cõſumatio poſt laborẽ pre/
teritoꝝ eſt ſeptimũ quod facit ſpũſſctũs
in anima: quia poſt laborẽ actionis va/
cat ad contemplationẽ quietis Apocal.
xiiij. Amodo iam dicit ſpũs vt requieſcãt
a laboribꝫ ſuis. Hec autẽ requies ha/
betur p donũ ſapiẽtie in quo iam pregu/
ſtatur cena eterne btitudinis: vbi erit re
quies Eſa. xxxij. Huiuſmõi aũt dulce/
dinẽ facit ſentire ſpũſſctũs Sap. xij. O
q̃ bonus ⁊ ſuauis eſt dñe ſpũs tu⁹ in oĩ/
bus. ⁊ Eccle. xxiiij. Spũs me⁹ ſup mel
dulcis ⁊ hereditas mea ſup mel ⁊ fauũ.
huius autẽ hereditatis pignus eſt ſpiri/
tuſſctũs Ephe .i. Signati eſtis ſpiritu p
miſſionis ſctõ qđ pign⁹ qui habet in ma
iori quiete expectat ꝓmiſſionẽ q̃ eſt eter/
ne hereditatis licet pfecte nõ quieſcat ⁊c̃

Per hoc aũt donũ deſtruiť ſeptimum
opus diaboli .ſ. gula: qꝛ guſtato ſpũ deſi/
pit omnis caro ⁊ ſapores mundi inſipi/
di fiunt: qui aũt hunc ſaporẽ bibit et dul
cedinẽ ei⁹ ſapit: de nihilo curat quouſq̧
poculo pleno bibat in regno dei. Sic er/
go apparet quõ ſpũſſctũs mittiť ad curã/
dum: ⁊ quõ ſeptẽ diebus .i. ſeptem donis
creat oĩa que ſunt neceſſaria homini. Et
quõ per illa ſeptẽ dona ſeptẽ opa diabo/
li in aĩa diſſipanť. Spũs em̃ ſctũs adue/
niens in anima creationẽ operať qꝛ facit
de nihilo aliquid: homo em̃ peccãdo fit
nihil: quia a vero ente ad terram ſe ver/
tit ſiue ad terrena que de ſe non ſũt Je/
remie. iiij. Aſpexi terram ⁊ ecce vacua
erat ⁊ nihil. ⁊ pã. xiij. Ad nihilũ dedu/
ctus eſt in conſpectu eius malignus: li/
cet in aſpectu hoĩs aliquid videať: et iõ
diciť. Ecce factus es ⁊ non eris in perpe
tuũ. .i. ad Corinth. xiij. Si charitatẽ non
habuero nihil ſum. Sic igiť apparet mo
dus per quẽ mittiť ſpũſſctũs ad creãdũ
Quẽ nobis concedat qui viuit ⁊c̃. Amẽ.

Tractatus de vltimo iudicio.

## E vltimo dei iu/

D dicio mihi conſideranti oc/
currunt p ordinẽ duodecim
inquirẽda vicꝫ ſex ex parte iudicis: ⁊ ſex
ex pte iudicãdoꝝ. Ex parte iudicꝭ que/
rendũ eſt. ſcꝫ Primo quis erit iudex.
Scdo quãdo iudicabiť. Tertio vbi
iudicabit. Quarto que erit eius fami
lia. Quinto qui erunt teſtes ſententie
Sexto qui ſunt iudicandi. Septi/
mo de quibus ſunt iudicandi. Octa/
uo qui erunt accuſantes. Nono q̃ erũt
teſtes delicti. Decimo ſi erũt ibi aduo
cati. Undecimo que erit accuſatio.
Duodecimo que erit ſentẽtia. Quã/
tum ad primũ eſt dicendum q̄ iudex vl
timi iudicij erit xp̃s ieſus .ſ. ſecunda per
ſona in trinitate. Et obmiſſis multꝭ ra/
tionibus hoc probantibus in nouo teſta/
mento ponã duas rationes Auguſti. de
ciui. dei vltimo fundatas ſupra vetus te/
ſtamentũ. quaꝝ Prima ratio eſt ⁊ fun/
dať ſuper illud Eſa. xlviij. Ego primus ⁊
ego nouiſſimus ⁊ ero in ſempiternũ: ma
nus em̃ mea fundauit terram ⁊ dextera
mea firmauit celũ: vocabo eos ⁊ ſtabunt
ſimul: ⁊ congregamini omnes vos ⁊ au/
dite ⁊c̃. ⁊ infra. Nũc dñs deus miſit me
⁊ ſpũs eius. Hoc em̃ ſm formã ſerui di/
de re futura vtens tempe preterito p fu/
turo: ſed alibi ꝓpha diċ. Sicut ouis ad oc/
ciſionẽ ductus eſt: non em̃ ait: duceť: ſed
pro eo q̄ futuruꝫ erat preteriti temporis
poſuit verbũ ſicut alibi facit ſepe. Se
cunda ratio fundať ſuper dictũ zacharie
ꝓphete: ⁊ hoc pbat .ſ. valde euidenter di.
Omnipotentem miſit omnipotens id ẽ
deus pater miſit filiũ: ⁊ plures alias rõ/
nes fecit Augu. hoc pbantes .ſ. q̄ xp̃s le/



ſus debet viuos ⁊ mortuos iudicare. hoc
habito occurrũt tria cõſiderare: et Pri
mo ſi xp̃s veniet glioſus an nõ. Scdo
ſi veniet cũ ſignis paſſionis ei⁹. Ter/
tio ſi veniet benign⁹ vel ſeuer⁹. Quã/
tum ad primũ eſt notandũ q̄ ſicut diciť
Math. xvi. Fili⁹ homis venturus eſt in
glia patris ſui cũ angelis ſuis: ⁊ tũc red
det vnicuiq̧ ſm opera ſua. vbi diċ Hie/
ronym⁹. Prouocatꝭ aũt diſcipulis: vt ab
negarent ſe ⁊ tollerẽt crucẽ ſuam: gran/
dis fit error audientiũ: idcirco triſtibꝫ le
ta ſuccedũt. Et dicit filius hoĩs ventu/
rus eſt in glia patris ſui cũ angelis ſuis
Si times mortẽ audi gloriã triumphan
tis: ⁊ vere crucis audi ⁊ cõſidera angelo
rũ miſteria. quaſi diceret. nũc filius hoĩs
venit: ſed nõ in glia: non em̃ decebat euꝫ
in glia conſtitutũ pctã noſtra portare et
ignominiã crucis. tunc autẽ veniet glo/
rioſus ⁊ diſcipulos ſuos faciet vt ſint cõ
formes glie ſue. Itẽ Criſoſ. Non em̃ dix
it in tali glia in qua eſt pater ne alterita/
tem glie ſuſpicaremur: ſed ait. in gloria
patris vt eadẽ glia oſtendať: ſi autẽ glia
vna eſt: manifeſtũ eſt q̄ ſubſtãtia vna eſt.
Quid eſt ergo timẽs Petr⁹ mortẽ audi
ens qꝛ tunc me videbitꝭ in glia ⁊c̃. ⁊ vos
Sed ↄtra illã concluſionẽ arguiť ſic: ex
aſpectu glie ſurgit fruitio: ſed cũ xp̃m vi
ſurus ſit oĩs oculus iuxta illud Apoca.
Uidebit eũ oĩs oculus ⁊c̃. tunc ſi veniet
in glia omnes fruenť: ⁊ p cõſequẽs nõ ti/
mebũt: patet per illud qđ ſubdit ibidem
⁊ qui eum pupugerunt plangent ⁊c̃. Re/
ſpondeo ⁊ dico q̄ dãpnati nõ fruenť illa
glia ſed magis dolebũt de ea iuxta glo.
ſup eodẽ verbo di. q̄ nõ tam dolebũt de
ipo tormẽto q̃ quia repellenť a tali con/
ſortio: vel forte ita terrebunť vt non vide
Scdo ant dictã gliam qđ nõ credo. Quan/
tũ ad ſcdm: in qua forma apparebit xp̃s
vicꝫ ſi cũ ſignis paſſionis aut non. Dico
q̄ apparebit ſimplr vt deus: ergo nõ por
tabit ſigna ſeruitutis cuiuſmõi ſũt ſigna
paſſionis cũ in eis xp̃us aſſumpſerit for/
mam ſerui ⁊ ſũme ſe humiliauerit: iuxta
illud apli ad Philip. ij. Humiliauit ſe
metipm̃ ⁊c̃. Rñdeo et dico q̄ illa ſigna
nõ ptendũt ſeruitutẽ ſꝫ gliam ⁊ triũphũ
vñ Criſo. ſup Math. diċ. q̄ crux illa ⁊ ci
catrices ille erũt ſolis radijs lucidiores:
⁊ idẽ ait. Cõſidera quãta ſit virtus crucꝭ
ſol obſcurabiť: ⁊ luna nõ dabit lumẽ ſuũ:
vt diſcas q̄ luna tũc erit lucidior: et ſole
clarior. Et ratio redditť: qꝛ vbi ſũt ſigna
cauſe magis apparet effectus: ſed cicatri
ces ſunt ſigna paſſionis q̃ eſt cauſa exal/
tationis ⁊ dãpnationis xp̃i iuxta qđ in/
fert oppoſitũ auctoritas allegata dicens
ꝓpter qđ ⁊ deus exaltauit illuꝫ. Item ad
Hebre. v. Exauditus eſt p ſua reuerẽtia
Quantũ ad tertiũ vtꝝ xp̃s veniat ad Tertio
iudiciũ ſeuer⁹ vel benignus. Dico q̄ bo
nis apparebit benignus ⁊ malis ſeuer⁹:
vnde Math. xxv. dicet bonis: Uenite
benedicti pr̃is mei ⁊c̃. malis vero dicet.
Ite maledicti ⁊c. Sed quõ vtriſq̧ cũ
benignitas nõ ſepeť a iudice. Dicendũ
q̄ mali magis ſcient eã cõtra ſe q̃ pro ſe
cũ ſumme dolebũt de tãto bono quo ſen
tient ſe ppetuo priuatos. Quantuꝫ ad Scda ps pncipalis.
ſcdm pncipale quãdo .ſ. veniet xp̃s ad iu
diciũ. Dicendũ eſt ad hoc volendo tute
rñdere cum Aug. ij. de ciui. dei. q̄ ſi neceſ
ſariũ eſſet hoc ſcire dñs diſcipulis nõ dix
iſſet: Non eſt veſtꝝ noſce tempa vel mo/
menta q̃ pater poſuit in ſua ptãte. Sed
volendo p aliq̃s cõiecturas circũloq: de
hoc iudicio occurrũt tria conſideranda.
et Primo qua hora dñs ad iudiciũ ve
niet. Scdo quo die ⁊ quo menſe veni
et. Tertio quo anno ⁊c̃. Quantuꝫ
ad primũ dicitur q̄ media nocte veniet:
iuxta illđ Math. xxv. Media nocte cla
mor factus eſt ecce ſpõſus venit: vbi diċ
Hierony. Traditio iudeoꝝ eſt xp̃m me
dia nocte ventuꝝ in ſilitudine egiptij tẽ/
poris qñ paſcha celebratũ eſt: ⁊ extermi/
nator venit ⁊ dñs ſup tabernacula tran/
ſijt: ⁊ ſanguine poſtes noſtroꝝ frontium
cõſecrate ſunt: vñ reor ⁊ traditionẽ apo/
ſtolicã pmanſiſſe: vt die vigiliaꝝ paſche
ante noctꝭ mediũ domini populũ dimit
tere non liceat expectãtes xp̃i aduentum
ſecuritate pſumpte poſtq̃ illud tempus

ſcti cuncti agant dic: vñ pſ. Media no
cte ſurgebã ad confitendũ tibi. vbi glo.
hies dñi. i. aduẽtus dñi qui dicitur dies nõ
pro tempore diei: ſed qꝛ tunc omnia erunt
aperta: vt patet ex textu qꝛ implicaret a
poſtolo dicẽti ꝙ dies veniet de nocte ⁊c̃.
II. cõſi. Quantum ad ſcd̃m. ſ. quo die veniet.
Dicendũ ꝙ veniet. xxiiij. die Marcij. et
hoc ꝓbatur tripliciter. et Primo qꝛ ſicut
iudei arguũt horã ex celebratione paſce:
⁊ tranſitu ſup tabernacula in egypto ita
ego arguo diẽ cum tali paſcha ⁊ tal' trã
ſitus fuerit illa dies. ſ. xxiiij. die Marcij
Scd̃o quia tali die iudicatus fuit xp̃s
iniuſte ſm Auguſti. ij. de ciui. dei: ergo eodẽ
die videtur conueniens ꝙ veniat iudicatu
rus mundũ iuſte. Tertio qꝛ figura et
motus circularis ⁊ opatio ſm geometri
cos eſt ꝑfectiſſima: qꝛ finit vbi incipit: ſꝫ
dei opatio quecunqꝫ eſt ꝑfectiſſima: quia
dei ꝑfecta ſunt opera: ergo eſt circularis ꝯfi
niens vbi incipit ſi finiri debeat: ſed mũ
dus incepit tali die. ſ. xxiiij. marcij: ergo ibi
debet finiri. Et ſic ex hoc patet etiam de
menſe. ſ. ꝙ tali menſe mũdus finiri debet
III. con ⁊ xp̃s ad iudicandũ venire. Quantũ
ſidera. ad tertiũ. ſ. quo anno. Dico ꝙ ſi non tran
ſiſſet ſextus millenarius annorũ a mũdi
creatione forte haberẽ opinionẽ cũ Au
guſtino. ij. de ciui. dei. vij. ca. vbi videtur
opinari ꝙ debet venire antixp̃s octauo
millenario. Vñ verba Auguſti. ſũt hec
ptractãs illud Apocal. ij. Vidi angelũ
deſcẽdentẽ de celo habentẽ clauẽ abyſſi ⁊
cathenã in manu ſua: ⁊ tenuit draconẽ il
lum ſerpentẽ antiquũ q cognominatus eſt
dyabolus ⁊ ſathanas ⁊ alligauit illũ mil
le annis ⁊ miſit illũ in abyſſum ⁊ clauſit
⁊ ſignauit ſup eum vt non ſeduceret gẽ
tes donec conſumentur mille anni: vbi dicit
Aug. Hic enĩ ptãtem habet ſeducẽdi ⁊
poſſidẽdi q fuerãt liberati cohibuit atqꝫ
frenauit ⁊c̃. Mille anni vt mihi occur
rit duobꝰ modis põt intelligi: aut quia i
vltimis annis mille illa res agitur ⁊ in ſe
xto millenario annoꝝ tanqꝫ ſexto die cu
ius nũc ſpacia poſteriora voluuntur ſecutu
ro: deinde ſabbatũ qd̃ nõ habet veſperã
requiẽ. ſ. ſctõꝝ que non habet finẽ: vt hu
iuſmõi millenarij tanqꝫ diẽ nouiſſimam
partẽ q remanebit vſqꝫ ad terminũ ſecu
li mille. ſ. annos appellauerit: eo mõ quo
pars ſignatur a toto: aut certe mille anni p
annis oĩbus huiꝰ ſeculi poſuit: vt ꝑfecto
numero vocaretur tempis plenitudo. III. ꝑ
Quantũ ad tertiũ ꝑncipale vbi iudi ꝑncipa
cabitur: tria breuiter ſunt iudicanda. ſ. lis.
Primo vbi ſtabit iudex. Secũdo
vbi ſtabũt mali iudicãdi. Tertio vbi
ſtabũt boni acceptãdi. Quantum ad
primũ eſt dicendũ ꝙ xp̃s iudex ſtabit in
aere ſupra montẽ oliueti: qꝛ ibi a diſcipu
lis viſus eſt qñ aſcẽdit: ſed ſic debet veni
re ſicut aſcendit: iuxta illud Act. i. Viri
galilei qd ſtatis ⁊c̃. vſqꝫ ibi. Sic veniet
Qñ autẽ ihs aſcẽderit de monte oliueti
patet eodẽ cap. cum dicit. Tunc reuerſi
ſunt hieroſolymã a mõte q vocatur oliueti
Hoc etiã cõfirmat gloſa Rabani. cũ dicit
de monte. ſ. oliuaꝝ aſcendit xp̃s: vbi xp̃i
morte ſathanas eſt confuſus. Iſtã cõ
cluſionẽ aſſerit glo. ſup illo verbo Ioe
lis. iij. Cõgregabo omnes gẽtes: ⁊ dedu
cam eas in vallẽ Ioſaphat. vbi glo. Hic
quidã intelligũt ꝙ in valle q eſt in latere
montis oliueti deſcenſurus eſt dñs ad iu
diciũ: qd̃ friuolum eſt. Non enĩ in terra
ſed in ſpacio huius aeris ſedebit: cõtra
montẽ oliueti de quo aſcendit. Quã Scd̃o
tum ad ſcd̃m: vbi ſtabunt mali iudican
di. Dicendũ ꝙ in valle ioſaphat Ioelis
iij. Cõgregabo inqt oẽs gẽtes ⁊ deducã
eas in vallẽ ioſaphat ⁊ diſceptabo cũ il
lis. Sed h nõ intelligitur de bonis qꝛ erũt
in aere vt patebit: ergo intelligitur de malis.
Itẽ mgr hiſtoriaꝝ vt recitat Hiero. dicit
In valle Ioſaphat iudicabitur oĩs homo
iudicantibꝰ angelis illos. Sed ꝯtra nõ
videtur ꝙ in tã parua valle poſſit ſtare tan
ta multitudo. Sꝫ rñdeo ꝙ ille q põt ho
minem de puluere ſuſcitare põt multos
in vna vallecula collocare vel aliter ſicut
dicit Hiero. poterunt ſtare in locis circũ
ſtantibus vt iudicem videant illi quorũ
vallis non eſt capax. Quantũ ad ter Tertiũ
tiũ: vbi ſtabunt boni. Dicitur ꝙ ſtabunt in



aere ⁊ obuiam xp̃o: iuxta illud apoſtoli
i. Theſſalo. iiij. Mortui qui in xp̃o ſunt
reſurgent p̃mi: deinde nos q viuimus q
relinqmur ſimul rapiemur cũ illis in nu
bibus obuiam xp̃o in aera ⁊c̃. quem paſ
ſum pertractans Auguſti. in libro de ci
uitate dei li. ij. cap. ij. dicit ſic. Queri ſolet
verũ illi quos viuentes inuẽturus eſt do
minus ieſus xp̃s quoꝝ perſonas atqꝫ il
los qui tunc ſecum viuebant transfigu
rauit amplius nũqꝫ morituri ſint an ip
ſo temporis puncto que cum reſurgenti
bus rapientur in nubibus obuiã xp̃o in ae
ra: ad immortalitatẽ per mortẽ mira ce
leritate tranſibunt. Neqꝫ enĩ dicendum
eſt fieri non poſſe: vt dum per aera in ſub
lime portantur in illo ſpacio cõmoriantur
⁊ reuiuiſcant. Item glo. ſuper eodẽ paſ
ſu dicit: deinde nos qui viuimus qui re
linqmur. i. illi de nobis qui viui erimus
⁊ reſidui cum xp̃o rapiemur ab angelis
ſimul cum illis qui nos ꝑceſſerunt ad re
quiem in nubibus: quia nubes ſuſcipiẽt
eos vt xp̃m in aſcenſione nubes ſuſcepit
Ideo glo. ſup illo verbo Ioelis. iij. Con
gregabo omnes gentes ⁊c̃. dicit in valle
Ioſaphat. ſ. ad iudiciũ domini: ad quod
congregabuntur non ſolũ iudei qui cre
dere noluerunt: ſed etiã omnes impij: q
ab initio mundi fuerunt: iſti autem non
aſcendent in valle iudicis. i. damnatio
nis: ſed eleuabuntur in nubibus obuiam
IIII ꝑn chriſto. Quantum ad quartũ princi
cipale pale ſcilicet: que erit familia iudicis in
dicantis. Dicendũ eſt ꝙ ſicut habent do
mini temꝑales triplicem familiã: ſic ip̃e
habebit ſcꝫ Primo minorẽ ad ſentẽti
am preparantẽ. Scd̃o maiorẽ in ſen
tentia aſſiſtentẽ. Tertio minimã ſen
tentiã exequentẽ. Primo dico ꝙ xp̃s
iuſtus iudex i iudicio vltimo habebit fa
miliam minorẽ ſicut angelos: de quibus
dicitur Dañ. vij. Milia milium miniſtra
bant ei ⁊c̃. Et Auguſti. de ciui. dei libro
ij. cap. ij. dicit ꝙ hec congregatio per mi
niſterium angeloꝝ fiet: de quibus dicitur
pſ. xlix. Congregate illi ſanctos eius ⁊c̃.
Secundo habebit familiam maio
rem. ſ. illos qui in ſententia aſſiſtent: de
quibus vbi ſupra. Et decies cẽtena mi
lia aſſiſtebant ei. Et Auguſtinꝰ de ciui
tate dei. Deſcendet cum angelis ⁊ alios
euocabit de ſupernis locis ad faciendũ
iudicium ⁊c̃. Tertio etiam habebit
inimicos qui ſententiam exequantur: et
hij erunt demones qui malos ſecũ ad in
fernum deducent. Vnde Auguſti. libro
ij. de ciuitate dei cap. vij. de dyabolo lo
quens ait. Nam ſeducere gentes nunc ⁊
ſecum trahere in eternam penam poteſt
Poſſunt etiam tales executores eſſe bo
ni angeli: vnde Auguſti. Separabunt
impios a pijs per bonos angelos: quia
officia vindicte poſſunt implere boni bo
no animo: ſed officia miſericordie nõ poſ
ſunt implere mali angeli id eſt dyaboli. V. ꝑnci
Quantum ad quintuꝫ principale. ſ. pale
qui erunt teſtes ſententie iudicis. Dicen
dum eſt ꝙ triplex genus teſtium erit ibi
ſcilicet Primo vniuerſitas angeloruꝫ
de quibus dicitur Math. xxv. Cum ve
nerit filius hominis in ſede maieſtatis
ſue et omnes angeli cum eo. Secun
do vniuerſitas beatorum de quibus eti
am vbi ſupra. Cum venerit filius homi
nis ⁊c̃. Et ſequitur. Sedebitis et vos ſu
per ſedes duodecim ⁊c̃. Et non ſolum
duodecim vt dictum eſt: ſed Tertio
vniuerſitas ſanctorum ſm Auguſtinuꝫ
ij. de ciuitate dei cap. v. qui verbum pre
dictum pertractans ait. Nec quoniam
ſuper duodecĩ ſedes ſeſſuros eſſe ait du
odecim homines ſolos cum illo iudica
turos putare debemꝰ: duodenario enĩ
numero vniuerſa quidem ſignatur iudi
cantium multitudo: propter duas par
tes numeri ſeptenarij: que ſignat ple
rumqꝫ vniuerſitas: que due partes in
tres et in quattuor multiplicate duode
cim faciunt. Nam quater ter et ter qua
tuor duodecim faciunt. Item Zacharie
xiiij. Veniet dominus deus meus om
neſqꝫ ſancti cum eo ⁊ cetera. Quarto
vniuerſitas populorum. Vnde Mat
thei. xxv. vbi ſupra. Congregabuntur
ante eum omnes gentes ⁊ ſ. ⁊ cetera.

Sexto ꝑncipaliter

Quantũ ad ſextũ ꝑncipale.ſ. q̃ erunt teſtes delicti. Dico ꝙ erũt in triplici differentia. qꝛ Primus erit ſupra ſe.ſ. deus q̃ omnia intuetᷣ q̃ ait Iere. xxix. de ſeipſo. Ego iudex ꝛ teſtis dicit dñs. Secundus erit intra ſe.ſ. ꝓpria conſcientia. vnde Auguſti. Quiſq̃s iudicem times preſentem conſcientiã corrige: ſenſus eñ teſtimoniũ cõſcientie tue eſt: dabit enim teſtimoniũ de operibus nr̃is bonis conſcientia: iuxta illud apli. ij. Coꝛ. i. di. Nam glia noſtra hec eſt teſtimoniũ cõſcientie noſtre ꝛc̃. Tertius erit iuxta ſe.ſ. angelus cuſtos: iuxta illud Iob. xx. Reuelabunt celi iniquitatẽ eius. Itẽ Criſo. ſup Math. omel. xxv. Omnes angeli aderunt teſtantes, ꝛ ipi quantũ adminiſtrauerint miſſi a dño ad hominũ ſalutem.

Quantũ ad ſeptimũ q̃ ſunt iudicãdi. Dico ꝙ iudiciũ tripliciᷣ accipiᷣ.ſ. Primo modo ꝓ dãnatiõe ꝛ illo modo accipit ſaluatoꝛ Ioh. v. ca. di. Amen amen dico vobis. quia qui verbũ meũ audit et credit ei qui miſit me habet vitã eternam: ꝛ in iudiciuꝫ non venit ſed tranſiet a morte in vitã: qđ verbũ ptractans Augu. in libꝛo de ciui. dei li. xx. cap. v. ait Ecce hic dicit fideles ſuos ad iudiciũ non venire quomõ ergo ꝑ iudiciũ ſeꝑabunᷣ a malis ꝛ ad eius dexterã ſtabũt niſi quia hoc loco iudiciũ poſuit pro dãpnatione: in tale quippe iudiciũ non venient: qꝛ audierũt verbuꝫ eius ꝛ credũt ei qui miſit eũ: illo iudicio iudicabunᷣ mali: vnde Eſa. liiij. ca. Omnẽ linguã reſiſtentẽ tibi in iudicio iudicabis ꝛc̃. Scđo modo pro ſententie ꝓmulgatione: ꝛ illo modo accipiᷣ illud apli. Surgite moꝛtui venite ad iudiciũ. i. ad ꝓmulgationẽ ſententie: ideo iſto iudicio iudicabunᷣ nõ omnes beati Ad oẽs eñ malos diceᷣ. Ite maledicti i ignẽ eternũ: ꝛ bonis econtra. Venite benedicti: ſed non ad btõs: qꝛ non diceretᷣ venite his q̃ iam venerũt: nec ꝑcipite his qui iam ꝑceperũt: ſed ſcti qui iã perceperunt gl̃iam in iudicio illã tenebunt: cum hec ſit vita eterna vt cognoſcãt te ſolum deũ verũ ꝛ quẽ miſiſti ihm xp̃m Ioh. xvij cap. Et ideo nõ accipiẽt: qꝛ iã acceperũt ſicut nec venient qꝛ iam venerũt. In dãpnatis autẽ nõ ſic: qꝛ aliqui ibunt ad penam in qua nunq̃ fuerunt ꝛ aliqui redibunt ad penã qui ad eã ſaltem quo ad locum vocati fuerãt ad iudiciũ. Ideo bene diciᷣ his q̃ de nouo vadũt ꝛ his q̃ iterum redeunt. Ite maledicti ꝛc̃. Tertio modo accipiᷣ iudiciũ nõ ꝓ actu iudicandi: ſed ꝓ effectu.ſ. iudicij.ſ. ꝓ retributione que eſt duplex.ſ. in malis pena ꝛ in bonis gl̃a de qua ſaluatoꝛ loquiᷣ in Iohanne di. Filius quidẽ hois venturꝰ eſt in gl̃ia patris cũ angelis ſuis: ꝛ tũc reddet vnicuiq̃ iuxta oꝑa ſua: iſto iudicio iudicabũt etiã oẽs ãgeli: vñ apl̃s. i. Coꝛ. vi. Neſcitis quia angelos iudicabimus qđ non põt intelligi nec de ꝑmo mõ iudicij nec de ſcđo: vt ex iam dictis patet: ergo de tertio: qꝛ omnis creatura rationalꝭ vel habebit penã vel gl̃iam que eſt effectus iudicij: ꝛ illo modo accipiᷣ iudiciũ in tertio membꝛo. Quãtũ ad octauũ ſ. de qbus debet iudicare eſt ſciendũ ꝙ.ſ. aliqui accipient iudiciũ dãpnationis de multis malis ſine vllis bonis: ꝛ hij accipiunt iudiciũ ſine miſcđia de q̃ dicit Iacobus in canonica. ij. ca. Iudiciũ ſine miſericoꝛdia illi qui non facit miſericoꝛdiam ꝛc̃. Aliqui accipient iudiciũ dãpnationis de multis malis cum aliq̃bus bonis: ꝛ iſti accipient iudiciũ illud cũ miſericoꝛdia: de quo ſaluatoꝛ ait Lu. x. Dico vobis: quia ſodomis in die illa remiſſiuſ erit q̃ꝫ illi ciuitati. Aliqui accipiẽt iudiciũ de multis bonis ſine vllis malis: et hij accipient gl̃iam ſine defectu. Quãtum ad nonũ ꝑuilegiũ.ſ. qui erunt teſtes delicti ſiue accuſatoꝛes. Et eſt ſciendum ꝙ erunt ibi tres accuſatoꝛes ſiue teſtes. quoꝝ ſcꝫ Primus erit diabolꝰ: vñ Auguſti. Preſto tunc erit diabolus recitans ꝟba nr̃e ꝓfeſſionis ꝛ obijciẽs nobis quecunq̃ fecimus ꝛ in quo loco ꝛ in qua hora: ꝛ q̃d boni tunc facere debuimꝰ. Tũc etiã dicturus eſt ille aduerſariꝰ: equiſſime iudex iudica illũ eſſe meũ ob culpam q̃ tuus voluntate eſſe noluit ꝑ gratiam:



